

**BIBLIOTHECA
BOTANICA. QUA
SCRIPTA AD REM
HERBARIAM
FACIENTIA A RERUM...**

Albrecht : von Haller



BIBLIOTHECA BOTANICA.

QUA

SCRIPTA AD REM HERBARIAM FACIENTIA
A RERUM INITIIS RECENSENTUR.

AUCTORE

ALBERTO von HALLER.

DOMINO IN GOUMOENS LE JUX ET ECLAGNENS.

PRÆSIDE SOCIETATIS REGIÆ GOETTINGENSIS; PRÆSIDE SOCIETATIS Œ-
CONOMICÆ BERNENSIS; SOCIALI ACADEMIÆ REGIÆ SCIENTIARUM PARISIENSIS;

ACADEMIÆ REGIÆ CHIRURGORUM PARISIENSIS. ACADEMIÆ IMP. NAT. CUR.

BOREUS. SUEC. BONON. ARCADICÆ; SOCC. REG. BRIT. BATAVICÆ.

BOT. FLOR. BAVARICÆ. ALTISSIDIOR. HELVETICÆ.

COLL. MED. EDINBURGENSIUM.

IN SUPREMO SENATU REIP. BERNENSIS DUCENTUM VIRO.

TOMUS II.

A TOURNEFORTIO AD NOSTRA TEMPORA.



TIGURI, apud ORELL, GESSNER, FUSSLII, ET SOCC. 1772
MDCCLXXII.



PRÆFATIO.

Dum hæc Bibliotheca de prelo procedit, advenerunt aliqua ornamenta, quæ in *Addenda* conjici oportuit, cum serius ea accepissem. *CASIRIANI* primum *Scorialensium Arabicorum codicum catalogus*, ad exemplum *Bibliothecæ Gættingensis*, cura *Viri Clar. J. ANDRÆ MURRAT* descriptus. Quinde catalogus librorum pene *MD.* in *Hispania & Lusitania* editorum, qui ad rem naturalem & medicam faciunt. Eum humanitati *ANTONII CAP de VILLA* debeo, *Professoris olim Valentini*, nunc in oppido *Bonitlo* agriculturam *Regio* ex munere docentis, cui publice hic gratias ago.

Itaque *Botanicam Bibliothecam* nunc absolutam edo, quantum mihi licuit absolvere. Non dissimulo, quæ mihi in hoc opere displiceant, etiam præter ea, de quibus in præfatione ad primum volumen sum conquestus. Passim invitus temporum rationem non satis sinceram sum secutus, ut ex *GEORGIO ABUL FARRAJO & CASIRIO* adgnovi: ea fere emendavi. Deinde cum cuperem, cujusque scriptoris nomini omnia ejus opera addere, sefellit me id studium in quibusdam minoribus libellis, qui vel per *Academiaram* commentarios dispersi sunt, vel inter *Academicas disputationes*. Integros scriptores ne repeterim, subinde metus est, ut in *GUILLELMO PUTEANO*, de quo tamen monui.

P R E F A T I O.

*In Gallorum scriptis, prænomena fere nunquam exprimuntur, ut
 eo facilius sit errori locus, quoties pluribus viris commune est gentile
 nomen, ut in GEOFROI, MARCHAND, BOULDUIC.
 Denique etsi jam sum confessus, malo tamen repetere, me adeo non
 plenum edere opus, ut quotidie novos aliquot libellos detegam. Id vi-
 tium non potui effugere in modica urbe, mediocri adjutus Bibliotheca.
 Quare erit subinde auctariis opus.*

*Nilil ergo ultra ea expectari velim a LECTORE, quæ pro-
 missi. Fidem & intemperatum judicium a me exigas: id nisi præstitero,
 defecisse officio me meo, neque stetisse promissis, recte conqueretur. Priora
 vitia humanitas excusabit, si præterea immensum ambitum consideraveris,
 in quem me dimisi, & qui mortales vires superat. Ultere interim iis,
 quæ potui, dum melioribus adjutus præfidiis atque scriptor perfectius opus
 adferat, libros mihi incognitos suppleat, judicia eorum operum addat,
 quæ ipse non legi.*

Selectum librorum ad totam artem sub finem magni operis dabo.

Bernæ, die 9. April, 1772.



LIB. IX.
TOURNEFORTIUS.

§. DCCCXXXI.

Anno 1692. & 1693. Academia Regia Scientiarum Parisina edidit *Mémoires de mathématique & de physique, tirés des Registres de l'Académie* 4.º. recusos Paris anno 1730.* cum titulo, *Mémoires de l'Académie Royale des Sciences depuis 1666. jusqu'à 1699.* Tome X. Eo enim anno 1692. novus Director Academiæ D. de PONTCHARTRAIN Abbâtem BIGNON Academiæ præfecerat, cujus ex voluntate & impulsu Academia ad edendos Commentarios accessit.

In eo volumine primum adparet *Josephus PITTON* vulgo, Gallorum more, a villa dictus de *TOURNEFORT*. Aquis Sextiis natus anno 1646. Theologicis studiis destinatus, amore stirpium ad rem herbariam abreptus est, & Monspelii aliquamdiu commoratus, Pyrenæos Montes partenique Catalauniæ peragravit, tum patriam Provinciam & Languedociam, meruitque anno 1683. Horto Regio Parisino a *FAGONIO* præfici. Inde in Hispaniam, Lusitaniam, Belgium & Britanniam, ad plantas conquirendas missus, in Academiam anno 1692. adoptatus, anno 1700. Regio jussu Archiepi'sagum, Thraciam, Ponti Euxini littora, & Armeniam adiit, perque Galatiam, Mysiam, Lydiamque Smyrnam & patriam repetiit. Equitis dignitate ornatum fuisse lego (a). Infelicis denique casu, pectore a curru rapide acto compresso immaturo obiit. Ejus inter botanicos nomen ex summis exstitit, postquam nova methodo inclaruerat, quæ diu fere sola regnavit. Arborea a plantis humilioribus separavit: istas a florum figura disposuit, tamen ut naturales clâses captaret sedulus. Primum plantas monopetalas in 4. clâses disposuit, campaniformes, infundibuliformes, anomalas, has vasculiferas & gymnotetraspermas. Tunc plantas distinxit polypetalas, cruciatas, rosaceas, umbellatas, caryophyllæas, liliaceas,

A 2

(a) §. *LUDOVICI MORSEEN med. equestr. ord. oru.* *Potius S. MICHAELIS* vni *S. LAZARI*.
Add. ad ejus historiam *HOFMAN* ad *GOUEY* p. 19, du *HAMEL bist.* ac p. 126. 64.

liliaceas, papilionaceas & difformes. Inde plantas flore composito, planipetalo, radiato, & flosculoso. Denique apetalas. Genera porro a speciebus distinxit: generi characterem, quam priores Scriptores, accuratorem præfixit, eum a perito pictore eleganter curavit exprimi. In quoque genere species recensuit, hæcenus minus commode, quod varietates a speciebus non separaret, unde maxima tironibus difficultas exurgit. Methodum dijudicare nolo, in qua potissimum carpas, quod characteres genericos non satis liquide definiaverit: quod ad genera definienda etiam folia adhibuerit & radices: quod florum figurarum arbitrarie secutus sit, & campaniformes flores dixerit, qui sint infundibuli forma, aut rotæ: quod ad conservandas clausas naturales liliaceas flores a suis classibus artificialibus divulserit, & in universon melius flores depinxerit, quam descripserit, cum in icone numerum partium floris, & stamina florisque fabricam delineet, verbis vix exprimat.

Primum ergo anno 1697. edidit *Elémens de botanique, ou méthode pour connoître les plantes* Paris 8°. 3. Vol.*. Hæc editio ob vitidas tabulas queritur, quæ sunt omnino 451. Passim notas aliquas adpersit, quas in aliis editionibus reseculit.

Idem opus recusum & auctum latina lingua prodit Paris anno 1700. 4°. 3. Vol.* multis generibus auctius, & doctissima præfatione; tabulæ nunc sunt 476.

Subjecit, post iter Orientale, *Corollarium institutionum rei herbariæ, in quo plante 1356. in Orientalibus regionibus observata recensentur* &c. Paris anno 1703. 4°.*, cum tredecim generum noviter definitorum tabulis, quorum generum pluscula sunt Europæa.

Novam editionem hujus operis ANTONIUS de JUSSIEU Lugduni anno 1719. 4°. 3. Vol.* edidit, in qua etiam Corollarium habetur; tum vita auctoris, dissertatio Cl. editoris de methodo TOURNEFORTII, & nuperiorum botanographorum aliqua elogium. Mireris, plantas, quarum genera interim in *Commentariis Academia Regiæ Scientiarum* descripserat TOURNEFORTIUS, hic non redire, plurimas etiam rariore Europæas stirpes desiderari, quas IDEM in *historia plantarum circa Parisios nascentium* descripserat. Pinax cæterum est, quater mille plantis, quam BAUHINIUS, ditior, plurimis Pyrenæicis & Hispanicis stirpibus ornatus. Plantæ in universon sunt fere 10000. multæ tamen repetitæ. Doleas, quod AUCTOR C. BAUHINI plantas fere omnes tamquam firmas certasque receperit: quod Gramina & cryptogamiam minus elaboraverit; quod multas sibi bene notas, ut Stellariam, Lentibulariam omiserit. Anglice prodit London. anno 1735. 3. Vol. cum titulo *Compléat herbal*.

Porro prodit Parisiis anno 1697. 8°.*, TOURNEFORTII de *optima methodo instituenda in re herbariæ*, ad G. SHERARD epistola. Majorem floris, quam foliorum aut radices habendam esse rationem ostendit, huic adjungendum fructum: reliquas plantæ partes in subsidium vocandas, quando flos cum fructu
non

non sufficit. In RARI priori methodo colores, odores, sapes admissos reprobat. Gerania, & Ranunculos, essentiali caractere conjungi monet, cum habitu maxime differant. Fabricam numero præstare, Sedi exemplo & Caryophyllatæ.

Histoire des plantes, qui naissent aux environs de Paris, avec leur usage dans la médecine Paris anno 1698. 12.* præcipuum forte TOURNEFORTII opus fuerit. Ordinem ne desideres, qui studiosis juvenibus, Parisiis plantas legentibus, sit destinatus. Habet autem plurima, quæ in reliquis operibus viri Cl. omisit: experimenta primum aliqua, ad elementa cujusque plantæ indaganda facta, cum compendio analytium a BOURDELINO susceptarum; aliquas etiam vires medicas minus notas. Deinde criticam botanicam, in qua TOURNEFORTIUS plantas a se ipso repertas, cum descriptione aliorum auctorum confert, bona nomina citat, de vitiiis sæpe figurarum monet: plantas etiam sibi adlines separat, scriptorum rei herbariæ errores emendat. Deinde rariorum stirpium passim caractères tradit, quos in reliquis operibus omittit, ut Polygonifoliæ, Alfinastri Gratiolæ folio, Lentibulariæ, Plantaginellæ, (hic sola nomina), Nostoch, tum Muscos plusculos.

Recudi fecit *Bernardus* de JUSSIEU Paris anno 1725. 12.* 2. vol. Cl. EDITOR plantas aliquas a TOURNEFORTIO omittas addit. J. MARTYN Anglice reddidit, cum augmentis variis Londin. anno 1732. 8.* 2. Vol.

Lego etiam anno 1691. 12.* Amstelodami *catalogum plantarum circa Parisios nascentium* prodidisse.

Post mortem Cl. viri, major certe pars (b) prodijt, operis, *Relation d'un voyage fait par ordre du Roi* Paris anno 1717. 4.* 2. Vol. Lyon anno 1717. 8.* 3. Vol.*. Anglice etiam verium 1718. 4.* 2. Vol. Osa. & Belgice Amsterdædam 1737. 8.* 2. Vol. Epistolæ sunt ex ipso itinere datæ ad D. de PONTCHARTRAIN, quibus mores etiam, & vestimenta; civium, & historiæ civitatum describuntur, passim vero plantarum admiscuntur icones & historiæ, quas iis in locis auctor legerat, & quarum aliquæ a nostris non videntur differre. Juxta dictio, quæ lectori etiam non erudito placeat.

Traité de la matière médicale, ou l'histoire & l'usage des médicamens, & leur analyse chymique Paris anno 1717. 12.* 2. Vol.* curante D. BESNIER. Posthumum opus, plantarum secundum classes facultatum dispositarum, quæ describuntur, viresque adduntur medicæ, & numerosæ formulæ.

EX EJUSDEM codicibus adjecta est appendix, *Suite de la matière médicale, ou traité des plantes usuelles*, solæ nempe vires medicæ, & varii modi, quibus plantæ in medicina adhibentur. Accessit *via* TOURNEFORTII, ex duobus elegiis decerpta, quarum prius FONTENELLIUS scripsit, alterum D. LAUTHIER. Anglice

(b) Primum Tororum superstitie auctore prodidisse ESIORAT.

Angliæ etiam, curante anonymo, prodiiit Londini anno 1716. 8°. *Oss. Materia medica or a description of simple medicines commonly used in Physick.*

Vita viri scorsim prodiiit Paris anno 1717. 4°. cum titulo *Létre à M. BEGON contenant un Abrégé de la vie de Joseph Pitton de Tournefort.*

In Commentariis Academiæ Regiæ Cl. viri nomen sæpe adparet.

In *Commentariis (c)* anni 1692. exstat, Description d'un Champignon extraordinaire, ex Echinorum classe.

Conjectures sur les usages des vaisseaux dans certaines plantes. Agit potissimum de fibris plantarum, quæ per siccitatem contractæ, fructus earum aperiant.

Anno 1699. Tamarindum arborem descripsit (d).

Anno 1700. describit plantas aliquas marinas, & suspicatur (e), flore & femine non destitui.

Anno 1703. depingit Periscariam Orientalem Nicotianæ folio.

Anno 1704. duas describit species Chamærhodendri Ponticæ, quibus venenatam vim mellis tribuit a XENOPHONTE memoratam.

Anno 1705. edidit characteres generum in J. R. H. omiflorum, Morsum ranæ; Menispermum, Chrysanthemoides (Osteospermum), Chamæbuxum, Camphoratam, Fieoides, ejus etiam species recenset. Depingit etiam Tunican Chinensem, raram eo ævo plantam.

Ibid. De morbis plantarum, de gallis Kermes, & caprifigatione, quam vominus viderat.

In anni 1706. Commentariis constituit genera Gale, Orobanchoides, Ternateam, Luffam, Diervillam, Valantiam, Lavateram, Methonicam, Solanoides.

Anno 1707. De fatione & vegetatione Fungorum edulium.

Codices M. S. copiosi pervenerunt ad Cl. RENEALME, qui promissat (f), sua cura prodituros. Erat nova & auctior editio historiæ plantarum circa Lutetiam nascentium: accedere debebat Catalogus plantarum in Gallia, Provincia potissimum, Pyrenæis montibus, & Lusitania lectarum, eum locis natalibus. Porro plantarum adversaria de consensu & dissensu scriptorum: observationes botanicæ, seu plantarum descriptiones, vasta opera, quæ omnia intercederunt.

J. Baptista

(c) p. 101. & 119.

(d) p. 96.

(e) p. 27.

(f) *Mém. de l'Acad.* anno 1709 p. 315.

CAP. DCCCXXI - DCCCXXIII. TOURNEFORT. MARCHANT. 7

J. Baptista CHOMEL, senior TOURNEFORTIUM contra COLLETTUM defendit, *Journal des Savans* anni 1697. n. 20. Titulus est, *Réponse de M. CHOMEL à deux lettres écrites par P. C. sur la botanique* Paris anno 1697. 8°. BURETTE. Eum libellum NICERON TOURNEFORTIO tribuit.

§. DCCCXXXII. *Jean Marchant.*

Jean MARCHANT, *Nicolai* filius, frequens etiam in Commentariis Aca-
demie nomen, dedit anno 1692. dissertationem de variis *Quercuum* gallis, de
pediculo etiam pendulis & racemosis.

EJUSDEM De floribus & fructibus *Fraxinellæ* generatione.

EJUSDEM Commentarius, quo ostendit *Liquitajam*, *Braffienfium*, quæ
dicitur *Seunæ* vim flatulentam domare, esse *Srophulariam* nostram aquaticam.

Apud du HAMELIUM origines habet fungorum ex filis disjunctis, in glo-
bos coalescentibus.

Anno 1706. Vim epilepticæ adversam *Valerianæ* per experimenta confirmat.

Anno 1707. Rosam prolificam dicit.

Anno 1709. De monstroso flore *Raphani*. Plantas ex quaque minima
parte germen habere.

Anno 1711. Describit *Lichenagaricum clavatum* & *siliquosum*, qui no-
bis *Sphæria*.

Anno 1713. Describit & delineat flores *Marchantiæ*.

Anno 1718. Nitide describit fruticem, qui *Indicum* suppeditat.

Anno 1719. De *Mercuriali* foliis laceris, & de *Mercuriali* foliis *Linaris*,
in horto subnatis, quas putat esse novæ species absque semine natas.

Anno 1723. Constituit genus *Ricinokarpi*.

Anno 1727. *Fuliginem*, quod nomen nos huic plantæ dedimus, cro-
eam descripsit, quæ in pulvere *Coriario* nascitur, & in foliis putrescentibus.

Anno 1733. *Bicucullatam* *Canadensem* descripsit.

Anno 1735. De *Pruno* absque nucleis.

§. DCCCXXXIII. *Guil. Homberg.*

Guilielmi HOMBERG, viri chemica laude celebrioris, *Expériences sur la*
germination des plantes in *Mém. de l'Acad.* 1692. p. 248. Ad eam germi-
nationem aeris opem requiri, neque in spatio aere vacuo plantas vivere, etiam
earum aliquæ in ejusmodi spatio germinant.

In

In *Mém. avant* 1699. ad ann. 1695. de Cocco, ejusque oleo & butyro agit.

Anno 1699. (g) Sales terræ, quæ plantas generat, ad earum difcimen in elementis, inque incremento conferre.

EJUSDEM anno 1700. De oleo plantarum augendo, dum acidum minerale dilutum additur.

Anno 1701. De oleorum essentialium, ex aromatibus paratorum inflammatione cum spiritibus acidis.

Ibid. Inutiles esse analyses, quæ igne fiunt, neque vera elementa demonstrare.

Ibid. Sales volatiles plantarum cum acido conjunctos habitare.

Anno 1710. De adfinitate olea inter vegetabilia & mineralia. Perennare plantas, quarum coma fuerit reflecta.

Anno 1711. Se pomopira vidisse, qualia sunt citraurantiis.

Anno 1714. De modo, quo sales fixi plantarum volatiles redduntur.

§. DCCCXXXIV. *Philippus de la Hire.*

Philippi de la Hire Experimentis sur l'élevation du suc nourcier dans les plantes; nempe de adfensu (b) aquæ in charta rudi replente tubum vitreum. Is adfensus ad 225. usque lineas pertigit.

EJUSDEM De causa situs erecti in trunco arborum dum radices descendunt anno 1708.

EJUSDEM De Manna plucnte ex Aurantiis, ib. *hiff.*

EJUSDEM De discrimine acoris vegetabilis a minerali *Mém. de l'Acad.* anno 1709.

§. DCCCXXXV. *Galli Varii.*

Petri BRANCHE Jardinier de grande expérience, pour traiter toute sorte d'arbres fruitiers, touchant leur taille &c. Cologne anno 1692. 8°.

Nouveau traité de la culture des jardins potagers Paris anno 1692. 12°.
De plantis quæ volunt irrorari.

FLAMANT

(g) p. 69.

(h) p. 317.

FLAMANT *art de se conserver la santé ou le Medecin de soi-même avec un traité de quelques remèdes les plus simples & les plus usités* Paris 1692. 12°.

Les regles de la santé avec une table alphabetique de tous les alimens Lyon 1692. 12°. BUR.

J. Bapt. CALLARD de la DUQUERIE *Lexicon medicum & etymologicum* Paris anno 1692. 12°. 1693. 12°. *Journ. Sav.* Lego etiam hunc Medicum Cadomensem scripturæ catalogum plantarum in locis paludosis pratensisbus maritimis arenosis & sylvestribus prope Cadomum in Nortmannia nascentium Paris 1714.

Instruction sur la culture des Figuiers, avec un traité de la culture des fleurs Paris anno 1692. 12°. BURETTE.

M. l'Abbé de la CHATAIGNERAYE *Connoissance des arbres fruitiers* Paris anno 1692. 12°. FALCONET.

Nouveau traité des Orangers & Citronniers Paris anno 1692. 8°.

Claudii PELLETIER *Comes rusticum ex optimis latinæ linguae scriptoribus* Paris anno 1692. 8°. 1708. 8°.

§. DCCCXXXVI. *Angli Varii.*

Guil. Petr. WORTH *Cerevisarii comes or the art of brewing and the right way to refine bottlebeer and Cyder* London anno 1692. 12°. ZOCH.

Johannis BANISTER, qui plantas in Virginia legit, inque legendis petiit, plantæ aliquæ in America lectæ recensentur in *Phil. Trans.* n. 198.

EJUSDEM *De Serpentaria Virginiana Phil. Trans.* n. 247.

EJUSDEM *Catalogus plantarum Virginianarum apud RAJUM in hist. T. III.*

§. DCCCXXXVII. *Theodori Schoon.*

Theodori SCHOON *Waare oeffening en ontleding der planten — en de culture ofte voortqueeking van de tabak, haar gebruyk en misbruyk &c.* s'Gravenhaage anno 1692. 8°. Nicotiana potillimum describitur & depingitur. AUCTOR CORNELIO BONTEKOE & Cartesiano Sectæ addictus, magnus Galenicæ medicinæ osor fuit. Elementa herbæ fixæ proponit, quæ ignis producit, sales volatiles, olea, sales fixos, inque iis prismata acute scindentia. Jacturam silivæ obijcit: funum docet per spongiam humectam trahere; laudat clysterem tabacarium; sed in universam sære materiam medicam se diffundit, & in œconomiam vegetabilem.

Stephani CHAUVIN *Lexicon philosophicum* Rotterdam. 1692. fol. 1713. fol. Ad plantas hæcenus.

Andr. BRAKKE *de vomitoriis medicamentis* Leid. 1692. 8°. RIV.

(*Bibl. Bot. T. II.*)

B

§. DCCCXXXVIII.

§. DCCCXXXVIII. *Renatus Dahuron.*

René DAHURON *Notveau traité de la taille des arbres fruitiers* Cell. anno 1692. 8°. Paris anno 1696. 12°. 1752. 8°. FALCONET. Liège anno 1699. 8°.*. *Italice Il giardiniero francese trasportato di R. DAHURON* Venet. 1704. fol. 1719. fol. 1723. fol. Accessit compendium legum exercitii artis hortulanorum sumtum ex QUINTINIO & *infr. culture florun.* Germanice demum, cum altero RENATI opere Weimar & Cell. anno 1723. 8°. SEGUIER. anno 1743. 8°.*. Ab artifice, QUINTINII discipulo, & pro artificibus scriptus liber, multa habet ad ducendas in modum cavi acetabuli arbores, & ad eas in muris figendas: tum ad inficionis varios modos & putationem. Addit Catalogum pirorum & pomorum bonæ notæ, & de Melonibus libellum. Multa in eum in *avusé champêtre*: de insectis *tigres* imperite scripsisse. Pro arboribus fructiferis ridicula arcana propoluisse.

EJUSDEM, nunc Aulici hortulani Berolinensis, *vollständiger Gartenbau, da- rinnen von einheimischen und ausländischen Gewächsen, Blumen und Bäumen gründ- liche Nachricht gegeben wird* Weimar und Celle 1738. 8°. anno 1743. 8°.* Weimar 1757. 8°. Cell. 1753. 8°. Weimar 1769. 8°. Majus opus, quod hic DAHURONIO tribuitur, cæsi mihi alterius viri collectitius labor videtur, continet in principio plantas oleraceas, earum varietates & cultum. Inde coronarias, cum integris catalogis Tunicarum, Ranunculorum, Tuliparum, Auricularum. Sequuntur hesperides, tum arbores fructiferæ, cum earum cultu, morbisque & remediis. Appendices tres adjectæ sunt, inter quas est plantarum medicatarum, cum virium usus: altera est operum meniturorum.

§. DCCCXXXIX. *Wilb. Utr. Waldschmidt.*

Wilhelm. Ulrich WALDSCHMIDT, J. Jacobi filius, Professor Kilonienfis, De usu & abusu Theæ in genere Kiel. anno 1692. 8°.

EJUSDEM *Gedanken über das gewöhnliche Theetrinken* Lipsi. anno 1693. 4°. 4°. BURKH.

EJUSDEM *Floralia rommarum & de utilitate notitia florun* Kiel. anno 1702. 4°. Antiquitates dææ Floræ.

EJUSDEM *An potus herba Theæ exsiccandi & emaciandi virtute polleret* Kiel 1702. 4°.

EJUSDEM *De sexu ejusdem planta genivo* Kiel. anno 1705. 4°.*. Pro sexu plantarum & staminum vi mascula.

EJUSDEM *Beschreibung der Aloën insgemein, insbesondre der Americanischen, bey Veranlassung zweyer zu Gottorf blühenden Americanischen Aloën* Kiel anno 1705.

1705. 4.*. Satis accurate describit succum Aloës genuinæ, quem secundum longitudinem secta destillat, non perinde si in transversum. In Americana lignosam radicem, succum nauseosum subacrem, aquam putrescibilem florum &c.

EJUSDEM *Der Americanischen Aloë in Gostorp fernere Beschreibung* Kiel anno 1706. 4.*. quo libello ad aliquas objectiones respondit, & item sibi cura SIRICIO concivit.

EJUSDEM *Programmata, quo excursiones botanicas indicat, de industria avi hodierni in propagatione plantarum florum & fructuum* Kiel. anno 1712. 4.*. BURKH. Agit de artificis tingendorum florum, & de modis, quibus plei redduntur.

§. DCCCXL. *Georg Meister.*

Georg MEISTER Oriental. Indianischer Kriost- und Lustgarten Dresden anno 1692. 4.*. Leipzig anno 1731. 4.*. Indiam Orientalem ipse vidit & Japoniam. Id iter hæcenus describit. CLEYERI hortum Bataviæ Orientalis coluit, Fulse Cocoon describit, deinde numerosas alias arbores nobiliores, aromaticas, aliasque edules aut speciosas, additis etiam iconibus: deinde plantas medicatas & culinares. Talia vero speres, qualia ab hortulano possis expectare.

§. DCCCXLI. *Emanueli.*

La culture des fleurs, où il est traité de la manière de semer, transplanter & conserver toutes sortes de fleurs & d'arbres Bourg en Bréssé anno 1692. 12.*. Populare opusculum nihil habet reconditum. Nomina corrupta & passim aliqua, quæ vix expectes, ut Punicas in Gallia ægre florere. De Tunica fustus scribit, deque ejus morbis, & de vermiculo, quem pulvere Nicotianæ vult superare.

Adjectus est *Almanach perpétuel* D. EMANUELIS, qui opera menstrua doctet, multum credulus Lunæ. Fimum suillum pervetustum mense Decembris arboribus adjectum perutilem esse. Vermiculos ex arboribus vetustis eximere jubet, alioquin sterilibus. Cl. DARDENNES ex MORINO sua habere monet.

§. DCCCXLII. *Franciscus Cupani.*

Francisci CUPANI, Monachi, qui tamen medicinæ operam dedit, & Siciliam peragravit, plantasque & fossilia collegit, *Catalogus plantarum Sicularum, noviter detectarum* Panormi anno 1692. fol. MONG. unicum folium, quo 150. plantæ recensentur, quas AUCTOR in Sicilia invenit, cumque P. BOCCONE communicavit.

EJUSDEM *Syllabus plantarum Sicilia nuper detectarum* Panormi anno 1694. 16.*. Bibl. HOTTON. Prior est libellus emendatior, & ad 350. plantas auctus.

EJUSDEM *Hortus Catholicus, seu Principii Catholicae* Neapoli anno 1696. 4*.*
 Multæ quidem hortenses plantæ & exoticæ, tamen etiam magnus numerus
 plantarum Sicularum, etiam rariorum & vix cognitarum.

EJUSDEM *Supplementum ad eum hortum, quo iterum multa plantæ novæ,
 aut vix cognitæ, etiam Frugi, & aliæ minores continentur* Panormi 1696. 4*.*

EJUSDEM *Supplementum alterum* Panormi anno 1697.

Universarum plantarum Sicularum historiam paraverat, *Pamphyti Siculi* no-
 mine, tabulis ornatam septingentis (i). Id opus nunquam prodiit, etiam
 ANTONIUS ROMANUS & GERVASIUS polliciti erant, se pluribus voluminibus
 4. formæ edituros.

P. GIROL. MEROLLA *relazione del viaggio nel regno de Congo scritta dal*
 P. ANGELO PICARDO Neapoli anno 1692. 8*.

Giornale de letterati dell' anno 1692. 4.*

§. DCCCXLIII. *Germani.*

Georgii DANIEL COSCHWIZ patris, *Vollständige Apotheck* Nurnberg. anno
 1692. fol. Multa ex ZORNIO fumsit. Conf. p. 463.

J. Zach. FURST *Dialogus hygiasticus* Francofurti 1692. 12*. si huc facit.

Bened. SCHOENFELD *Pharmacologia, oder allerley Hülfsmittel in mancherley*
bösen Zufällen Zell 1692. 8*.

Neu ausgefertigtes Weinbüchlein 1692. 8*.

J. F. H. *Der curiose und kluge Gärtner* Leipzig anno 1692. 8*.

Kunst zu kochen für vornehmer Herren Hofe 1692. 8*.

N. HANNIEL, Medicus Düsseldorfensis, *Die preiswürdige Veronica, oder*
Europäischer Thee, wie selbiger anstatt des Indiamischen mit Eng gebraucht wer-
den kann Düsseldorf anno 1692. 4*.

§. DCCCXLIV. *Carolus Plumier.*

Carolus PLUMIER, ex Minimorum ordine, ter Regio sumtu Americam
 adiit, ut plantas legeret. Eas & numerosissimas legit, & pulcherrime deli-
 neavit, omnis umbris, suoque labore pene alterum orbem TOURNEFORTI-
 ANIS inventis addidit. Vir simplex, si callido credas LABATO, sed ad incre-
 menta rei herbariæ natus. Primum edidit, *Description des plantes de l'Améri-*
que Paris anno 1693. fol.* Tabulæ sunt 108. quarum 50. omnino ad Filices;
 plures ad Ari genus pertinent, reliquæ ad scandentes plantas, varii cha-
 racteris. Post

(i) *Giorn. de Letter d'Ital.* T. 29. add. p. 398.

Post ultimum iter edidit, C. PLUMIER *nova plantarum Americanarum genera* Paris anno 1703. 4.*., eadem qua TOURNEFORTII elementa forma. Nova genera constituit centum & sex, eorum characteres definiit, tabulisque expressit. Inter eas multæ sunt vi medicata conspicuæ plantæ, quarum character non prius innotuerat, Vanilla, Saururus, Dorstenia (Contraerva), Persea, Manzanilla, Mufa. Eadem, quæ TOURNEFORTIUS, in characterè vitia habet, quod staminum, petalorum, segmentorum calycis numerum verbis non exprimat, florisque fabricam obiter attingat. Est etiam, ubi dubites, num omnia ad naturam expressa sint.

Cum novum iter moliretur, Gadibus pleuritide exstinctus est anno 1704. Prodiit tamen, ad prelum jam paratum, *Traité des Fougères de l'Amerique* Paris anno 1705. fol.*. Splendidum opus (k) ex æmulatione Britannicæ indultrix natum est, operisque, ut ipse auctor est, Clarissimi SLOANE. Si omnino scopus fuit superare Britannos, non alio defensore GALLIA eegit. Tabulas enim hic reperias 172. quibus, præter paucissimas Europæas, & Fungos aliquos, Pezizas, Geastrum, aliasque hujus generis, unico dorlicæ plantæ Americæ exprimuntur. Sermo gallicus est & latinus.

In *Journal des Savans* anni 1694. n. 15. iterumque in *Mém. avant 1699.* ad annum 1696. inque *Diario Triculitensi* anni 1703. M. Septembr. C. PLUMIER fusc in epistola ad RICHTERUM data ostendit, Coccinellam esse animal, crescens in Tunæ specie Nopal; demonstrat etiam testimonium POMETI, qui baccam fecerat, a ROSSEAU datum, ab eo ipso antiquatum esse; cultum Tunæ describit, & colorem rubrum ex pulpa semina Cannacori ambeunte: tum simile fere animal Tanaceti. Describit etiam vehiculas plenas liquore violaceo pulcherrimo ad radices Crithmi marini visas (l).

Multo vero plures tabulas ad editionem paratas habebat PLUMERIUS, & anno jam 1697. (m) decem omnino volumina & icones fere 1400. (n), in quæ typographi sumtum erogare detractarunt: eas enim suasque chartas conservaverat bonus auctor, cum plantas ficcas per naufragium amisisset (o). Hæc icones latent in Gallia, partim in Bibliotheca Regia, partim apud Monachos, quorum in ordine PLUMERIUS vixerat. Feliciter tamen factum est, ut figuras omnino quingentas & octo (p) BOERHAAVIUS per AUERTIUM pictorem, ex *codice Bibliotheca Regie* describi curaverit, VAILLANTIO laborente dirigente: erat enim BOERHAAVIO cum nativa parfimonia regius in erogandis sumptibus animus, quoties de vindicandis ex oblivione bonis operibus agebatur. Hæc figuræ ad virum optimum J. BURMANNUM pervenirent, qui

B 3

tot

(k) LABAY *Antil.* t. 4. p. 24. *Præf.* ad T. II. itinèrum.

(l) p. 218.

(m) LISTER *Journey to Paris* p. 76.(n) *Phil. Transf.* n. 276.

(o) LISTER p. 73.

(p) BURMAN. *pict.*

tot alios etiam herbarios thesauros, publicos in usus versurus, blattis subtraxit. Eas plantas suo sumtu sculpi curavit, earumque decem fasciculos, tabulasque 262. ab anno 1755. ad annum 1760. Amstelodami edidit, immensas plantarum paucissimis cognitarum gazas. De iis vero, cum, præter icones, nihil sit, nisi BURMANNI, inter ejus viri opera dicemus.

§. DCCCXLV. *Samuel Dale.*

Samuelus DALE Pharmacologia, seu manu ductio ad materiam medicam Londin. anno 1693. 8.*. Bremæ anno 1713. 8.* & *Pharmacologia Supplementum* Londin. anno 1705. 8.* Bremæ anno 1707. 8.* & totum opus Lond. 1705. 1710. 8.* 2. Vol. 1737. *Phytologia* utriusque Tomi huc pertinet, quam vir Cl. ad RAJI methodum disposuit. Singulis omnino plantas medicatas descripsit, vires & facultates subjecit. In viribus nimium SCHROEDERO credidit (q).

In *Supplemento* plantæ fere adduntur, quarum rarior est in medicina usus, adeo numerosæ; ut integram fere phytologiam expriment: deinde de plantis peregrinis, quæ nuper innotuerant.

Deinde jam senex auctor 49. annis post priorem editionem opus suum retractavit, & Londini anno 1707. 4.* edidit, Leidæ anno 1739. 4.* 1751. 4.* recusum. Usus est vir Cl. nuperis scriptoribus, & Supplementum in ipsum opus recepit. Ordo idem, synonyma plurima, characteres generum RAJANI, facultates medicæ breviter subjecit.

EJUSDEM *Appendix to Silas TAYLOR's history and antiquities of Harwich and Dovercast* London anno 17... & 1732. 4.* prodit. Ea historiam naturalem oræ maritimæ circa Harwich continet, & plantas etiam potissimum marinas & terrestres, aliquantum rariores, critico etiam judicio de synonymis & iconibus adhibito.

§. DCCCXLVI. *Laur. Magalotti.*

Laurentii MAGALOTTI Relazioni varie Firenz. anno 1693. 8.* Inter alia de Palma agit, ejusque fructu & cultu.

§. DCCCXLVII. *Angli Varii.*

Thomæ POPEBLOUNT Natural history containing many uncommon observations London anno 1693. 8.*

J. Jac. BERLU The treasure of drugs unlokd London anno 1693. 12.* 1724. 12.* 1733. 12.*

A collection of curious travels in 2. Tomes Londin. anno 1693. 8.* Primo L. RAUWOLFI iter continetur: altero excerpta ex BELLONIO, SPONIO, GREAVES,

(q) TRALLER De terreor. v. medicor. abusu.

GREAVES, VERNONIO, alii. Adjecti tres catalogi plantarum orientalium Johannis RAJI, qui redeunt in *Sylloge plantarum exterrarum*.

An Account of several late voyages and discoveries by S. JOHN NARBOROUGH, ABEL TASMAN, JOHN WOOD and FRIDERICK MARTENS &c. London anno 1694. 8°. Exiguum est, quod huc pertinet; etsi iter Johannis NARBOROUGH omnem laudem meretur.

§. DCCCXLVIII. *Galli Varii.*

J. FRANÇOIS LAUGIER, Chirurgi Massiliensis, *Des remèdes vulvéraires, où l'on explique leur nature & leurs effets, avec la théorie des accidens qui arrivent aux playes* Lyon anno 1693. 12°. BURETTE. LAUDAT BERTRANDUS p. 73.

St. DISDIER le meilleur methode pour composer d'excellent Chocolat la Haye 1693. 12°. cum Phil. SYLVESTRO.

§. DCCCXLIX. *Transactiones Philof.*

In *Phil. Transactionibus* hujus anni n. 201. TANCREDVS ROBINSON, amicus RAJI, agit de tuberibus Anglicis, quæ delineata dat.

EJUSDEM De plantis & arboribus Regni Neapolitani *Philof. Transact.* n. 349.

Semen in Coralloide Fungo & inter lamellas aliorum Fungorum detectit IDEM DERHAM *Phyf. theol.* L. X.

Ibid. *Phil. Transf.* n. 205. De pane rapaceo.

R. BUKLEY Eques ibid. n. 201. De Ulmis ex femine propagatis.

JOHANNES CLAYTON Ex itinere Virginico, in Epistolis ad Regiam Societatem datis, quæ memoria digna vidisset, adpersit n. 201. ut pluviam feminum Hederae.

N. 205. De varietatibus, aut speciebus, Nicotianæ in Virginia cultis.

N. 206. Iterum de Nicotiana in Virginia culta.

EJUSDEM De medicina & plantis medicis Virginienfium *Phil. Transact.* n. 454. plantæ non optime descriptæ. An idem est qui plantas GRONOVII mittibat.

§. DCCCL. *Gul. v. Limborch.*

GUILIELMI v. LIMBORCH, Professoris Lovanienfis, *Medulla simplicium, cu* DODONÆO, SCHROEDERO, aliisque Lovanii anno 1693. 12°. FALCONET: anno 1702. 12°. Ad alphabeti ordinem recenset medicamenta simplicia, & eorum doses viresque. Editio mendosa.

GREGO-

- GREGORIUS van den LEMMER *de purgantibus* Leid. 1693. 4°. B. BOEHMER.
 D. HUWAART *op en ondergang van Coronandel* Amsterdam 1693. 4°. CARLS. de mercatura ejus orae.

Ooft en weftindifche waarande vervattende aldaar de leef en Geneeskonft Amsterdam anno 1694. 8°. Ex BONTIO, PISONE, & MARCGRAFIO excerptum opufculum continet descriptiones plantarum in ufus medicos & dieteticos in utraque India adhibitaram.

Haarlemers Apotheek Amsterdam anno 1693. 8°. WACH.

§. DCCCLI. *Germani Varii.*

Christian. Joh. HORB *De febrifuga Chinae Chinae virtute* Altdorf. anno 1693. 4°. Cum eo cortice varia commifcuit, reperit cum vitriolo, ad medicamentorum (typticorum modum, nigrefcere; cum fyrupo violaceo virefcere, & non bene in fecundum febrifugorum ordinein relegat. Non esse alcalinum.

Chr. BURCKHARDS *Oftindianifche Reifebefchreibung* Halle 1693. 12°. plantis etiam continet. RIV.

Mufeum Spenerianum, oder Befchreibung der Sachen in J. JAC. SPENER'S Cabinet Leipzig 1693. 8°. ANDERSON.

Neue Seidenmanufaktur Leipzig 1693. 8°. HAUSV.

Colledanea chymica curiofa, qua rerum naturalium anatomiam continent ex triplici regni . . . vegetabili opera J. D. THOM. Francofurti 1693. 4°.

J. Georg SPENGLER'S *Blumenbüchlein* Coftanz 1693. 12°. MEISNER.

Georg Heinrich HÆBERLIN *Diff. doct. de generatione plantarum* Tubing. 1693. 12°.

Paul. Camut. LEINKER *Compendium promtuarum medicamentorum in pharmacopolis castrensis exficientium* Noriberg. 1693. 12°.

Samuel SCHROER *De Opii natura & usu*, Erfurt. anno 1693. 4°.

EJUSDEM *Libera in Opium difquifitio* Lipfiae anno 1696. 8°. idem forte fuerit.

EJUSDEM *Gedanken über das gewöhnliche Theetrinken* Lipf. 1693. 4°. PL.

§. DCCCLII. *Guilielmus Sberard.*

Guilielmus SHERARD, magnus plantarum cultor, Smyrnx multis annis vixit, gentis Britannicæ Conful, & hortum in vicinia egregium aluit, plures etiam plantas ficca collegit dicitur, quam ante eum quisquam mortalium. Edidit HERMANNI *Paradisium Batavianum*.

In

In *Philos. Transact.* n. 260. describit artem vernicis Chinenfis parandæ.

Ipsæ vix quidquam scripsit, suo certe nomine. Pertinet tamen ad eum *Supplementum plantarum per Italianæ & Galliam observatarum*, quod cum RAJO Sylloge stirpium exterarum Londini anno 1694. 8.* prodiit, in quo plures plantæ rariores Montis Jure recensentur, a nostro auctore inventæ.

§. DCCCLIII. *J. Pecbey.*

John PECHEY Compleat herbal of physical plants London anno 1694. 8*. Amsterdam anno 1694. 8*. 1707. 8*.* Plantarum Anglicarum & peregrinarum, quæ in officinis recipiuntur, brevès fere ex RAJO hitorix; vires medicatæ undique collectæ, ut auctor nihil sibi ipsi adroget. Anglicarum stirpium locum natalem sæpe addit, inter peregrinas aliquas certo Anglicas & vulgo notas admiscet: subinde tamen etiam rariores aliquas describit, ut radicem Cassumuniar, quæ in horto Regiæ Golconde plurimi fiat, & ex qua spiritus addito vini stillatitio liquore educatur. — Vires etiam medicas aliquando non vulgares indicat. Selinum Sii foliis contusum, cum cerevisia subactum, fucum dat, quo potu femina hydropica convaluit (1).

§. DCCCLIV. *Angli Varii.*

Job. CULLUM Epistola de nuper inventis hibernis pro plantis peregrinis *Phil. Transf.* n. 213.

William WESTMACOTT *ἱστορία φυτῶν ἰσθμίου, s. historia vegetabilium sacra et scriptural* herball London anno 1694. 8*. BURCKH.

William WOTTON *Reflections upon ancient and modern learning* London anno 1694. 8*.* Comparat botanicos labores veterum & nuperorum, illis & paucas plantas innotuisse docet, & satis imperfecte: nihilque habere vel eum PARKINSONI opere comparabile. Historiam aliquam addit botanices. GESNERUM, methodi auctorem laudat: RAJO opus omnibus præfert.

§. DCCCLV. *Galli Varii.*

Adriani HELVETHI Méthode pour guérir toute sorte de fièvres, sans rien prendre par la bouche Paris anno 1693. clysteribus nempe opiatiss. Italice *Parin.* 1694. 8*. HOTTON. la *Kinakina* contra le fièvre.

EJUSDEM *Des maladies les plus fréquentes & des remèdes spécifiques pour les guérir* Paris anno 1727. 8*. Trevoux anno 1722. 12*. Haag. 1711. 12*.

EJUSDEM *L'usage de l'Hipe:ucoamba de la poudre de Corail anodine &c.* Paris 4*.

(*Bibl. Bot. Tom. II.*)

C

In

(6) p. 180.

In *Phil. Transf.* n. 346. & in *Journal de Trévoux* anni 1704. agit de viribus medicis Pareiræ bravæ, quam valde laudat.

Remarques nécessaires pour la culture des fleurs Paris anno 1694. 8°.

Petri BOURDELOT & J. Gab. FRESSANT *E oryzæ usum saluberrimum* Paris 1694.

§. DCCCLVI. Germani Varii.

Justi VESTI *de symbolo PYTHAGORÆ, a Fuki abstinentium* Erfurt, anno 1694. 4°.

EJUSDEM *De fructuum borariorum & esculentorum abusu* ibid. anno 1704. 4°.*
Myrtillos in dysenteria profuisse.

EJUSDEM *De egro sudimia ex corticâ China de China intempestivo usu laborante* ibid. 1709. 4°.

EJUSDEM *De præstantia medicamentorum simplicium & Galenicorum præ Chemicis* Erford. 1713. 4°.

EJUSDEM *De panis usu alimentoso & medicamentoso* ib. anno 1710. 4°.

Sim. WEISS *De excrescentiâ plantarum animatâ* Lips. 1694. 4°.

OTTO FRIDRICH von der GROEBEN *Orientalische Reisebeschreibung.*

EJUSDEM *Guineische Reisebeschreibung und Verrihtung zu Morea* Marienwerder 1694. 4°. meretur legi.

J. Philippi BURGGRAV patris, medici Francofurtensis, disputatio, *de Malo Sinenfi aereo* Leid. anno 1694. 4°.*

Gottfried KRESSE *De Sycomoro* Lips. anno 1694. 4°. *Colledanea in locum Lucæ.*

In *Miscell. Nat. Cur. Dec. III. ann. II. n. 224.* J. Conradus BRUNNER agit de grauis fœcalinis corniculatis, vertiginem inferentibus.

§. DCCCLVII. Belge Varii.

J. Henric. SEYFRIED M. H. *Woudeven der natuer van fruchten planten en Kruiden* Haag. anno 1694. 4°. Germanice Nürnberg 1694. 8°.

Gerard. OUTHOV *Exerc. de Manna Israelitarum* Groning. 1694. 4°.

Pharmacopœa Lillensis Lille 1694. fol. GRAU.

Carolus BATTUS *Het secret boek — van boomen, planten, bloemen, kruiden en Zanden, van koecken, confyten, olyen &c.* Lccuwarden 1694. 12°.

§. DCCCLVIII.

§. DCCCLVIII. *Petrus Pomet.*

Petri POMET, Aromatarii Parifini, Hiftorie générale des drogues Paris anno 1694. fol. 1735. 4°. Germanice Lipf. 1717. fol. Anglicè 1712. fol. 1737. fol. Plantarum bonæ notæ, icones non fcmper laudabiles, loci natalis defcriptio, fæpe & utilitas. Nihil valde reconditi habet, & fæpe potuiffet multo meliora vel ex folo HORTO MALABARICO hauiffet, non eruditus homo, fed artis fuus gnarus. Nova editio Paris 1735. POMETI filii additionibus aucta eft.*

EJUSDEM Catalogue des drogues fimples & compofées Paris anno 1695. 8°. BURETTE.

Traité des drogues, qui ont raport à la médecine Paris anno 1697. 12°. FALCONET. Compendium POMETI.

Droguiet curieux Catalogue, des drogues fimples, par alphabet Paris anno 1709. 8°. SEGUIER.

§. DCCCLIX. *Samuel Muller.*

Samuel MULLER, Silefii, Vademecum botanicum, oder beyträgliches Kräuterbüchlein Drefd. anno 16 . . . 1744. 8°. Francof. & Lipf. anno 1694. 8°. , que altera eft editio. Plantæ medicatæ ad ordinem literarum alphabeti difpofitæ, cum iconibus, defcriptione aliqua, viribusque. Errores bene multi: Raphaniftrum pro Raphano rufficano defcribit & depingit, radios addit Stæchadi citrinæ, &c.*

§. DCCCLX. *Elias Camerarius.*

Eliæ CAMERARII, Præceptoris olim noftri, Triga differtationum anno 1694. 8°. Tubingæ editarum, agit de Theæ & Coffeæ abufu.

EJUSDEM Diffutatio de venenû Tubingæ anno 1728. 4°. utcumque huc fpectat.*

EJUSDEM De Betula Tubing. anno 1727. 4°.

In differtationibus Tamrinenfibus nona & duodecima aliquam partem rei herbariæ tangit, in illa ftum erectum plantarum, in illa Nicotianam.

In Vol. I. AÛ. Nat. Cur. De radicum quarundam, neque enim definit, moxio efu obf. 121.

§. DCCCLXI. *Fridericus Hofman.*

Fridericum HOFMAN, Friderici filius, per annos pene quinquaginta Profeffor Halenfis, non quidem rem herbariam potiffimum coluit, multa tamen

ad analyses, viresque medicas herbarum declarandas contulit, potissimum in numerosissimis, quas edidit, disputationibus.

Video citari disputationem *de medicamentis officinalibus* Jen. anno 1686. 4°. quæ non est ad manus.

De infusi Veronica efficacia præferenda herba Thea Hall. anno 1694. 4°. Infusum herbæ vires optime servare. Inesse cum vi tonica subtiles & odoratas particulas: cum vitriolo nigricare: prodesse in phthifico malo, scabie sicca, a vesica mucum depellere; non perinde, ut Thea, hypochondriacis nocere. Redit in *Gründl. Anweis.* T. IV. & in *opusculis medicis* Dec. II.

EJUSDEM *De China China modo operandi usu & abusu* Hallæ 1694. 4°. & progr. ejusdem tituli. In disp. analysis corticis est, qua resinofum principium demonstratur, & vis in roborando ponitur, alvum subinde ducere ostenditur, & aliquæ in usu hujus medicamenti cautelæ docentur, potissimum ne in paroxyfmo febris detur, aut paulo prius.

EJUSDEM *De medicamentis specificis, corionque agendi modo* ib. anno 1694. 4°.

EJUSDEM *De pane grossiori Weiphalico vulgo Bonpournikel* anno 1695. & in *opusculis physico medicis*. Ad ignem multum oleum fundere. Redit in *Gründl. Anweis.* T. IV.

EJUSDEM *De anthelminticis* anno 1698. 4°.

EJUSDEM *De Terebinthina* anno 1699.* & in opusc. Medic. Dec. II.

EJUSDEM *De opiatorum nova & mechanica agendi ratione* anno 1700.*. Recte monet in febribus acutis minimum pondusculum opii delirium facere. Redit inter *disputationes physico medicas* Leidæ anno 1713. 8°. recusat.

EJUSDEM *De pulverum sternutatoriorum vero usu & abusu* Hall. 1700. & in *opusculis medicis* Dec. II. iisque *Gründl. Anweis* T. VI. Medicamentorum sternutatoriorum census. Nicotiana: tum resina ligni Guajaci, & flores Benzoin: inde composita.

EJUSDEM *Sacchari historia naturalis & medica* anno 1703. 4°. Sal sulfureum peculiare Saccharo inesse, spiritum & acidum dare, & ardentem.

EJUSDEM *De Caryophyllis aromaticis* anno 1701. 4°.*

EJUSDEM *Opii correctio genuina & usum* anno 1702. 4°. Analysis Opii aliqua, & sal tenuissimum florum Benzoin simile, hinc solutioni innataus, viscidum, graveolens, summe narcoticum, in quo vis Opii habitat, que auctor canem occidit, multo majorem ipsius Opii dosin toleraturum. Præfert autem mitiorem partem gummosam. Amat componere cum purgantibus.

EJUSDEM *De Balsamo Peruvianano* anno 1703. 4°. & in *Opusculis medicis* II. Cum oleis expressis non misceri, sed cum destillatis, & ovi vitello: cum addito

addito sale lixivo sicco optime destillari. Medicamenta inde præparata recensentur, etiam cum spiritu volatili, & Antimonii tinctura.

EJUSDEM *De natura & præstantia vini Rhenani* anno 1703. 4.*. Varia ex ordine dignitatis vina Rhenana recenset, eorumque curam & custodiam. Vtustius ad varios usus mire commendat. Recusa est in collectione *diff. physico medicarum* Lektæ anno 1708. 8°. 2. Vol. in *Gründl. Anweis.* T. IV. & in *Opusc. medic. Dec. I.*

EJUSDEM *De prudente virium medicamentis exploratione* anno 1703. 4.*. Agit de Ipecacoanha, cortice Peruviano, Ginseng, Faba S. Ignatii, aliisque novis medicamentis.

EJUSDEM *De purgantibus fortioribus, ex medicina rejiciendis* anno 1703. 4.*. & in *Gründl. Anweis.* T. VI. De eorum vi lethali, & modo, quo conspiciantur. Veratrum album, semina Cataputiæ, & alia similia rejicit.

EJUSDEM *De purgantibus selectis & minus cognitis* anno 1704. 4.*. & in *Opusc. med. Dec. II.* Laudat semen Violæ, & essentiam Centaurii minoris ad 60. guttas propinatam.

EJUSDEM *De specificis antispasmodicis, Melissa aliisque* anno 1704. 4.*. & in *Opusc. med. Dec. II.*

EJUSDEM *De medicamentis selectioribus* anno 1713. 4°. in *Decade II. diff. physico medicarum*. recusa. Inter emetica laudat Ipecacoanham, tum Camphoram, Chacacillam. Germanice Ulm 1735. 8°.

EJUSDEM *De medicamentis infecuris* anno 1713. 4.*. & in *Decade II. diff. physico medicarum* n. 7. Rejicit, ut solet, medicamenta validiora omnia, potissimum etiam purgantia, laudat mitia: Opio cautissime uti permittit: laudat suum liquorem anodynum: Anthoram intutam esse, etiam ex proprio experimento docet.

EJUSDEM *De medicamentis infidis* anno 1713. 4.*. ibid. Chinam Chinam primum habet adstringente.

Redit utraque in T. VI. *Gründl. Anweisung.*

EJUSDEM *De cura avenacea* anno 1714. 4.*. & in *Gründl. Anweis.* T. IV. Multum laudat in morbis putridis scorbuticis.

EJUSDEM *De interno usu Camphora securissimo & præstantissimo* anno 1714. 4.*. & in *Opusc. Medic. Dec. II.* Camphoram ad olea stillantia pertinere, & simile quid ex rosis, & Aloes ligno obtineri: ad morbos malignos & putridos optime valere.

EJUSDEM *De medicamentis balsamicis* anno 1715. 4.*. recusa in *Decade II. diff. medico physico*. Describit Arbulculam & balsamum Gileadense, balsama peregrina alia, Juniperum, olea plantarum verticillatarum.

EJUSDEM & SCHMIDTII auctoris, *De præstantia Malorum citriorum in medicina* anno 1715. 4.* Elegans purgans medicamentum parat ex Pomo citrio, cum Tamarindis & Manna, in aqua cocto & colato.

EJUSDEM *De præstantia remedium domesticorum* anno 1718. 4.* & in *Dec. II. diff. physico medic.* in P. IV. *der gründlichen Anweisung*, inque *Opusc. Medic. Dec. II.* Laudat panem fecalinum, vinum, decoctum Avenæ, Raparum; Allium, herbas varias.

EJUSDEM *Diætetica sacra* anno 1718.* & in *Opusc. Medic. Dec. I.* Vitum vegetabilem breviter tangit.

EJUSDEM *De Millefolio* anno 1719. 4.* & in *Opusc. Med. Dec. II.* Solum Millefolium (cum Chamæmelo) igne subdito oleum dare æruleum, cujus color non sit a cupro, idem saporis & odoris penetrantissimi, magnum anodynum, antispasmodicum & carminativum medicamentum. Millefolium laudat in colica, doloribus a partu, cardialgia, flatulentia ventriculi.

EJUSDEM *De vini Hungarici excellentie natura, virtute & usu* anno 1721. 4.* & in *Dec. I. Opusc. Medic.* Vinum medicis parum notum secundum loca natalia describit, modumque, quo præparatur. Dimidiam spiritus vini portionem fundere; Germanica vina non supra tertiam. Vi valere cardiaca & stomachica. Germanice prodit cum l. de usu & abusu Tabaci, Ulm. 1735. 8°. cura G. FR. REIMANN; & solum, ut intelligo, Dresden 1761. 8°.

EJUSDEM *Observationes de cauto & præstantissimo vomitorum usu* anno 1725. 4.* & in *Dec. II. Opusc. Medic.* Helleborum album diuturna coctione sua acrimonia exsui. Etiam Alarum, Gratiolam aliave purgantia diutius in aere libero servata, virulentiam deponere.

EJUSDEM *De Manna, ejusque præstantissimo in medicina usu* anno 1725. 4.*

EJUSDEM *De specifica quorundam remediumum efficacia* anno 1727. Corticem radicis Pruni ad morbos renum, Elaterium in hydrope, & alia laudat ex plantis specifica.

EJUSDEM *De recto corticis China China in febribus usu* anno 1728. 4.*

Hæc disputationes varie recuse fuerunt. Aliquæ in *Decadibus duabus dissertationum physico medicarum*, quæ Leidæ anno 1713. & 1719. prodierunt. 8.*

Ibidem jam, anno 1708. prodierunt *Avodæcum dissertationes physico medicæ ambrosæ* 8.* 2. Vol. In iis unica est hujus argumenti *de vino Rhenano* disputatio.

Inde Ulmæ prodierunt anno 1726. 8°. 2. Vol.* *Opuscula physico medicæ*. In eorum Tomo I. duæ disputationes huc faciunt. Inter ea est etiam *methodus compendiosa vires plantarum indagandi*, quæ prius cum BUXBAUMIO prodierat. Clavis ejusdem plantas sæpe vitibus medicis convenire. Sapores varii, & odores quas facultates prodant, tum loci natalis. Ger-

Germanice ab anno 1715. & 1728. Halæ prodierunt 9. vol. 8.* *Gründliche Anweisung, wie ein Mensch vor dem frühzeitigen Tode, sich allerhand Krankheiten, durch eine ordentliche Lebensart sich bewahren könne.*

Ejus Compendium est Kurzgefaßte Diæticæ Jena 1751. 8*.

Denique Halæ anno 1739. 4*. prodierunt *Opuscula medica varii argumenti* (sive 20. disputationes), quarum plurimæ huc faciunt.

In *Observationum physico chymicarum selectiorum* L. III. Halæ anno 1722. 4.* excusis, multæ analyfes plantarum, & medicamenta ex iisdem parata minus vulgaria continentur. Huc ergo multa de oleis stillatitiis, etiam Juniperi, Rosæ, Croci. De Camphora, Balsamo Santali; resinis variis, balsamo Terabinthiæ, vini anatome.

Omnia redeunt in *Collezione Genevensi* operum omnium.

§. DCCCLXII. Engelbertus Kämpfer.

Engelbertus KÄMPFER, Lippicenfis Westphalus, pro gradu Leidæ 1694. 4.* disputationem edidit inauguralem, cui titulus est *Decas Miscellanearum observationum*; recufam in *Fasciculo*, & qua de arbore Draconis, Agno Scythico, Moxa & aliis agit.

AUCTOR nulli peregrinatorum secundus, decem integris annis Afiam peragravit, per Ruffiam, Caspiumque mare, in Persiam, hinc in Arabiam, Indostaniam, in Coromandeliam, Sinum Gangeticum, Javam, Sumatram, Siamenfè Regnum, Japoniam, in qua duobus annis vixit. Immenfam pulcherrimarum adnotationum vim in eo itinere collegit, ipse delincaendi peritus, ad omnem laborem impiger, neque sibi parcens, quoties veri detegendi spes erat. Horum thesaurorum longe plurimi perierunt, quos paratos habebat. Ex eo naufragio enataverunt *Annuitationum exoticarum politico physico medicarum Libri V.* Lemgøw. anno 1712. 4.*: Multa hic ad rem herbariam pertinent. In *Fasciculo* II. vini Schirasenfis parandi artificia. Morus Japonica, ex cuius cortice charta paratur, & aliæ plantæ Japonicæ.

In *Fasciculo* III. cuius pars aliqua in disputatione inaugurali prodierat, huc facit Agnus Scythicus, pellis agni Calmucici. Hingh seu Alie fetidæ eximia historia, quæ Selini species videtur; Sanguis Draconis ex Palma; Moxa; Theæ Japonicæ prima boua descriptio: Inebriamina Indica ex Canabi, opio, datura.

Fasciculus IV. totus pertinet ad Palmæ Dactyliferæ historiam naturalem, medicam & diæticam, eximium post tot alia opus.

Fasciculus V. totus novus est, & partem Floræ Japonicæ continet, cum plufculis iconibus, & characteribus generum novorum fere 50. inter quæ
Cam-

Camphora est & Agallochum, & Ninzin, & Chinæ radix, Anisum stellatum, arbor vernicifera &c. Iniquus sculptor delineationes optimas passim corrupit.

In *History of Japon*, quæ posthuma a J. *Casparo* SCHEUCHZER Londini anno 1727. fol. ex thesauris SLOANEIS edita est, historia Hæc repetitur. Germanice eadem, sed mutilata prodit, & aliqua habet ex priori opere sumpta. Gallice *Histoire naturelle civile & ecclesiastique du Japon* la Haye anno 1729. fol. Amsterdam 1732. 12°. 3. Vol. Agit etiam de Papiro, Moxa.

Interit *sextus Fasciculus*, Epistolarum ad viros in Asia eruditos datarum, Herbarii trans — Gangetici Specimen fol. cum iconibus 500. Hodoporicum fol. 3. Vol. Maxima certa & in plerisque vix unquam reparanda jactura.

Gottingæ memini aliqua M. S. non maximi tamen momenti, in *Bibliotheca publica* servari.

J. C. HERVIEUX *tr. des Serins de Canarie* Paris 1709. 12°. 1714. 12°. 1745. 12°.*. Agit etiam fatis fuscæ de granis, quibus hæ aviculæ aluntur, Navette, quam laudat, Ravette, Alpitte, quæ Phalaris, Oeillette a papavere solore cinereo diversæ plantæ, Argentinæ quæ thalictrum videtur.

S. M. Germani Varii.

Viti Eberhardi ROHTE *Medicina portatili, seu selectissima, & notissima remedia* Ulm. anno 1709. 12°. Medicamenta secundum classes disposita cum solibus.

Cirioser und vollkommener Farber Nürnberg T. I. anno 1709. 8°. T. II. anno 1711. 8°.

Clavis medicina dietetica, oder Unterricht von dem Wege zur wahren Diæt Gotha anno 1709. 8°. Brevis libellus.

C. D. B. A. *Bericht vom wahren Gebrauch und Nutzen des Corticis Chacarrilla* Leipzig 1709. 8°. HUTH.

ELEONOREN MARIEN. *Herzogin zu JÄGERNDORF, Granatapfel des Ch. Samariters, oder Arzeney- und Kochbuchs 2. Theil.* Leipzig 1709. 4°. AINK.

Christophorn Ludovicum GÖLLER *De Cinnamomo* Utrecht. anno 1709. 4°.*. Vim nullam in ligno esse: sed etiam cortici ab interna pellicula impertiri. Novem species Canellæ describit, quas omnes ex Ceylonia missas possidebat, & quas per suas notas definit, præter Cassias ligneas duas, & corticem fatuum, Cinnamomo adfinem.

Nicolaus SCHULZE *De Nuce moschata* Traject. anno 1709. 4°.*. Collectanea, maxime ex LEEUWENHOECKIO.

Sentiment von Fürtrefflichkeit des Rheinweines, wie solcher bey Krankheiten zu gebrauchen Magdeburg 1709. 8°. B. THOMAS. AN HOEMANNI.

Ernesii Wilhelmi WESTENBERG Viridarium Academia, que est Hardervic Hardervic. anno 1709. 4°.

Pharmacopœa Roterodamensis Rotterdam 1709. 8°.

§. MI. *Natalis Chomel.*

Natalis CHOMEL, presbyteri, Dictionaire economique Lyon anno 1709. fol. deinde Parisiis anno 1718. fol. 2.Vol. Amsterdam anno 1732. fol. 2.Vol. & J. MARRET auctum. Lyon anno 1732. fol. 2.Vol. & Commercij 1741. fol. 4.Vol. & nuper auctius a D. LA MARE Paris 1767. fol. 3.Vol. Germanice Lipsi. anno 1750. & sqq. fol. 8.Vol. Anglice, vertente Roberto BRADLEY, London anno 1722. 1735. fol. Belgice Leid. 1743. fol. 2.Vol. Compilatio, in quam LIGERII *Maison ruyssique* transit. Continet plantas ex vetustioribus fontibus descriptas, cum vitis in iis superfluitibus, absque synonymis. Auctor rei botanicæ minus peritus, neque certæ fidei (1).*

Supplementum ab alio auctore elaboratum successit Lyon anno 1712. fol. neque enim est CHOMELII, qui anno 1704. obierit. Redit auctius in editione Lyon anno 1718. fol. *Journ. Sav.* & Amstelodami reculum est anno 1740. fol. 2.Vol.* & ut puto, in reliquis post annum 1718. editionibus redit. Additamenta habet ad T. I. subinde etiam novos numeros, cæterum alijs ad jus & statuta Regia pertinentibus articulis potissimum auctum est, etiam alienissimis.

§. MII. *A. Jos. Dezalliers.*

La théorie & la pratique du Jardinage par L. S. A. J. D. A. (Antoine Joseph) DEZALLIERS d'ARGENVILLE, Alexandrum BLOND nominat SEGUIER Paris anno 1709. 4°. 1713. 4°. Amsterdam anno 1711. 4°. SEGUIER, la Haye anno 1715. 4°. 1719. 4°. Hæc auctior editio. Anglice *The theory and practice of gardening translated by J. GAMES* London 1712. 4°. 1728. 4°. de HONDT. Inter 4. partes, quibus hoc opus constat, sola tertia huc spectat, reliquæ ad ornatum, architecturam, & aquas faciunt. Parte vero III. arborum cultus traditur, & Hesperidum, denique flores, eorumque ordo. Vulgares fere flores sunt, & parum numerosi.

§. MIII. *Angli.*

J. LAWSON *Nouv voyage to Carolina containing the natural history of the country* London anno 1709. 4°. Divitem esse plantis lego. Germanice, cum titulo, *Altenneisse Beschreibung von Carolina und Westindien* Hamburg 1722. 8°. editio secunda.

§. MIV. *Philippus Hecquet.*

Philippi HECQUET, medici Parisini & Zelotæ, Traité des dispenses de Carême Paris anno 1709. 12°. 1710. 12°. 2.Vol. Percurrit alimenta ex plantis,

(1) De COMBE.

tis, & ad vitam sufficere contendit, neque jejunium dispensationem admittere. Alimentum hominis maxime naturale ex plantis repeti. Nimis laudat & excusat cibos vegetabiles, ut Fabas neget inflare. De Thea, Coffea, Chocolata; hanc utique alere. Contra Nicotianam, quæ ad delicias pertineat. In editione Parisi. 1741. 12°. 2. Vol. cum diſt. *ſur les macreſes & le tabac.*

EJUSDEM *Reſtlexions ſur l'uſage de l'Opium & des calmans* Paris 1726. 12°. 1727. 12°. PLATN.

EJUSDEM *La pharmacie des pauvres* Paris anno 1740. & 1749. 12°. * quam editionem B. BOUDON emendavit. Poſthumum opus. Multa medicamenta ſimplicia ex vegetabilibus ſumta. Multa ex FULLERO. In ſine *Observations, & ſuite des Observations ſur le regene maigre, & quaſi compendium libelli des diſpenſes, du carvine,* quo confirmat, ſatis eſſe in plantis partium nutrientium, cumque eo victu multos monachos fanos vivere.

EJUSDEM *Remarques ſur l'abus des purgatifs & des amers &c.* Paris anno 1729. 12°. *

§. MV. Galli aliqui.

In *Mémoires de l'Acad. des Sciences* anni 1710. Aliqua de oleis in India uſu venticibus, ex collectione Cl. la MARE.

De Secali corniculato, ejuſque funeſto effectu ibid. agitur.

Antonin PARENT De cauſa nonnullorum motuum, qui in plantis admotantur. ib.

IDEM anno 1709. De corticis minori dignitate, quo avuſſo planta ſupervivat.

IDEM anno 1711. De tumore infra vinculum, qui deſcenſum fucci alibilis confirmat.

D. CARRE' De Tritico trimetri, *Blé de mars,* & de frumento altero anno abſque ſatione repullulante.

Diſt. *Hygiene tiende ſanitatè & præcautionum morborum præcepta* tradens Valence anno 1710. 12°. Ad potulenta, contra cerevifiã, de pane vario, de radicem noxia vi, & olerum virtute præter braſſicã, quam multum damnat tum fructus horæos.

Extrait d'un diſcours ſur la réſpiration des plantes, prononcé dans le Collège de Toulouze de la Compagnie de Jeſus anno 1710. 20. Octob. In *Journal de Trevoux* 1712. Maj. Dari in plantis caveas aereas, in eas aerem ſuſcipi, & viciffim expelli, ita effectus ſequi, quales a reſpiratione in animalibus obſerventur. Huc vaſa aërea trahit, diverſa a ſucciferis &c.

De

De ROSNY *Parfait Oeconome* Paris anno 1710. 8°.

COPPONEE *Le Quinquina glorifié par la guérison des fièvres* Chambery anno 1710. 12°.

§. MVI. *Noxa Diaria.*

Hoc anno 1710. *Nova Academia Berolinensis*, LEIBNIZII suavis, a *Fridrico I. BORUSSIAE* Rege constituta, cepit sua *Miscellanea* Berolini edere, quorum equidem omnium minima particula ad rem herbariam spectat.

Hoc ipso etiam anno prodire cepit *Giornale de Letterati d'Italia* Venet. 12. adque Tomum 43. continuatum est, cum tribus supplementorum tomis. Spectat equidem ad literas, & parcissime rem herbariam attingit, acute cæterum & docte scriptum. Auctor primarius fuerat *Apostolum ZENO*, tum frater ejus *Petrus Catbarinus ZENO*.

§. MVII. *Hermannus Boerhaave.*

Hoc anno primum de re herbaria scripsit magnus ille medicorum universæ Europæ præceptor *Hermannus BOERHAAVE*, qui priori anno in cura horti Leidensis *Petro HOTTÓN* successerat. Tanto ardore in novo labore versatus est, ut proximo anno *Index plantarum, quæ in horto Lugduno Batavo reperuntur*, prodierit Leid. anno 1710. 8°. 1720. 8°. Methodus fere *HERMANNI*, ordo paulum alius, ut plantæ *Gynnopolyspermae* agmen ducant: Genera cum numeratis speciebus, quas inter plurimæ varietates. Non descriptæ excerptæ leguntur in *Philosophicis Transactionibus* n. 325. eas inter aliquæ ad varietates spectant, multæ novæ sunt raræque. Adnotationes raræ, tamen aliquæ, & flos Cerei scandentis minoris.

Inde magno ardore studio herbarum se dedit *VIR MAGNUS*, etsi animus chemicis potius laboribus favebat. Sæpe vidimus ante auroram optimum senem ligneis calcæis per hortum repentem, ut cominus & cultum herbarum perspiceret, & flores fructusque specularetur. Ita natus est *Index alter plantarum, quæ in horto Academico Lugduno Batavo coluntur* Leidæ anno 1720. 4°. 2. Vol. anno 1727. 4°. 2. Vol. AUCTOR Horti sui historiam præmisit, characteres nunc, & generum, & classium addidit, multum citavit in illis *MALPIGHIIUM*, ut tamen totam plantam *BOERHAAVIUS* consuleret, neque radici, foliis, aut faciei locum in generum characteribus negaret. Stamina fere ubique adjecit, ut characterem adeo, quem solent naturalem vocare, primus adortaret. Icones etiam adpersit, potissimum *Leucadendorum*, has ad *Johannem HARTOG* codicem descriptas. Multas, potissimum Indicas plantas, primus accurate exposuit, arborum etiam potissimum. Genera etiam puscula constituit, *Paviam*, *Clutiam*, *Samoloides*, *Caprariam*, *Bafellam*, alia. Cum in horto viveret, & a spontaneis plantis legendis tum officiorum multitudine, tum regionis ipsius, in qua vixit, conditione excluderetur, Gramina, Muscos, Fungos & plantas

Euro-

Europæas minori studio, quam peregrinas, inspexit & recensuit. Varietates a speciebus non separavit.

Cum in *horto* plantas ostenderet, adque demonstratas medica varia, & philologica eloquentissime præfaretur, nescio quis has lectiones collegit, & cum titulo *historiæ plantarum, quæ in horto Lugduno Batavo crescunt*, edidit Leidæ (etsi Roma in titulo præhgitur) anno 1727. 8°. Maculosissimum & confusissimum opus; arboribus, ut in horto crescebant, passim in alienissimas classes inmixtis, præterea vitiosissimum, utilitatem nullam habet, nisi accurate excerptas, quæ de viri summi veris effatis superflunt.

Hactenus huc facit oratio *de comparando certo in physicis* Leid. 1715. 4°.*

Tantum indico *librum de Materia Medica* Leid. anno 1719. 8°. 1727. 8°. & alias editum, ob classes plantarum, quæ ad quamque medicam indicationem pertinent.

Alterius scopi est illustre opus *Elementariorum-Chemiæ*, cujus duo Tomi Leidæ anno 1732. 4°.* & alias prodierunt. In primo volumine pauca huc faciunt, fere *de menstruis*. Sed in secundo dimidia pene portio plantarum est; fermentationis historia eximia; plantarum analyses; prudentia monita de elementis veris, & in igne natis; vires medicæ; præparaciones efficaces; & artificia summa cum curiositate indicata. Ut magnam partem medicæ ex plantis materiæ absolvat.

Liber *de viribus medicamentorum* Paris a Raymond COMAQUE editus, a D. BOUDON recusus anno 1730.*. Gallice versus a DE VAUX anno 1729. 12°. utcumque ob virium classes huc facit.

§. MVIII. *Conrad. Barthold. Behrens.*

Conradi Bartholdi BEHRENS Selecta dietetica, seu de rebus ad sanitatem vivendi ratione Francof. & Lips. anno 1710. 4°.*. Plenam fatis dieteticen tradit, inque ea cibos & potus, qui ex plantis sumuntur, ut pro compendio haberi possit thronibus utilis.

IDEM in *Eph. Nat. Cur. Cent. I. n. 38.* agit de vi antidysenterica Ipeacuanhæ: quam ipse expertus erat.

In *Cent. II. n. 10.* De radice Nisi.

§. MIX. *Germani Varii.*

J. David SCHWERIN *Natureregister der in- und ausländischen Bäume, Pflanzen und Blumen, welche auf einem im Horn vor Hamburg gelegenen Garten sich befinden* Hamburg anno 1710. 8°.*. Varietates *Heliperidium* numerosas habet, multas etiam *Picoidis* & *Aloes* species, & florum *hortensium* lusus.

(*Bibl. Bot. Tom. II.*)

N

Krütter-

Kräuterbuch, oder curioſer Botanicon, darinn die vornehmſten Gewächſe abgebildet ſind Dreſden anno 1710. 8°.

Nie erhörte wunderbare Blumenluſt Hamburg anno 1710. fol. paucularum plagularum opusculum. Pyramides docet procurare per inſitionem gemmarum, etiam ſtrumento excogitato, quo iuſtum vulnus indigatur.

Der wohlverſahne Kellermeiſter, oder Kunſtbuch von Wein, Bier, Meth, Brandtwein &c. Nürnberg 1710. 8°. 2.Vol. 1731. 8°. 2.Vol.

Der arbeitsame Land- und Hauwäter Regenspurg 1710. 8°. ZOCH.

Daniel NEBEL Balsamum de Copiva Heidelberg. 1710. 4°. & in VALENTINI collectione, tum & in Dec. III. ann. IV. obf. 3. Auctorem ſe dicit Reſp. FR. WILH. HOPPE. Analyſin dat balsami.

EJUSDEM *De rore marino ſ. brevii Libanotidographia* Heidelberg. anno 1710. 4°.

EJUSDEM & BOREL *Planta verno tempore effloſcentes* 1705. 8°. cum viribus medicis.

Vou Gott begeiſterte Hanſtand, in einem ganz neuen Hambuch Nürnberg 1710. 8°. 2.Vol.

§. MX. Nic. Andry.

Nicolaſ ANDRY, Regii Cenſoris, medicorum Decani, *Le régime du carême* Paris anno 1710. 12°. (*Journ. des Savans*) & anno 1734. 12°. cum integriore titulo, *Traité des alimens du Carême, des légumes, des herbages, des racines, des fruits, des aſſaiſonnemens, des boiſſons &c.* Carnes melius quam plantas alere: hominem ad earum uſum factum eſſe; fibras, piſta, cum periculo comedi, ſic lactucam, crudaque poma. Ita ex ordine ſere alimenta vegetabilia exagitat, in multis nimius, ut in Fulicarum cum piſcibus adſinitate, quam neceſſitas monachorum ad jejunia adſtrictorum invenit. Pertinet omnino ad laudes alimentorum vegetabilium minuendas.

§. MXI. Frederic Ruysch.

Frederic RUYSCH, etſi anatomica laude inclaruit, ex pharmacopoliſio tamen prodierat, & peregrinas plantas amabat, & colligebat. Maceratione etiam uſus paſſim anatomem plantarum adgreſſus eſt. In *theſauro animalium* anno 1710. 4°. edito aliquas plantas marinas depinxit. In *theſauro anatomico maximo* anno 1724. 4°. Piri ſceleton dedit. Eamdem ſive filamenta Piri, Armeniacæ & Perſicæ in *adverſariorum* Decade III. anno 1723. In *curâ renovati* ſceletos foliorum, fibras pulpæ Piri & folii Opuntix reticula anno 1728.

Cornel. van GYSEN *De purgantibus* Leid. 1710. 4°.

§. MXII.

§. MXII. *Franciscum Petis.*

Léves d'un médecin des Hôpitaux du Roi . . . la troisième sur les deux espèces du Chrysoptenium de TOURNEFORT: trois nouveaux genres de plantes & quelques nouvelles espèces Namur anno 1710. 4^o.*. Auctor FRANCISCUS PETIT celebris medicus oculus & anatomicus. Chrysoptenium foliis conjugatis distinguit. Deinde, non bene, pro novo habet Lamium vulgatissimum purpureum: Sed neque Filix reflexa nova erat, neque Jacobea non lacinata Pannonica CLUSII. Damafonii speciem non valde bene depingit. Nova genera sunt Provenzalia (Calla), Calamus aromaticus, & Dantia. Peplidis etiam characterem dat.

§. MXIII. *Itali.*

Bernardini RAMAZZINI De tuenda valetudine Principum I. Patavii anno 1710. 4^o. & in operibus omnibus prodiit. De cibis palato gratis, sed parum salubribus.

EJUSDEM De usu & abusu Corticis Peruvian Patav. anno 1714. 8^o. Genev. anno 1717. 4^o.* practici argumenti.

Thoma CAMPAILLA L'Adamo ovvero il mondo creato poema D. I. Caranz 1709. 8^o. huc facit.

§. MXIV. *William Salmon.*

William SALMON English herbary or history of plants London 1710. fol.*. Polygraphus auctor, in America aliquamdiu vixit, nihilo tamen minus vulgare opus dedit, ad GERARDUM fere & PARKINSONIUM fictum, alphabeticum, plantarum vulgarium, ad veteres auctores sculptarum, neque subtiliter, sepe repetitarum. Errores innumeros habet. Pro Scordio Lamium, pro Virga aurea foliis ferratis Bidentem, pro Sophia chirurgorum pingit Symphytum petraeum.

ANNON EJUSDEM English physicians or the druggists shop opened London 1692. 8^o.

EJUSDEM London dispensary 1678. 8^o. 1680. 8^o. 1719. 8^o.

EJUSDEM Chirurgia London 1698. 8^o.* Catalogum habet medicamentorum simplicium & compositorum. Laudat Balsamum ex Chili.

EJUSDEM Family dictionary 1710. 8^o. Putes, ex similitudine materiei, in qua laboravit.

Non satis certo novi, num idem sit auctor, qui plurimas nuperas regionum diversarum historias edidit, a GOOCHIO fere in Belgica editione auctas, inde Germanice redditas, Chinae, Japoniae, Philippinarum & Moluccarum insularum, & Sundanarum, tum & Pegu, Indostanzæ, Persiæ, Turciæ. In iis omnibus etiam precipue arbores, aut celebriores plantæ tangi solent.

Reperio totum opus prodidisse Londini anno 1725. 13. Vol. 8°. & 29. Vol. anno 1728. 8°. Osb. & fol. 3. Vol. 1744. ib. & 1752. 1753. fol.

Germanice Ceylaniam Hamburg 1731. 8°. Chinam Tunquin & Cochinchinam 1732. Insulas Sundanas, Java, Borneo, Sumatra &c. 1733. 4°. Japoniam 1733. 4°. Siam Pegu & Arakan Tunquin & Cochinchinam 1735. 4°. Indostan, Ceylan & Malabar 1736. 4°. Persiam 1739. 4°. Arabiam & Tartariam 1747. 4°.

LAMBS *royal Cookery or the complete court cook* London 1710. 8°.

Guil. WHINKEY *De viribus venenorum* Leid. 1710. 4°.

§. MXV. *Missiones Danicæ.*

Hoc ipso etiam anno 1710. primus Tomus *der Berichte der Königl. Dänischen Missionarien zu Trankebar* prodit: & porro curantibus FRANKIIS patre & filio ad nostra usque tempora prodierunt, numeri nunc 109. Acri DEI amore incitatus Bartholomæus ZIEGENBALG obtinuit, ut in Coloniam Danicam mitteretur, Evangelii lucem idolatris accensurus. Varios per casus pium institutum prævaluit, & nostro ævo in quinque Ecclesias se extendit, non sine fructu. Relationes equidem ad pietatem, & fati Divini seminis messem pertinent. Intercedant tamen passim, quæ ad rem naturalem faciunt, tum sparsa ad edules fructus medicosque, tum aliquæ dissertationes, qualis est de Melongena, quæ pro Dudaim habetur n. 38.

Compendium operis edidit J. Nicolaus NIEKAMP Hall. anno 1740. 4°. Collice versum & editum Genevæ anno 1754. 12°. 3. Vol. Arctius ipse compendium olim in *Bibliothèque raisonnée* n. 32. edidi, Germanice versum & Beruzæ recusum anno 1756. 4°. 1771. 8°.

Lego etiam *Histoire des voyages, que les Danois ont fait dans les Indes Orientales depuis 1705. jusqu'en 1736. traduite par Benjamin GAUDARD* Genevæ 1742. 8°. FALCONET. IDEM forte quod NIEKAMP.

Qui nuper obiit D. KNOLLE, plantas aliquas in Europam misit, in Comandelia lectas. & plura licet ab eo, qui nuper ad Missionem Danicam missus est, D. KOENIG sperare.

Utcunque huc facit *Medicæ Esaporisus duodecim medicamentorum* Ultrajecti anno 1711. 12°.

§. MXVI. *Laurentium Roberg.*

Laurentium ROBERG, Professor Upsaliensis, disputationem edidit *de aquosi calidique potus salubritate* Upsal. anno 1711. 4°. nempæ de Thea, cujus & iconem manu Cl. viri pictam cum meo M.S. possideo, multum auctæ disputationis, tum de Coffea. Inde Catalogus plantarum borealium, ex quibus aquosus potus confici possit. EJUJDEM

EJUSDEM *De pice pinique sylvestris resina* Upsal. anno 1714. 4.*. Distinguit *Gras & Tall*: deinde Pini fabricam & molle eduleque albumin, resinamque spontaneam; porro resinæ analysin dat, oleum tenue, æthereum, & Colophoniam, & picem liquidam Tiar. Meum exemplum plurculas icones ad Pinum spectantes habet.

EJUSDEM *Gras oa delinæata* Upsal. 1727. 4.*. Resp. ADAM WERNER. Si hue fecerit.

EJUSDEM *Vegetabilium cum animalibus comparatio* Upsal. anno 1737. 4.*. Partes, plantarum fabrica, loci natales.

EJUSDEM *Plantarum generatio* Upsal. anno 1738. 4.* etiam cum iconibus.

Possideo etiam characteres Tournefortianos numerosos, eleganter ligno insculptos, quos vir Cl. operi alicui destinabat.

§. *MXVII.* Christianus Henricus Erndl.

Hic recenset, cum priorem editionem non viderim, C. H. E. D. *de itinere suo Anglicano & Batavo* annis 1706. & 1707. factæ, *relatio ad amicum* Amsterdam. anno 1711. 8.*. Prior editio anno 1710. prodit, 8*. RIVIN. & J. Gregorius BETULIUS in eam animadvertit anno 1710. cui AUCTOR hic in *prefatione* respondet; idem nempe qui ad Archiatri summum gradum ascendit *Christianus Henricus ERNDL.* Alpes etiam cum SCHEUCHZERO adierat. Ubique hortos inivit, & bibliothecas, atque Musæa, & quæ mereri videbantur, in adversaria retulit. Ita plantas rariores horti Lastropiani, Bobartiani, Amstelodamensis recenset, & hæcenus describit. Nonnulla non satis certa credas. Neque enim Abietem balsamum Peruvianum fundentem, neque arborescentem Gummi Animæ puto in Europa floruisse.

EJUSDEM *De Flora Japonica, Epistola ad J. P. BREYNE* Dresd. 1716. 4.*. De herbarum iconibus in *bibliotheca* potissimum *Bevolinensi* observatis, CLEYERI Japonicis stirpibus, Brasiliæ MAURITII Nassovici, deinde *Job. REXII, & Dom. WEINMANNI* herbarum circa annum 1666. Lovanii collectarum 16. Voluminibus fol. deque plantis rarioribus horti LASTROPIANI.

EJUSDEM *Plantarum circa Sedlicenses thermas Elenchus* Noriberge dicitur proditisse anno 1723. 4*. cum disp. de iis aquis. Ita lego, neque vidi.

EJUSDEM *Viridarium Warfaviense, seu Catalogus plantarum circa Warfaviam nascentium* Dresd. anno 1730. 4.*. In nova fere regione nihil quidquam novi reperit, plurimas etiam plantas omisit, pene certo in universa Europa & in Russia vulgares, Eryngium equidem cæruleum inter rariores est, & Eryngium Pannonicum, cujus characterem addit, & Gnaphalium secundum PLATEAU, demum si placet, Aloides. Fungos ad verbum ex M. HOFMANNI *foliis*

vestribus delicia descripsit, paucissimis mutatis. Hyoscyamus flore luteo fuerit niger vulgaris, etiam distinguit.

IDEM libello de Teplicensium thermis in Act. Nat. Cur. Vol. III. Catalogum subiecit plantarum circa eas thermas repertarum, cum nonnullis notis. Luteolæ florem monopetalum esse; Caprifolii dumetorum fructum monopetale. In Hyoscyamifolia dubium esse, num flos monopetalus sit, num hexapetalus.

Dederat etiam anno 1700. 4°. Lipsiæ diss. de usu *historia naturalis exotica in medicina*, & anno 1701. cum titulo *Ex veneno salis* Lipsiæ 1691. 4°. qua a Belladonnae baccis pro myrtillis sumtis convulsiones natæ dicuntur.

§. MXVIII. *J. Heinrich Heucher.*

Johannis Henrici HEUCHER, qui & ipse ad Archiatri Polonici gradum ascendit, *Index plantarum horti medici Academiæ Wittembergensis* Witteberg. 1711. 4°. Catalogus ad RIVINI methodum dispositus, quæ hic plenissime, & probante RIVINO, exponitur, cum nonnullis adnotationibus.

EJUSDEM *Novi proventus horti medici Academiæ Wittembergensis*. Ibid. eodem anno *. Paucæ hæc plantæ, sed amplius cum adnotationibus. Ex partim ad stirpium descriptionem pertinent, partim ad criticas aliquas de emendandis generibus animadversiones. Intercurrunt fabulosa aliqua & ludicra.

EJUSDEM *Novi proventus horti medici Wittembergensis* ibid. anno 1713. 4°. Pariter etiam hic collectanea reperias, & longa subinde variorum scriptorum fragmenta.

EJUSDEM *De igne per ignem extinguendo s. de præstantissimo Cambora usque in febribus acutis* Witteberg. 1712. 4°.

Redeunt hæc omnia in *operibus omnibus* Lipsiæ anno 1745. 4°. recusus.

Non est EJUSDEM *Vegetabilia magica* Witteberg. anno 1720. 4°. Ad rem literariam.

§. MXIX. *Germani Varii.*

J. Aug. de HUGO, viri illustri & maximi medici, diss. *inauguralis de variis plantarum methodis* Leid. anno 1711. 4°.

IDEM in itineribus suis, Neapolim usque continuatis, ubique plantas collegit, & magnum earum thesaurum reliquit, quo multo cum fructu usus sum. Plantarum etiam delineationes Neapoli factas nobiscum communicaverat.

J. Christ. GOETZ De Glycyrrhiza Altdorf. anno 1711. 4°. etiam annus non est expressus.

EJUSDEM

EJUSDEM De olei Cajeput historia & viribus *Comm. Lit. Nor.* T. I. p. 3.

EJUSDEM De plantis sanguifugis *Comm. Lit. Nor.* anno 1732. p. 21.

J. Ludov. BOIE *De legibus cibariis & vestitariis Pythagoræ earumque causis* Jen. 1711. 4*.

Melchior Philipp HARTMAN *De specificorum pharmacorum usu & abusu* Königsberg 1711. 4*.*.

J. Caroli SPIESS, Prof. Helmstädiensis, *Von der Wurzel Nisi* 1711. 8°. HEIST.

EJUSDEM *Rosmarini coronarii historia* Helmstad. anno 1718. 4*.*. Pottissimum medicamenta describit, quæ ex Rosæ marino obtinentur, ut aquam spirituosam alia.

EJUSDEM *De Vanigliâ* Helmstätt. 1721. 4*.*.

EJUSDEM *Exercitationum medicopharmaceuticarum historiam antinephreticorum exhibentium Prima, de radicibus inter antinephretica eminentibus* Helmstätt. anno 1722. 4*.* Ginseng, Parcira brava, Glycyrrhiza, Saxifragia alba (quæ nobis iners videretur) &c.

Exercitatio II. *De herbis & floribus, quæ inter antinephretica eminent, ibid.* eodem anno. De Thea, Anserina, Chærefolio, Ruta muraria, & Adianto, his alienissimis, Chamomilla, Pericaria, Parietaria, Urtica. *Collectio practica.*

Exercitatio III. *Frutices, arbores, fructum, semina, succi antinephretici* ibid. eodem anno. Cynorrhodon, Betula, Fraxinus, Lignum nephriticum, Dactyli &c. etiam Coffea.

EJUSDEM *De corticis Peruvianii virtute & modo operandi, quod tutum sit febrim intermittentiâ cum certitudine curandarum remedium* Helmstätt. anno 1721. 4*. PLATN.

EJUSDEM *De Valeriana* anno 1724. 4*.*. Darc salerni essentialem, extractum resinofum.

J. Ludolph. SILTEMANN *De cortice Winterano* Erfort. anno 1711. 40*.*. Corticem ipsum describit, a RIVINO secum communicarum. Deinde analysin subjicit, resinam, quæ spiritu vini extrahitur, aquam odoratam, oleum essentiale.

J. Pauli KNOLL *Unterricht des Weinbaues, uehß einem offenerzigen Wein- arzte* Dresden 1711. 8°. ZOCH.

Unterweisung, wie man die Zwerg- und hochstämmigen Bäume pflanzen und pflegen solle Nürnberg 1711. 12°. HAUSVATER. alii 1712. 4*.

§. MXX. *Galli Varii.*

Le mélange des champs & le Jardinier François accommodés au goût du tems Paris anno 1711. 12°. Vetustus liber & reformatus, ut pro novo possit haberi (†). Primo libro alimenta, & potissimum panis. Altero condimenta. Tertio ars coquinaria. Quarto olera.

§. MXXI. *Angli.*

In *Phil. Transf.* n. 330. *Georgius* comes CROMARTIE describit paludosa Scotica, in quibus multum arborum sepultum est. Respondet H. SLOANE.

§. MXXII. *Renat. Ant. Ferchaud de Reaumur.*

Renatus Antonius FERCHAUD de REAUMUR, illustris olim amicus noster, in *Commentariis Academie Regie Scientiarum* anni 1711. & 1712. egit de Furorum marinarum stellis, vesiculis, femine.

Anno 1713. Describit Boletum ramosum coralloidem fetidum, & Pruna sterilia nucleo casta.

Anno 1722. De Nostoch, cui femina tribuit, quæ sunt rugæ seu lobuli.

Anno 1727. De Coralliis egit, quæ partim pro vegetabilibus habet, partim pro lapideo coagulo. Jam tunc suspicabatur, animalia esse, quæ flores vocabant.

Anno 1729. De Lichene minimo, qui ad muros adnascitur, eosque denigrat.

EJUSDEM *Mémoires pour servir à l'histoire des insectes*, ceperunt prodire Paris anno 1734. 4°. Ad rem herbariam pertinet in Tomo III. anno 1737. edito, tractatus de Gallis, tumoribus gallarum adfinibus, Spongia Rosarum.

In Tomo IV. Paris anno 1738. 4°. excuso de Cocco agit Polonico, Cocco Illicis, & Coccinella.

In Tomo V. Paris anno 1740. 4°. De Mellis & Cere præparatione. Pulvisculum staminum demum in ventriculo apum in veram ceram mutari.

§. MXXIII. *Franciscus Nissole.*

Franciscus NISSOLE in *Mém. de l'Acad. des Scienc.* 1711. Genera plantarum constituit, quorum pleraque recepta fuerunt, Coriariam, Jasminoides (Lycium), Parthenialtrum (Parthenium), Ficoideam (Aizoon).

IDEM anno 1712. describit & pingit Heliotropium tricocon, ex quo succus & extractum œrucleum fit, & Globulariam, quæ *frutex terribilis* dici meruit.

EJUSDEM

(†) Conf. p. 27.

EJUSDEM anno 1714. Ilex cocci glandifera cum infectis gallarum similibus. Excusa est diff. in *Ag. Nat. Cur. Vol. III.* & cum GARIDELLO.

Anno 1723. Constituit genus Arachidnæ.

§. MXXIV. *Car. Franc. Cogrossi.*

Caroli Francisci COGROSSI Della natura ed uso della Cortecchia di Peru Cremæ anno 1711. 4º. 1718. 4º. Ad scopum Clinicum.

EJUSDEM *Giunta al trattato della China China* Cremæ anno 1716. 4º. & *nuova Giunta &c.* Cremæ anno 1718. 4º.

Varia in *Opusculis Scientificis* in T. VI. De Mimosa & Saccharo.

In T. VIII. De China China.

§. MXXV. *J. Zacharias Uffenbach.*

Hoc anno *J. Zacharias UFFENBACH* Angliam adiit, & de cultoribus historix naturalis multa adnotavit, ut de BUDDLEYO (n) theologo, quem laudat, & ejus Gramina Anglica 150. vidit; de D. AYMON, qui artem plantarum imprimendarum calluit (x), & 700. tabulas impressit; de M.S. J. MARTINI WALDSCHMIDT, seu thesauro rerum naturalium, in quo mineralia, vegetabilia & animalia (y); de phytologia BARMEISTERI (z); de W. DANDRIDGE centum tabulis Fungorum pictorum. Etsi enim aliarum potius rerum curiosus fuit, nihil tamen prætermittebat eorum, quæ rara essent. Itinera elari viri demum anno 1753. 8º. 3.Vol.* excusa sunt.

§. MXXVI. *Helveti aliqui.*

Christ. EGLINGER Theses anatomica & botanica Basileæ anno 1711. 4º. aliqua in *TOURNEFORTIO* carpit.

Iterum anno 1721. Describit Polygonifoliam.

J. Henrici STEHELIN, Bnedicti patris, Theses anatomico-botanica Basil. anno 1711. 4º. Et ipse botanicen amavit, plusculasque plantas ad SCHEUCHZERUM misit.

J. Jacobi HAUSER Theses botanica & anatomica Basil. anno 1711. 4º.*. Meminit spicæ Zeæ, in qua granum Avenæ fuerit.

Lucas WOLLEB De methodo herbas lustrandi Basil. anno 1711. 4º. Fabrica & partes plantarum, floresque.

EJUSDEM

(n) Reis III p. 202.

(x) Ibid. p. 488.

(y) In Catal. bibl.

(z) Ibid.

(*Bibl. Bot. T. II.*)

§. MXXX. *H. Julius Meyenberg.*

Henrici Julii MEYENBERG Flora Embeccensis, seu enumeratio plantarum circa Embeccan nascentium Gotting. anno 1712. 8°. Raras tamen aliquas recenset, Aristolochiam longam, Calceolum, Gale. Aliquas vix intelligas: & juvenile opus est.

§. MXXXI. *Franc. Ed. Savastani.*

Francesco ENLATIO SAVASTANI S. I. quatuor libri delle cose botaniche Neapoli anno 1712. Recuf. cum versione Italica J. Petri BERGENTINI, cuique additis notis Venez. anno 1749. 8°. Non contemnendus Poeta, fabulis verum ornat.

Libro I. partes plantarum describit, radicem, caulem, fabricam caulis MALPIGHIANAM, vasaque varii generis, fibrasque & utriculos.

Inde L. II. Gemmam, folium, florem, fructum, sexus duos, conjunctos aut separatos, vim fecundantem pollinis antherarum, florum figuras classesque TOURNEFORTIANAS, etiam iconibus additis.

L. III. Loca natalia spontanearum stirpium, modosque colendarum plantarum docet, florum proventus menstruos dicit. Hortos etiam celebriores recenset & laudat, potillimum Neapolitanum *Dominici de AMATO*.

L. IV. Herbarum usum tradit medicum, *signaturas* admittit. Excuses in Poeta admittas, sepe non placituras, fabulolas stirpium naturas.

Notæ botanici sunt & physici argumenti. Adnotat earum auctor semina plantarum annuarum majora esse, perennium minorâ.

§. MXXXII. *Angran de Rueneuve.*

Angran de RUENEUVE, Senator Aurelianensis, scripsit Observations sur l'Agriculture & le Jardinage Paris anno 1712. 2. Vol. 1740. 12°. 3. Vol. Satis placet, non Græcæ eruditionis adfectatio, sed experimenta passim admittit, & 27. annorum labore parta (a). Tomo I. agit de arboribus & institutione &c. Ita arbores muris adfixas rectius ad tres cum dimidio pedes inferi, quam propius radicem. Omni tempore arbores posse inferi, dum rami infisi charta aut fronde defendantur. Cydoniis arborum fructu grandi ramis inferi, earumque demum ramis species pretiosas rarasque. Vitem mense Aprili optime inferi: præcoces vites haberi, si in Cerasum inferantur, neque arbutum detractare juglandem sibi insitam. Pirum dicit bis proliferum. Arbores, quas plantare volueris, melius ex macilenta terra sumi. *Goldpepin* omnibus malis præfert. Arbores cum sua gleba evellere præstat, neque ra-

O 2

dices

(a) I. p. 37. II. p. 408. Annos numerat 28.

dices nudare. Ut Mali & Piri regerminent, jubet in trunco & majoribus ramis mense Februario corticem incidere; tamen ut liber non tangatur: ita novum renasci corticem, bonosque fructus.

T. II. Iterum potissimum in arboribus occupatur. Valde laudat terræ renovationem, ut ter quater in anno inferior terra sursum vertatur. Pirum non bene Cydoniæ inferi, mellis Piro sylvestri. Ut color in fructu pulchrior fiat, debere per fummos solis æstus humectari. Denique de agri cultu, lætamine, & marga. Non debere frumentum utilagine infectatum lavari, deterius enim fieri. Calce viva semen ab utiligane defendi. Vicia fata malas herbas destrui. Hesperides optime in arborea spontaneas suæ speciei inferi. Totum pene opus ad arborea & vites pertinet.

§. MXXXIII. *Galli.*

Jaq. BOULLAY *Manière de bien cultiver la vigne* Orleans anno 1712. 12°. *FALCONET*. anno 1723. 12°. Canonicus, totus practicus, opera vinearum, & vindemiæ, & parandi vini docuit.

Les propriétés admirables du Cassis Bourdeaux anno 1712.

NICOL. BAILLY & EL. COL. de VILLARS *an alvo pigra cassia ante cibum* Paris 1712.

Joh. DAVAL *E sensibus Thee* Paris 1712. *R. J. Baptista SYLVA.*

In *Mém. de l'Acad.* anno 1712. *J. Nicolam* de la HIRE jun. medicus florem trilemonem fructumque ficus exponit, & adfectum catalepticum Dra-cocephali Americani.

EJUSDEM aliquot herbarum pictarum volumina Vindobonæ servantur. *JACQUIN.* Miro etiam artificio plantas impressit.

Franciscus CHEVALIER eodem anno, arborea se vidisse ex Aurantio Limone & Citro compositas.

Cl. JEAUGEON *ibid.* De necessitate pollinis masculi ad fecundationem Dactylorum *Mém. de 1712.*

IDEM anno 1715. Mortium meminit ex esu Cicutariæ aquaticæ supervenientium, plantæ male definitæ.

EJUSDEM De Apalachines utilitate anno 1716.

§. MXXXIV. *Antonin de Jussieu.*

Antonin de JUSSIEU, *TOURNEFORTII* discipulus & successor, post itine-

ria,

nera, herbarum causa, in Lusitaniam & Hispaniam suscepta, hoc anno 1712. descriptit & depinxit Corispermum, novum genus.

EJUSDEM Descriptio & icon Coffeæ prima & bona anno 1713. similis Litæ nisi quinque stamina haberet.

EJUSDEM Duo Gallia depicta anno 1714.

EJUSDEM Cereus spinosus cum flore anno 1716. & de Caffea Burbeniensis spontanea.

EJUSDEM Kali Hispanici annui Sedi foliis brevibus icon & descriptio, & fabrica saponis Alonienensis anno 1717.

EJUSDEM De colore vario flavo ex Chrysantherno segetum parabili.

EJUSDEM De Catechu Mém. 1720.

Anno 1728. De necessitate constituendorum generum in Fungis, de figuris Fungorum Bibliothecæ Vaticanæ, & BARRELIERII. Describit Boletum picolo folioso, & Amanitam alliatum. Genera aliqua proponit.

Anno 1729. De Simaruba ejusque vi antidyfenterica.

Anno 1744. De Contrayerva, alia ab HOUSTONIANA & Lupini potius affini, seu Piforalea.

EJUSDEM *Herbâ au ferro promior tutiorque abscessuum & congestione citatio* R. LAURENTIO FERRET Paris 1738. 4°.

EJUSDEM *E petroselinum hortensis inter condimenta saluberrimum* 1737. 4° R. etiam L. FERRET.

EJUSDEM *Eloge de M. FAGON, avec l'histoire du Jardin Royal de Paris, & une introduction à la botanique* Paris anno 1714. 4°. video citari.

EJUSDEM *Discours-sur les progrès de la botanique* Paris anno 1718. 4°. Laudat hortos, potissimum botanicos, denique FAGONIUM & TOURNEFORTIUM. Inde dat Compendium methodi TOURNEFORTIANÆ.

Apud BRADLEY *Philos. account* exstat dissertatio Antonii JUSSIEU de tribus sexibus plantarum, & de fecundante polline staminum.

EJUSDEM *Thesis Ergo inveteratâ alvi stercibus Simaruba* Paris anno 1730. 4°. magn. recuf. anno 1758. 4°.

EJUSDEM *Thesis Ergo literatis salubris Coffeæ usus* Paris anno 1741. 4°. maj. Titulum præfert fratris JOSEPHI, in Peruvia degentis.

EJUSDEM *Thesis in hæc verba, Ergo omne esculentum vegetabile culturâ salubrium* Paris anno 1747. 4°. respondente Stephano Ludovico GEFROI jun.

IDEM magno labore codices posthumos BARRELIERII constituit, & plantas ad sylvema TOURNEFORTII redegit.

IDEM TOURNEFORTII *Institutiones* recudit, & *introductione* auxit. Addidit auctoris vitam, methodi laudes & adſecularum.

Video citari ejus lib. *de analogia inter plantas & animalia* Lond. anno 1721. forte apud BRADLEYUM.

§. MXXXV. *Icones Regia.*

Anno 1727. IDEM VIR CL. dedit historiam collectionis iconum pulcherimarum, quas *Nicolaus ROBERT* jubente GASTONE BURBONIO, deinde LUDOVICO XIV. incepit, inde *Claudius AUBRIET* continuavit, & quæ in Bibliotheca Regia servantur, quarum & catalogum Cl. SEQUIER edidit. Eas vidi Parisiis anno 1727. Videntur earum aliquæ sculptæ fuisse & editæ, & catalogum ROBERTI, iconum variarum ad vivum expressarum video absque anno citari, cum titulo *Diverses fleurs dessinées & gravées d'après le naturel*. Deinde OSMONT *Diſtionaire typographique* citat *Recueil de plantes gravées par ordre du Roi par N. ROBERT, Abraham BOSSE & Louis CHATILLON* 1701. fol. 2. Vol. tabulas omnino 319. Etiam hoc plenius exemplum habet in Catalogo NEAUME T. V. tabulas nempe 546. cum titulo, *Echantons pour servir à l'histoire des plantes de DODART P. II. & III.* Paris anno 1701. dédiées au Roi par ROBERT, BOSSE & CHATILLON. Grand fol.

Dicemus hoc loco codicem manuscriptum *Claudii AUBRIET*, ad quem magna pars operis modo laudati pertinet, *Recueil de différens Papillons*, non paucorum quem 1350. cum eorum mensæ &c.

Et aliud ejus opus, in quo numerosissima insecta, Erucæ, Papiliones, Muscæ, Vermes, cum eorum historia & plantarum nomine, quibus aluntur: & cum variis adnotationibus ad flores arboresque fructiferas pertinentibus, paginarum supra mille. Utrumque in NEAUME catalogo recensetur.

§. MXXXVI. *Angli.*

Alexander le BLONDS Francofurtensis, *The theory and practice of gardening* trad. by J. James GREENWICH London 1712. 4°. Conf. p. 94. d'ARGENVILLE.

In *Philosophicis Transaſtionibus* anni 1712. *Guilielmus COURTEN* memoria dignissimam seriem dedit experimentorum in canibus factorum, quibus varia venena propinavit.

Eduardus

Eduardus LHWYD Catalogum dedit plantarum rariorum, in Wallia reperatarum ibid.

Et in n. 335. Plantarum rariorum Hibernicarum, tum nonnullarum Cornubicarum.

N. 337: Pergit in plantis Wallicis, & Scotticis, de arbuto crispo &c. Describit etiam plantam fasciculatam clavatam, quam habet pro Zoophytu.

Edward COOKE's Voyage to the Southsea and round the world London anno 1712. 8°. Aliqua habet ad arbores medicas & plantas utiles Americæ, & orbem terrarum circumvicit. Cum DAMPIERI itinere prodiit. p. 35.

§. MXXXVII. M. Fr. Lochner.

Michael Fridricus LOCHNER Noribergensis, in *appendice Cent. I. H. Mijc. Nat. Cur.* dixit de Pareira brava, & in *Cent. III. IV.* appendice *mantissam* addidit. Eam herbam & Rayz de noſſa fenhora conjungit cum Caapeba, quæ videtur de Smilacis esse adfinitate, Butua ſeparat. Ejusdem porro dat phyſicam & medicam hiſtoriam, tum analyſin, ſpiritu acidum, aliumque, cum quo reſina adſcendit: denique multum olei ſecidi. Exempla ægrotorum addit, quæ confirmant, in morbis renum profuiſſe. Recuſa eſt anno 1719. 4°.*, & in *heptade*.

EJUSDEM *μυκωνοειδης*, ſeu *Papaver* ex omni antiquitate *evutum* Noriberg. anno 1713. 4°. 1719. 4°.*. Multum philologiæ ad ſomnifera, & papaver continentis, nummi, gemmæ, lapides, quibus papaver inſculptum. Sed omnia opuſcula Cl. viri fere philologiæ ſunt.

EJUSDEM *Mungos animaleſium* & *radix* Noriberg. anno 1715. 4°.*. EX KEMPFERO & aliis. Radicem ipſe LOCHNERUS tamquam efficaciæ medicamentum diaphoreticum in morbis malignis, cum bono eventu exhibuit. Redit in *Eph. Nat. Cur. Cent. III. IV. app.*

Nerium ſeu *Rhododaphne veterum* & *reſentiorum*, quo *Anyci Laurus*, *Saccharum Alhaſchar*, *Planta Badſamur* & *Dafne Conſtantiniæ* explicantur Noriberg. anno 1716. 4°.*. Iterum collectanea etiam ad *Nereides* extenſa, cum nummis, marmoribusque: denique *Nerium*, etiam flore pleno, & *Apocynum Badſamur*, ex THEVENOTO deſcriptum. *Saccharum alhaſchar* infecti opus eſt.

EJUSDEM *De Aumafis* ſeu *Nuce pinea Indica*, *vulgo Pinhas* Noriberg. anno 1716. 4°. & in *heptade*, cumque VOLCANERO. *Nitidæ* figuræ, hiſtoria ſpontaneæ & in variis Europæ hortis cultæ plantiæ.

EJUSDEM *Belilli Indicum* Noriberg. anno 1717. 4°.*, & in *heptade*. Frutex eſt in ſulis Aficæ auſtralis præparatum ſerculum pretioſum, & multum ad graves morbos laudatum. Exemplum proſucit, ut in colico morbo profuerit.

EJUSDEM

EJUSDEM *De novis & exoticis Thee & Cafe succedaneis* Noribergæ anno 1717. 4°. nempe Botry Ambrosioide, quam describit, tum de herba Paragay five Capraria. Addit aliqua de Schœnantho aliisque odoramentis. Redit in *Cent. VI. Eph. Nat. Cur.*

Hepta dissertatio variarum ad historiam naturalem illustrandam conscriptarum. Continet Mungos, Pareiram bravam, Anans, Bellili, Nerium & succedanea Theæ, septima enim diss. huc non pertinet.

EJUSDEM *De Acriviola flore pleno & foliis quinquefidis* *Cent. VIII. app.*

In *Cent. VII.* Agit de Scrophulariæ aquaticæ vi vulneraria.

In *Cent. VIII. n. 2.* Delineat Conyzam flore pleno, & Hypopityn purpuream.

Rariora Musei Beslerianicum cum Commentariis J. Henrici LOCHNERI pater Michael Fridericum edidit Noriberg. anno 1716. fol.*. in quo ad figuras BESLERIANAS aromatum, fructuum Indicorum, & Coralliorum, loci paralleli scriptorum colliguntur. Conf. p. 464.

Vita Cl. viri in *app. Cent. X.* exstat.

Hoc anno 1712. incepterunt dudum intermissæ *Ephemerides Naturæ curiosorum*, earumque priores duæ Centuriæ prodierunt. In iis Samuel SLOTZI agit De Kali in Transylvania proventu n. 132.

§. MXXXVIII. *Varii.*

Hesperidum delicia hyemales Wien 1712. fol. cum figg. TREW.

Der Hauswirthschafft. Verwalter Leipzig 1712. 4°.

Der sorgfältige Hausmann Altdorf 1712. 8°.

Evid. Gottbif FREYTAG De coronis corvivalibus veterum Lipsiæ 1712. 4°.

J. G. WACHTER's *Symbolische Deutung der Königlichen Aloë zu Copenik.* Si huc facit. Berlin 1712. fol. BURCKHARD.

EJUSDEM *Todte Aloë, oder Continuation der symbolischen Deutung &c.* Berlin 1713. fol. BURCKHARD.

Die ambündig schönen Eigenschaften der Americanischen Tabakspflanze Hamburg 1712. 8°.

Der allernueste Zustand von Labringen, Savoyen, Elfas, Francheconté und Schweizerland Frankfurt 1712. 12°. *Rariora* Helvetiæ ex WAGNERO.

Die Gartnerey sowohl in ihrer Theorie als Praxi beschrieben, vertente ex Gallico F. A. DANREITER. Augspurg 1731. 8°. idem porro quod *neu erfundene Gartnerey*

Gärtner-Academie, oder die Kunst Pracht- und Lustgärten anzulegen &c. Augspurg 1769. 8°. MEISN.

Abrah. HEYNEMAN's Anbau des Weinstocks Dresden 1712. 8°.

M. B. *Nota in Pharmacopœam Bruxellensem* Athenis 1712. 12°.

§. MXXXIX. J. Philippus Eysel.

J. Phil. EYSEL, Professor Erfordiensis, disputationes pluresculas argumenti botanici edidit. *De Agallocho*, respondente D. REINBOTH, Erford. anno 1712. 4°. recusat in Mantissa VALENTINI. Ab aqua addita malum liquorem, oleo tamen imprægnatum obtineri. Vis in resina est.

EJUSDEM *Bellieographia* ibid. anno 1714. 4°.*. Infusum herbæ potissimum laudat.

EJUSDEM *De figa Demomon* anno 1714. 4°.* Hyperico.

EJUSDEM *De bono Henrico* anno 1714.*

EJUSDEM *De Filio ante patrem phibiscorum asylo* anno 1714.*, nempe Tussilagine.

EJUSDEM *De Rore solis* anno 1715. 4°.*. Aquam auream ex herba confuta docet obtinere, ex NEUBARTHO. Deinde, sed nescio quo chemico menstruo adhibito, aquam rubicundissimam, ambratam, dulcem. Vires laudat analepticas, & alias etiam in morbis malignis.

EJUSDEM *De Aquilegia scorbuticorum asylo* ibid. anno 1716. 4°.*. Ad experientiam suam provocat: Succum in phlogosi scorbutica dat, nuper expressum.

EJUSDEM *De Trifolio fibrino* anno 1716. 4°.*.

EJUSDEM *De Betonica* anno 1716. 4°.*.

EJUSDEM *De medicamentis ex malo Cydoniato paratis* Erford. ann. 1717. 4°.

EJUSDEM *De Veronica* anno 1716. 4°.*. Ex Veronica, post fermentationem, igne subjecto salem ascendere balsamicum.

EJUSDEM *De crevisis Erfurtensibus* diff. a PLATNERO anno 1727. 4°. excusa refertur, & 1689. 4°.

Tribuantur EIDEM *Merkwürdige Eichenrosten* Esfurt. anno 1711. 4°.

Cl. HEFFTER addit disp. *de Chocolata usu & abusu* anno 1694. 4°. editam.

§. MXL. Belgæ.

Kaſſer EYLDERS Register van Peeren, appelen &c. Haarlem anno 1713. 8°. *

De nieuwe naarkeurige Nederlandſe hovenier Leid. 1713. 4°. & 1718. 4°. cum figg. 1735. 4°. HEISTER &c. Eſſe verſionem JOHANNIS de la QUINTINIK cum notis nonnullis de terris batavicus.

§. MXLI. Germani Varii.

Diſpenſatorium Regium & Electorale Boruſſo Brandenburgicum Berlin anno 1713. fol.

F. P. F. P. & E. K. Der kluge Landſmann, oder Unterricht, wie man die Haurweſen nützlich anfangen ſoll Frankfurt und Leipzig 1713. 4°. Ex Belgico verſum eſſe. Alterne colendam eſſe terræ ſuperficiem aeri proximam & profundam.

Henric. HENRICI De uſu corticis Peruvianæ cauto & ſuſpecto Hallæ anno 1713. 4°. *

§. MXLII. Angli.

Curiſitates philoſophicæ, ſeu de principiis rerum naturalium diſſertatio ſelecta auctore T. S. J. F. London anno 1713. 4°. SUSSMILCH. Etiam de generatione plantarum agere lego.

§. MXLIII. J. Car. de Carlowitz.

J. Caroli de CARLOWITZ, viri nobilis & fodinarum ſummi Præfecti; Anweiſung zur wilden Baumzucht Leipzig anno 1713. fol. 1732. fol.* Sylvas ſenſim perire, & boreales regiones fieri inhospitas, niſi novæ ſerantur, quod quidem auxilium inſigni cum cura collaudat & docet. Deinde carbonariam artem exponit, & picis coquendæ, & fuliginis, & ceſpiti bituminoforum. In viro nobili ignorantiam botanices excuſes, Graminis Mannam cum Manna Fraxini confundit &c.

In T. II. Arbores describit coniferas, deinde frondofas, inter quas varietates plurimas recenſet, denique arbores peregrinas, & demum mirabile quid habentes. Materiem potiſſimum, uſusque œconomicos conſiderat.

Tertiam partem omitto, quæ tota ſit ROHRII.

§. MXLIV. Anton. Tita.

Antonii TITA Catalogus plantarum, quibus conſiſtus eſt hortus J. Franciſci MAUROCENI Patavii anno 1713. 8°. *. Plantæ, pro horto privato numeroſiſſimæ.

EJUSDEM

EJUSDEM Iter per alpes Tridentinas, vallem Sambucæ, & Marcesina alpēstria anni 1713. una prædit cum priori. Sola nomina, plantæ vulgaræ multæ, & varietates: inter eas alpina, ut Taraxacum aurantium, Cirsium ferrox, Astragalus non bene definiti, Thesium majus.

§. MXLV. *Henry de Rouvière. Alii.*

Henry de ROUVIERE, pharmacopole, *Voyage du tour de la France* Paris anno 1713. 12^o.*. Juvenis, ante editum opusculum obiit, & Helvetiam etiam adierat, levior, persecutor, nugatur in Eremita Rosencruciano. Hortum Mospeliensem laudat. Plantas obvias leviter indicat, ut vix hujus sit loci. Editor VALLENONT.

Catalogue des plantes du Jardin du Roi l'an 1713. fol.* cum viribus medicis, fuit in Bibliotheca WACHENDORFII.

Behabter Unterricht von rechter Zubereitung des Coffee-Getränkes Hamburg anno 1713. 8^o.*. Simplex & practicus. Non bene suadet de seminibus Coffeæ rejicere testas, quæ certe optimi sunt saporis.

Valentini Hermanni THRYLLITII De historia plantarum sabulari Witteberg. anno 1713. 4^o.*. Non est prædis HEUCHERI, cum in collectione operum non reperitur. De Narcisso, Croco, Smilace, Brasica, Rosa, Lilio, Hyacintho, Heliotropio. Literator potius, quam botanicus.

Georg. Daniel THEBESII vom Taback' Hall. anno 1713. 4^o. 1751. 4^o.*. Cultus Nicotianæ; vires medicæ collectitæ. De fumi tractione ejusque noxa. Negat tamen cerebrum ab eo fumo infici, & aliquam ejus consuetudinis utilitatem admittit. De pulvere sternutatorio ex Tabaco parato.

Pfropf- und Oculier-Meister, nebst dem wohl versuchten Kraut- und Blumen-Gartner Wolfenbüttel anno 1713. 12^o. Conf. p. 66.

J. Jacob BRAUNER *Thesaurum Sanitatis, oder amerlesenes Kräuterbuch* Francfurt. anno 1713. 8^o.

ROTHMAHLER's *Stolbergischer Gartenbau* Leipzig 1713.

Com. Andr. CRAMER *De usu corticis China febrifugo* Hall. 1713. 4^o.

Non legi, sed possit huc pertinere *Philippi FRAUNDORPER* in Moravia olim medici, *tabula Smaragdina medico pharmaceutica, in qua octingentorum selectissimorum medicamentorum, in modo dispensatorio obviatorum accurata descriptio traditur.* Revidit, aukt J. Abraham MERKLIN Nuremberg. anno 1713. ut vid.

§. MXLVI. *J. S. Carl.*

J. Sannet CARL, Archiater Danici, *Von der Diet für Gestunde und Kranke* Bulingen anno 1719. 8^o.*. Sed prior alia exstat editio, cum titulo *Diet- Ordnung* Frankfurt 1713. 8^o. Breviter cibum adtingit, & potum.

EJUSDEM *Dietetica sacra* Buding. anno 1726. 8.* fere perinde. Diætam severam imperat, & abstinenciam inebriaminum.

EJUSDEM *De noxió usu Belladonna in arthritide* Ephem. Nat. Cur. Vol. IV. obl. 86.

EJUSDEM *Armen. Apothecæ* Budingen 1764. 8*.

§. MXLVII. J. Hieronymus Zanichelli.

J. Hieronymus ZANICHELLI, Pharmacopola Venetus, pluscula scripsit botanici argumenti. *De Myriophyllo Pelagico* Venet. anno 1714. 8.*. *aliisque planta marina anonyma*; Illa cum & semina habeat in ramis pennatis & flores, aliquid simile fuerit Polyparii. Altera planta folio est rotundo, sapore fuci.

EJUSDEM *De Rusco ejusque medicamentosa preparatione* Venet. 1727. 8.*. Nempè femina ad Coctæ modum tosta, potum dare non ingratum, & diureticum.

Parva hæc opera, majus, quod indico *Istoria delle piante che nascono nel lido intorno a Venezia* Venez. anno 1735. fol.*. Posthumum opus a filio J. Jacobi editum & auctum. In præfatione reperias historiam operum, quibus alicujus regionis plantæ describuntur, quales nunc solent *Florus* vocare. In DONATI catalogo plantas, reperiri, quæ nuper circa Venetias non potuerint detegi. Opus ipsum in schedis inordinatis a patre moriente relictum, FILIUS J. JACOBUS in alphabeti ordinem redegit. Plantæ paucæ sunt, & satis fuscè descriptæ, adjectis viribus medicatis, cum iconibus æneis a J. Hieronymo paratis, omnino 311. Novi vel proprii parum, plantæ tamen aliquæ calidarum regionum, circa Venetias detectæ, quarum plusculæ videntur ad varietates spectare. Multum utitur catalogo plantarum Parilinarum TOURNEFORTIANO.

EJUSDEM *Opuscula botanica posthuma* Venet. anno 1730. 4.* a filio J. Jacobi pariter edita. Catalogi sunt plantarum, quas in quinque itineribus detexit; primo per Istriam & vicinas insulas; sola nomina: maris multe, aliæ vulgares, raræ aliæ, nonnullæ pro novis datæ, ut Umbellifera alpina, Visnagæ flore, Caulicis arvensis &c. aut a nuperis certe neglectæ.

In II. itinere recenset plantas in Monte Caballo Bellunensis lectas, alpinas & subalpinas, multas, quas absque synonymis dat, ut Auriculam Afari folio, Alfinem cæruleo flore, Buglossum alpinum minimum floribus cæruleis, Cardaminen foliis trilobatis, Cratægum Agrimonix folio, Cirsium alpinum flore singulari, Hieracia alpina, Lychnides aliquas &c. Magna cum jactura rei herbariæ factum est, ut nullas dederit descriptiones.

In III. itinere pariter alpino in Monte *Vestiarum* præaltum ascendit, cum in eo radicem Rhodiam legerit. Hic iterum pro novis habeas Altragalos aliquos, Hieracium &c.

In IV.

In IV. itinere montis Summani plantas enumerat. Iterum hic Astragali novi describit. Adjectæ aliquarum plantarum vires medicatæ.

In V. itinere per montes humiliores Euganeos ambulavit.

§. MXLVIII. *J. Maria Lancifus.*

J. Maria LANCISIUS vir illustis, Archiater Pontificius, alia quidem per studia inclausit. Ad rem herbariam pertinet disertatio *de ortu, vegetatione & texture Fungorum*, Romæ anno 1714. fol.* edita, cum MARSIGLI adhini opere, & in operibus omnibus inter *Dissertationes* recusa Num. VIII. *Seiina Fungis* negat, etiam *Cyathis & Cynomoriis*. Ex humore lento & putrido fungos nasci, exque degenerante arborum succo. Denique de lapide fungario agit.

Deinde cum diff. de *villa Pliniane ruderibus* adnotat, quæ plantæ omnia primæ in tellure a mari nudata nascantur, nempe Cakile & Gramen spica argentea: inde *Eryngium marinum*, *Crithmum*, *Chamæmelum marinum*, *Tithymalus paralius*. Longius a littore alix, etiam fruticosæ sequuntur. Dissertatio est *nona*, & pariter cum MARSIGLI opere excusa est.

§. MXLIX. *Itali aliqui.*

Franciscus FANTASTI Veronensis medicus in *Giornale de letter* XVII. p. 247. Colocatiæ Ægypticæ florem depictum dedit, verisimum Arum, & ostendit, fabam esse Ægyptiam antiquorum.

Hieronymi BARUFFALDI *La tabaccheide ditirambo cum adnotationibus* Ferrar. anno 1714. 4°. Laudant ingenium Poetæ.

EJUSDEM *Il Canapajo* L. VIII. Bologna 1741. 4°. min.*. Diu vixit in pago Cento haud longe Bononia remoto, ubi perfecta Cannabiscuratur: Usus est, & fere convertit in poefin libellum, quem etiam una edidit, FABRICII BERTI, INNOCENTII BREGOLI, & ANTONII PALLARA Centensium, *coltivazione del Canape*. Primus libellus princeps est, habet iconem & descriptionem & plantæ, & instrumenti eo pertinentis. Eximia omnino crassitie Cannabis ea in regione nascitur. Cultum totum: usum fimi Columbini aut certe gallinæ, cuius etiam aliquantum cum Cannabis femine spargitur, messis, nam demettitur, maccratio, acervatio, batuatio, fractio. Reliqui libelli breves sunt. His usus BARUFFALDUS poema composuit, non valde epicum, & nimis humile, tamen Georgicum, neque inutile, ut per expertorum consilia natum. Post quartum annum frumenta feliciter provenire, ubi Cannabis culta fuit. Nimum luxæ tribuit. Accurate arationem, & fossionem describit. Serotinam Cannabin præfert. Nimis parce feruisse COLUMELLAM, sementem una tertia debere densius feri. Duos sexus invertit. Omnia quæ F. BERTI porro opera persequitur: interspergit fabulosa & jocosa aliqua. In notis varia declarat. Adjicit descriptionem

nem lacus ferventis Viterbiensis, & aquarum fulfurearum in quibus Cannabia macerant.

§. ML. J. Lawrence.

J. LAWRENCE in Episcopatu Dunelmensi V. D. M. *Clergyman's recreation* Londini anno 1714. 8°. 1715. 8°. Modelli viri opus potissimum pertinet ad arbores fructiferas, earum solum, seminarium, putationem, infusionem &c. Conversum reperit in III. Tomo variorum Cl. DESLANDES. Breve & minime inutile scriptum. Boream avertit arboreto ex Prunis, aut Malis sylvestribus confiso; propugnacula oblique arboribus præponit. Radices ab actu defendit circumfusa arena, qua pavementum sternit. Ramos horizontales feraciores esse, & debere præferri, inque putatione conservari. Inoculationem præfert initiationi. Negat proprii quid habere auctor l. on *fruittrees* p. 10.

EJUSDEM *The Gentleman's recreation of gardening improved shewing the pleasure and profit of gardening* London anno 1716. 8°. De utilitate summa terræ virginis & requietæ, de arcendo gelu, &c.

EJUSDEM *Fruit gardeners calender* London anno 1718. 8°. OSB.

EJUSDEM *The lady's recreation in the art of gardening* Lond. 1717. 1718. 8°.

EJUSDEM *New System of agriculture* London anno 1726. fol.*. Multum usus EVELYNIO, & HOUGHTONO, non MORTIMERO, cui fidem non poterit habere. Ipse non videtur, aut plantas accurate notas habuisse, aut multum experimentorum fecisse; passim etiam nimis credulus. Totam domum rusticam opere suo complectitur, etiam animalia, & fossilia, in plantis tamen uberior. Libro I. lætamina & artes tradit, quibus terræ fecunditas augetur, quo scopo laudat terram virginem, & fimo præfert. Varias sementes describit, etiam Glycyrrhizæ, Luteolæ, Ifatidis, Sacchari, Rubiæ, Dipfaci. Libro II. arbores sylvestres percurrit, & in singula moratur, tum frutices. L. III. arbores cicuratas, cum Pomorum varietatibus. L. IV. radices edules, olera & condimenta. Hic Lasere historiam dat, ex KÆMPFERO sumtam. Liber ultimus est de floribus vulgaribus & horto. Paludosa salsa ovibus saluberrima esse. Multus est in artificii hortulanorum.

Apud BRADLEY reperias ejusdem AUCTORIS *Improvement* &c. Pro circulatione succi plantarum experimentum adfert. Cum nempe in vulgare Gelfeminum varietatem striatam inseruisset, etiam truncus ipse, qui ramum receperat, striis varios flores protulit.

Cum *Caroli* EVELYN opere dux epistolæ hortensis argumenti LAWRENCII prodierunt.

Richardi BENTLEY de Lasere Epistola exstat in opere, quod modo diximus. Plantam KÆMPFERI omnino pro vero habet & legitimo Lasere veterum, quod bonas notas retinens MEADIO ait se ostendisse.

§. MLI.

§. MLI. *Belgæ &c.*

Le Jardin de Hollande garni de fleurs, de fruits & d'orangez Leid. anno 1714. 8°. FALCONET. anno 1721. 8°. 1728. 8°. lego ex J. de la QUINTINIE excerptum esse. Nonne fuerit opus p. 114.

Pharmacopœa Anisfelodaniensis Amsterd. 1714. 12°.

Pharmacopœa Haarlemensis Haarlem 1714. 12°.

Hadriani RELAND Palestina illustrata Utrecht 1714. 4°. Belgicæ 1718. 4°.

Nic. LAGERLÖF Landcultuur Stokholm 1714. 8°.

EJUSDEM *Magaziner* ibid. eod. anno.

EJUSDEM & SUEN RENQUIST *de natura & cognitione simplicium* Lund. 1733.

§. MLII. *Lud. Feuilée.*

LOUIS FEUILLEE, Franciscani Minimi, *Journal d'Observations physiques, mathématiques & botaniques, faites sur les Côtes Orientales (b) de l'Amérique méridionale & dans les Indes Occidentales, depuis 1707. jusqu'en 1712.* Paris anno 1714. 4°. Præcipua pars operis ad Peruvianum pertinet, cujus in oris herbas pulcherrimas auctor legit, & tabulis quinquaginta nitide expressit. Inter eas Bromus est nostratium simillimus, catharticus; Jacobea febrifuga Nilgæ, Centaurium minus Cachen parum a nostro diversum. Epipactidis genus constituit.

EJUSDEM *Journal des Observations physiques, mathématiques & botaniques, faites sur les Côtes Orientales (c) de l'Amérique Méridionale & aux Indes Occidentales, & dans un autre voyage à la nouvelle Espagne & aux Isles de l'Amérique* Paris anno 1725. 4°. In priori parte operis iter Peruvianum & Chilense absolvit. In altera recenset antiquius iter annorum 1703. & 1704., Carthagenam, inque vicinam oram, & in insulam Martinicam susceptum. Tabulæ plantarum iterum 50. pulcherrimæ. Inter eas arbor est Cinnamomi viribus, GEFNERA cathartica, aliæque novæ & ignoratæ plantæ.

Tabulæ, quibus plantæ continentur, Noribergæ excusæ sunt anno 1756. & 1757. 4°. duobus voluminibus, & descriptiones Germanicæ redditæ a G. LEONARDO HUTH. Titulus est *Beschreibung zur Arznei dienlicher Pflanzen, welche in Peru und Chili vorzüglich im Gebrauche sind.*

§. MLIII. *Galli aliqui.*

Godefroi LOYER *Relation du voyage du Royaume d'Issny, Côte d'or, païs de Guinée* Paris anno 1714. 12°. Monachus, plantas etiam notiores describit.

Job. CORDELLE *An vinum alimentum, medicamentum, venenum* Paris 1714. RANT. LEIV.

Fr. AFFORTI & Petri AFFORTI *E. vinum aqua dilutum aqua simplici & nero salubrium* Paris 1714. 4°.

§. MLIV.

(b) Lege Occidentales.

(c) kerum Occidentales.

§. MLIV. G. Derham.

In *Guilielmi DERHAM Physico theology seu sermonibus Boyliani* liber X. huc pertinet, in quo de teleologia partium plantarum, & fabrica breviter agitur, & fere ex N. GREW. Inde utilitates, quas hominibus præstant. Primum prodiit London anno 1714. 8°. editio mea anni 1716. 8°.*, jam quarta est. Belgice Leid. 1728. 4°. vertente *Abrab. v. LOON.* Gallice Rotterdam. 1730. 8°. * Strasburg 1769. 8°. Leid. 1769. 8°. &c. Germanice Hamburg 1736. 8°. 1764. 8°. Suecice Stokholm. 1736. 8°.

In *Philosophicis Transactiõibus* n. 339. *Cotton MATHER* aliquas plantas medicatas novæ Angliæ indicat.

§. MLV. Germani Varii.

Arninius SYLVAULS (ita *SEGUIER*) von dem Podagra und dessen Indiannesscher Cur durch die Moxa Breslau anno 1714. 12°.

Museum Wolfianum, oder Verzeichniß von allerhand Insekten, Mineralien, Vegetabilien &c. welche D. Christian WOLF, mediinæ Doctor, colligirt, Leipzig 1714. 8°.

Parnassus hortensis, oder vollkommene Garten-Schul Magdeburg 1714. 8°. 1724. 8°. 1739. 8°. 1763. 8°.

Entdeckte Grift natürlicher Geheimnisse von Verbesserung der Landgüter Zell 1714. 4°. Leipzig 1717. 4°. 1752. 4°. Ex *VALLEMONTIO* excerptum a *FRIDERICO* von *BRESLAU* und *ASCHAFFENBURG.*

Joh. GERCKE Bericht von Ursprung, Kunst und Bereitung der rothen Corallen und wahrhafter Tinctur 8°. B. *THOM.*

Joh. HEIMREICHENS abgedruckte Demonstration der Abhandlung D. D. LUDWIGS von Moderation der Apotheker-Taxe 1714. 8°.

Gefegneten Hausstandes III. Theil, von dem Acker- und Feldbau Frankf. und Leipzig 1714. 8°.

J. Adam LEINWEBER De vino Wertheimensi Altdorf. anno 1714. 4°. *. *Patriæ vineas vitesque describit: & globulos oleofos, qui ad parietes vasorum secedunt.*

Der Seidenbau in seiner Vorbereitung, Bestellung und Gewinnung Berlin 1714. 4°.

Hambuch von der Viehzucht und Ackerbau Nürnberg 1714. 8°.

§. MLVI. J. Georg. Wilhelms. Alti.

J. Georg. WILHELMI Jeniperæ Argentor. anno 1715. 4°. *. *Varia medicamenta, quæ ex Junipero parantur, & usus medicos iuse enumerat.*

J. Franc.

J. Franc. Nic. FABER *De Thea Helvetico* Basil. anno 1715. 4°. Dixi ad ZWINGERUM.

Christian. Georg. SCHWALBE *De China officinarum* Leid. anno 1715. 4°. Senecionem Sinensem foliis dentis leonis flore aureo, radice crassa, nodosa, vulgo Chinam officinarum dictam describit, qualis in horto alebatur. Arboris etiam Coffeæ, raræ eo ævo hospitiis, in horto Amstelodamensi cultæ, meminit.

J. Petr. KOMAROMY *De vino Hungarico Soproniensi* Basil. 1715. 4°.

§. MLVII. J. F. Gronovius.

J. Friderici GRONOVII, viri doctissimi, *Disputatio inauguralis Camphoræ hifloriam exhibens* Leid. anno 1715. 4°. Peculiare genus facit; de Camphora in Japonia cocta subdubitat, raffinacionis vero artem hactenus arcanam docet. Subjicit arborem Camphoriferam Borneensem, quæ nativam Camphoram dat: analysin porro tradit Camphoræ, variis modis tentatam.

Sive ad J. CLAYTONUM retuleris, sive ad GRONOVIVM, non valde peccaveris, *Floravæ Virginicam exhibentem plantas, quæ in Virginia* J. CLAYTON collegit. *Methodo sexuali dispositæ* J. F. GRONOVIVS. Ejus libri prioris editionis Pars I. & II. prodit Leid. anno 1743. 8°. & nuperior editio ibid. anno 1762. 4°. Tertiam partem cum GRONOVIVS præpararet, labori inter mortuus est, & posthumum opus filius edidit *Laurentium Theodorum*. Plantas plurimas novas nominibus LINNÆANIS insignivit, & ad ejus placita disposuit, sæpe tantum nomina dedit, alias descriptiones. Multæ intercedunt Europæ stirpes, tamen & nova in editione anni 1762. genera sunt, ut Menandra, Clethra, Hydrangea, Schwalbea. Omnium copiosissima gens est Polyantharum (syngenesia): etsi classes Europæ omnes hic occurrunt. Ex Sophora factum pigmentum pro Indico venale, non bonum esse admonet. Inter indigenas est Benzoin, Seneka (Snakeroot), Aristolochia, quæ Serpentaria Virginiana.

EJUSDEM *Flora Orientalis, seu recensio plantarum, quas Leonardus RAVWOLF annis 1573. 1574. 1575. collegit* Leidæ anno 1755. 8°. Trecentæ quinquaginta plantæ sicce in *Bibliotheca Leidensi* servantur, quo ex VOSSII bibliotheca venerunt, cui CHRISTINA Suecica eas donaverat. Earum aliquæ Helveticæ sunt. Inter rariores est Spica nardi graminis genus spica villosa: Henna: Ribas: Sefamum: Rosa Jerichuntina: Semen contra vermes: Cedrus Libani: Salix Babylonica, Judæcis sacra: Musa: Holci LINNÆANI genus quod Dora: Sycomorus. Ordo LINNÆANUS.

In *Comu. Lit. Novic.* anno 1741. n. 46. aliqua de Ginseng Americano, & de Polygalæ tinctura.

(Bibl. Bot. T. II.)

Q

§. MLVIII.

§. MLVIII. *J. Garidel.*

Joseph GARIDEL Histoire des plantes, qui croissent autour d'Aix, & dans plusieurs endroits de la Provence, Aix anno 1715. fol. Paris anno 1723. fol. In beata regione GERARDO spicilegium reliquit. Splendidum cætera opus, centum tabulis ornatum, quarum aliquæ vitiosæ sunt inscriptæ, & multas doleas vulgarissimas esse, in quas sumtus profusus sit, bonæ enim sunt icones. Multa virium medicarum enumeratio, nova etiam aliqua. Historiam naturallem Cocci Ilicis & muscas parentes, & insecti metamorphosin hic reperias.*

§. MLIX. *Gallica aliqua.*

Recueil de voyages au Nord Amsterdam 1715. 3.Vol. Mea editio incipit anno 1732. & continet decem volumina. Inter ea ad rem nostram hæcenus pertinent. Inter vetustiora itinera P. de LUCA, LAMBERTI, CARPINI, ISBRANDI IDES peregrinationes, demum libellus P. JARTOUX de Ginseng.

Ludovici GAYANT An a frequentiori Coffeæ potu visa brevior Paris anno 1715. PLATN.

Hoc anno Alterum Diarium a Societate Jesu inceptum est, cujus Tomus I. anno 1715. prodiiit. Quintus anno 1725. Septimus anno 1729. Octavus anno 1745. successit, cum titulo *Nouveaux mémoires des missionnaires de la Compagnie de Jesus au Levant.* In eo passim aliqua huc pertinentia reperias, ut SICARDI, de plantis Ægypti T. V. & VII. Saccharum acernum T. V.

Explication des pièces, qui ont servi à la construction de la machine inventée à Milan par le Marquis del BORRO, pour labourer la terre, Milan. 1715. 4°. FALCONET.

§. MLX. *Fridericum Slars.*

Frederick SLARE medici, chemiæ amantis, ingeniosi viri. Vindication of sugars against the charge of D. Willis London anno 1715. 8.: conjunctum opusculum cum Traict. de lapide bezoar. Non nocere cuti Saccharum, si poline manum fricucri, non dolore, si eundem in sanum oculum statu impuleris, non dentibus adfrictum molestum esse, at gingivis; non naribus susceptum. Etiam alia dulcia, interque ea cerealia salubria esse, tum horæos fructus. Inde artem coquendi Sacchari docet. Nihil esse in Saccharo, sed neque in spiritu Sacchari causticum, neque eo spiritu miorem ex pane adscendere. Demum usum Sacchari ad varia mala commendat.*

J. HARRIS Collection of voyages published by CAMPBELL with great improvements London 1715. fol. 2.Vol. Conf. p. 76.

HILL's (Aron's ut puto) account of the rise and progress of the beehoiv inventions London 1715. 8°.

Ralph

Ralph THORESBY *The topography of Leeds and parts adjacent* London 1715. fol.*. Pius homo & morum antiquorum, Museum suum enumerat, & in eo 800. plantas D. NICHOLSONII.

§. MLXI. *Bernhardinus Zendrini.*

Bernhardini ZENDRINI Trattato delle China China Venez. anno 1715. 8°. Argumentum practicum est, & tuetur corticis Peruviani innocentiam. Præmittit tamen historiam ejus corticis, & modum exponit, quo febrem correctam bile tollit.

Josephi NENCI Riffessi sopra le piu frequente e necessarie operazioni della coltivazione Siena anno 1715. 12°. SEGUIER.

§. MLXII. *Germani Varii.*

Chyriophorum Bernhardus VALENTINI, MICHAELIS BERNHARDI filius, edidit Francofurt. anno 1715. fol.* *TOURNEFORTIUM contractum sub forma tabularum sistentem, institutiones rei herbariæ, icones characterum classiciorum, & tabulam classium & generum.*

Daniel ROSENFELD Rosa Saronitica Lipf. anno 1715. 4°. SEQUIER.

In *Miscell. Acad. Nat. Cur. Cent. III.* n. 63. Cortex Peruvianus adversus arthritidem & alia mala laudatur.

Sigismund SCHMIEDER De pluvia pollinis Pinei, polline Lycopodii &c. obf. 80.

Obf. 155. De Rosa femel & bis prolifera.

IDEM in *Miscellaneorum Lipsensium* Tomo V. dixit de Secali corniculato.

EJUSDEM De vera herbæ Verbenæ significatione in *Miscell. Lipf.* n. 1.

Godofredi THOMASII Thea ex Rosis in *Cent. III. Nat. Cur.* n. 199.

Godofredi HELD obf. 170. De vi antipodagrica corticis Peruviani.

In *Cent. VII.* Agit de Maslach, cui originem pestis tribuit.

J. Caspar MANGOLD *Idea materie medica* Basileæ anno 1715. 8°, Medicamenta per classes virium & morborum disponit.

EJUSDEM Preliminaria de conciliandis methodis Tournefortii, Rivini, Hermannii & Razi Basileæ anno 1716. 4°.*.

Ergatzlichkeiten vom Toback, worinn dessen Ursprung, Wirkung und Anwenlichkeit vorgestellt wird Leipzig anno 1715. 8°.

Die wohlunterwiesene Köchin Nürnberg 1715. 12°.

Non separabo JONÆ RAMUS *Norges beskribelse* Hafniæ 1715. 4°. Habet catalogum plantarum, insectorum, avium, & piscium.

§. MLXIII. J. *Jacobi Dillenii.*

In eodem volumine *Misc. Acad. Nat. Cur.* prima opella adparuit J. *Jacobi DILLENII* Gieslensis, summi, dum vixit, botanici. Id enim proprium Illustri meo amico contigit, ut vitam integram, nulla pene hora amissa, herbarum studio dare potuerit. Fuit in colligendis stirpibus felicissimus, pari in adnotanda omni earum fabrica solertia, denique & delineare didicerat, & sculpere, ut numerosas suas tabulas proprio scalpulo elaboraverit. Obiit Oxoniensis Professor, maxima cum rei herbarie jactura, cum plenum opus herbarium, cum propriis iconibus pararet, quarum aliquas mecum communicavit. Circa Gieslam rudimenta posuerat studii botanici, quem agrum indefessus perreptavit, adiit & alpes Wallicæ, gravi corpore & parum ad scandendos scopulos idoneo: & horto *Jacobi SHERARDI* diu usus est, deinde Academico.

De Calve Arabico & Germano Europæo egit *Cent. IV. obs. 50.* Secalino ex semine tosto grati saporis infusum paravit.

In *Cent. VI. n. 38.* Descripsit & depictas dedit quatuor plantas, duas *Spergulas*, folio *Knawel*, & *Spergulam* semine limbo foliaceo cincto.

In *appendice* dedit dissertationum *Epistolica primam*, & alteram de *plantarum propagatione* maxime capillacearum & Muscorum. Magni & periti auctoris esse continuo agnoscas. *Jungermanniarum* flores describit; delineat duas *Charas*, *Confervas* aliquas, tum *Chondrillam*, & varietatem *Hieracii umbelliferi*. Porro characteres *Polygonifoliae*, *Radiolæ*, *Corrigiolæ*; particulas *anthereas* ex variis plantis. In altera dissertatione addit *Centunculi* & *Cammerarie* (*Montiæ*) characterem. Multa de usu petalorum, staminum, de sexu plantarum, *Equiseti* radice, polline seminali, denique nonnulli *Musci*. *Staminum* pollinem facere, ne ova subventanea fiant. In *Orchide* pollen conicus, in *Ophride* rotundus est.

In *Cent. IX. obs. 43.* suum experimentum parati ex nostro *Papavere Opii* recenset.

EJUSDEM *Catalogus plantarum sponte circa Gieslam nascentium* Francofurti anno 1719. 8°. auctoris impensis, qui nemine remunerante, nemine pene curante, immensum laborem exhausterat, neque bibliopolam reperit, qui in brevem libellum sumtus vellet experiri. Præmisit judicium de methodis plantarum *KAJI*, *RIVINI*, *TOURNEFORTII* & *KNAUTII*. In *RIVINIUM* potissimum dixit, cujus methodus viro naturali methodo addicto non poterat non displicere; sic neque *KNAUTIO* pepercit, quorum uterque solo ex numero & regularitate, aut irregularitate partium floris, plantas aut particabantur, aut conjungebant.

bant. Catalogus ipse, per menses dispositus, passim adnotationibus miscetur, dives plantis parum notis, minimis, Muscis & Fungis. Subjecta sunt nova genera, certe a Cl. viro primum constituta, Dichotophyllum, Polygonifolia, Portula. Rariores aliæ species subjiciuntur serius repetæ, cum descriptionibus. Tunc plantæ alibi, neque Giesse lectæ. Scorfim vir Cl. novas species recenset, quas inter aliquæ varietates sunt, novæ aliæ. Sequitur *generosum Supplementum* ad TOURNEFORTIUM, Fungi in genera divisi, tum Musci, & Lichenes; constituta genera Percepier, Knawel, Sherardia, Myofuros, Sagitta, Centunculus, Plantaginella, Cameraria, Lentibularia, Pentapterophyllon, Radiola, Hypopitys, & alia. Inde in *Supplemento Floræ Giesseus* Pinaltella, Graminifolia, Corrigiola &c.

Cum plerisque exemplis prodiit *Examen responsionis* A. Q. RIVINI. Facile adparet, juvenem in re præfente viventem seni, ex hortis potissimum plantas decerpenti, longe superiorem esse. Asperiuscule scripsiße doleas.

EJUSDEM nunc in Angliâ viventis *editionem Synopsis* RAJANÆ tertiam Lond. anno 1724. 8.* jam diximus. Muscos, Fungos, Gramina, quidquid est difficillimum, DILLENIUS largissime emendavit, icones egregias adjecit: noluit varietates tangere, quibus hæc synopsis abundabat.

EJUSDEM *Hortus Eihamenfis Jacobi* SHERARD, fratris *Gnilielmi* London anno 1732. fol. mag.*. Plantas plerasque peregrinas, paucas nostrates & Anglicas, in universum omnino 437. depinxit, sculpsit, historiam dedit plenissimam, synonymiam ditissimam, & critica de stirpibus judicium, & acutius, quam quisquam alius, minuta plantarum discrimina perspexit. Genera multa constituit, Mesembryanthea numerosissima recensuit, plantas nobilissimas declaravit, ut *Chinxæ* radicem, alias.

EJUSDEM *Historia Muscorum* Oxon. anno 1741. 4.* maj.* Incredibili labore Muscos & Lichenes constituit, speciebus ex utroque orbe congestis fere 600. subtilissime & per omnes particulas minutissime dissectis, descriptis, delineatis, ut nulla nunc classis plantarum cultus tractata habeatur, quam quæ erat difficillima. Malles subinde varietatibus minus datum fuisse. Breve esse necesse est in libris, ubi innumera laudare oporteret.

S. MLXIV. G. A. Agricola.

Georgii Andreae AGRICOLÆ, medici Ratisbonensis, *Kortzer Bericht vom Ursprünge der Universal-Vermehrung aller Bäume und Gewächse* Leipzig anno 1716. 4.*. Parvus libellus. Sic *Nachrichte von seiner Universal-Vermehrung der Bäume* Leipzig anno 1716. 4.* & *Oeffentliche Declaration und Gegenantwort, neu eröffnetes Geheimniß* &c. Regensburg 1716. 4.* EJUSDEM *Neu ersundene Kunst von der Universal-Vermehrung aller Bäume und Stauden. Gewächse* Frankfurt und Leipzig anno 1716. 4.* TREW. recusum in G. G. GRUNDIG collectione T. II. De suo invento, deque mumia ex gummi Copal parata, & altera

tera vulgari (utraque nempe emplastrum est ad arborum vulnera utile). Porro de radicibus ex vulneribus arborum producendis, ope ejusdem mumiz: de Leucojo, Rosa, Viola inoculandis &c. EJUSDEM *Neu und numehr doch gegründeter Versuch der Universal-Vermehrung aller Bäume, Stranden und Blumen-Gewächse* Regensburg Tom. I. 1716. fol.* Frankfurt 1752. fol. Tom. II. Regensburg anno 1717. fol.* Gallice *L'Agriculture parfaite* Amsterdam anno 1720. 8°. 1732. 8°. 1752. FALCONET. Anglice a R. BRADLEY vers. London anno 1721. 8°. & 1726. 4°. cum titulo *New method of improving Estates and Gardens with some other experiences made on that system* by BRADLEY. Arcanum erat in radicum productione ex trunco inciso, & subnato callo, in ramorum in radices intitione, & radicum in ramos & truncos: deinde foliorum cum oculo infertione, etiam solorum. Arcana addebat, mumiam s. emplastrum, cui plurimum tribuebat. Hec incredibili copia verborum fere suffocant, nonnunquam pene ad nugas descendunt. Eventum non respondiisse promissis passim lego (d).

EJUSDEM *Nachrichte von dem neu angelegten Sonn- und Sternwald, wie solcher nach dem Versuch der Universal-Vermehrung sich präsentiert* Leipzig anno 1717. 4°. Iterum programma.

§. MLXV. *Christianus Knaut.*

Christiani KNAUT filii, *Methodus plantarum genuina* Hall. anno 1716. 8°.*. Methodum RIVINIANAM perfecit, summa cum severitate legum, ut tripetala Gallia a tetrapetali toto genere separet, & in universum nullam in numero, sine regularitate & difformitate exculationem admittat.

§. MLXVI. *Bernardus van Nieuwedydt.*

Bernard van NIEUWETYDT, Consulis *Parmierendini*, *Regt gebruyk der weerdeld beschouwingen* Amsterdam anno 1716. 4°. 1717. 4°. 1720. 4°. 1725. 4°. Paris anno 1725. Germanice ab ILL. SEGNERO versum opus & emendatum Jenæ anno 1747. 4°.* prodiit. Pertinet huc contemplatio XXIV. de plantis, quarum germinationem, incrementa & fabricam fere ad modum GREWII tractat.

§. MLXVII. *Galli.*

J. JOBLETI *Observations d'histoire naturelle, faites avec le microscope* Paris anno 1716. 4°. 1754. 4°.*. Aliqua ad plantarum fabricam & Mucores hic sciunt, equidem excerpta.

FREZIER

(d) *Bresl. Samml.* anno 1718. p. 1546. 1547. anno 1719. mens. Mart. p. 364. 369. anno 1720. mens. Sept. anno 1722. mens. Jul. anno 1723. mens. Jul. adde ROHR. *Wald.* p. 67. Excusat AGRICOLAM Cl. KAYSER, negatque adeo immensa ejus promissa fuisse.

FREZIER *Relation du voyage de la mer du Sud aux Côtes du Chili, du Pérou & du Brésil, fait pendant les années 1712. 1713. & 1714.* Paris anno 1716. 4°. 1732. 4°. Amsterdani anno 1717. 12.* 2.Vol. Anglice London 1717. 4°. Osb. Germanice *Reise nach der Südsee &c.* Hamburg 1749. 8°. HERRM. Belgice vertente ISAACO VERBRUGGE 1718. 4°. Mathematicum gnarum, neque historice naturalis & metallorum imperitus, passim plantas obvias recenset, ut in Infulus *Capitis viridis*, Infula *S. Catharinae*, in *R. Chili*, & *Peru*. Passim etiam aliquas celeberrimas stirpes describit & delineat, ut *Xylon arborescens*, *Fragarium Chilense* fructu prægrandi, *Santolinæ* genus, & *Cytisi*, & *Ingam* de Mimose genere. De herba *Paraguajana*, ejusque ingente commercio. Recte monet. *Solanum esculentum* in Peruvia *Papas* dici, non ut Angli vitiosè, *Battatas*.

LA ROQUE, an IDEM cujus exstat diarium, varia itinera edidit. Inter ea est *Voyage dans la Palestine vers le Grand Emir* Amsterdani anno 1718. 8.*. Primum recenset, cum prioris seculi sit, decerptum ex *Commentariis Laurentii d'ARVIEUX* seorsim etiam excusis. Exigua parte ad rem herbariam pertinet, ubi de pane, & potu, & *Coffea Arabum* agitur. Cæterum M. la ROQUE ipse Arabiam adierat.

Edidit IDEM Parisiis *Le voyage de l'Arabie heureuse par l'Océan Oriental, fait en 1708. 1709. & 1710. Voyage fait du Port de Moka à la Cour du Roi d'Yemen en 1711. 1712. & 1713. Mémoire concernant l'arbre & le fruit du Café, & un Traité historique de l'origine & du progrès du Café, tant en Asie qu'en Europe* Paris anno 1716. 12.*. Hujus auctor est M. de MERVEILLE. Quæ primo loco hic recensetur, prima etiam est Gallorum duce M. de MERVEILLE Mokam suscepta expeditio. Parce admodum naturæ dotes tangit, & potissimum *Coffeam*: plantas etiam Infulæ MAURITIANÆ & *Bourboniæ*. Secundo itinere patriæ *Coffeæ* addita, cultusque dictus, & datæ figuræ. Hæc de *Coffeæ* historia tractatio Germanica versâ habetur Leipzig 1717. 4.*. ZOCII. Iter in Arabiam felicem Leipzig 1740. 8.*.

EJUSDEM *Voyage de Syrie & du Mont Liban* Paris anno 1722. 12°. 2.Vol.* Iter auctoris ipsius, anno 1688. susceptum. De *Cedris Montis Libani*, quarum duplicem iconem in loco natali delineatam addit, cum bona descriptione.

EJUSDEM *Mémoires de M. de la ROQUE contenant des voyages & aventures en Turquie, en Perse aux Echelles du Levant & au Senegal la Haye 1754. 12°. 2. Vol.*

Dictionnaire botanique & pharmaceutique, contenant les principales propriétés des minéraux, végétaux & des animaux d'usage Paris anno 1716. 8.*. *Journal de Trévoux*. Tumi Paris anno 1738. 8.*. 1748. 8.*, solo, ut puto, titulo mutato. Potissimum ad vires medicas pertinet. Nullas species habet, neque descriptiones, neque nomina botanica.

Le Teinturier parfait, ou l'art de teindre les soyes, laines, fils, chapeaux — les cuirs, l'ivoire, l'os, le bois, le verre, le cristal — avec un traité des drogues & ingrédients, qu'on y employe, du choix, qu'on en doit faire, de leur culture, & les secrets des teinturiers de Paris, Paris anno 1716. 12°. 2. Vol. BURETTE. An idem opus a STAHLIO auctum p. 62.

§. MLXVIII. *Daniel Wilhelm Triller.*

Danieli Wilhelm TRILLER, viri eruditissimi, Professoris Wittebergenfis, Exercitatio de Moly Homericæ & fabula Circeæ Lipsiæ anno 1716. 4°. auctior reedita in opusculorum medicorum & medico philologicorum collectione Lipsiæ anno 1766. 4°. edita. Ad litteras potissimum pertinet. Circeæ philtæ parasse: adversus ea Moly fuisse præsidio, non Allii speciem, non Nymphetæ, sed omnino nigrum Helleborum, cui flos candidus sit, & nigra radix, quæ difficulter effodiat.

EJUSDEM De veterum chirurgorum arundinibus atque habitis ad artum male firmos confirmandos adhibitis 1749. 4°.

EJUSDEM Exercitatio altera in Suetonii locum de remedio habentium & arundinum 1741. 4°. Redibunt in chirurgicis.

EJUSDEM De cortice Peruviani usu senibus, gravidis & infantibus salutaris Wittebergæ anno 1758. 4°. additis experimentis. In opusculis redit.

EJUSDEM De morte subita ex nimio violarum odore oborta Witteberg. anno 1762. 4°. Nobilis Virgo, cum in cubiculo Violarum odore pleno dormisset, mane moribunda reperta, servari non potuit.

EJUSDEM De plauta quadam venenata, ejusque sinistro effectu Antoniani Witteberg. anno 1765. 4°. Stramonium fuisse, quo ANTONIANI milites se dementaverunt.

EJUSDEM De Tabaci præmici abusu. In opusc.

EJUSDEM Dispensatorium pharmaceuticum universale, seu thesaurus medicamentorum iam simplicium, quam compositorum Francofurti anno 1764. 4°. 2. Vol. In Tomo I. medicamenta traduntur simplicia, docte, ut solet VIR. CLAR. ex bonis scriptoribus, neque sine critica manu. Insecuta medicamenta & venena averfatur. Ita neque valida purgantia pharmaca probat, neque laudatam, ad mitigandam Sennam, Scrophulariam aquaticam. Carthami semen adversus hydropem profuit. Chamæmelum valde laudat.

In Tomo II. continentur medicamenta composita.

§. MLXIX. *Mémoires de l'Académie.*

In Mémoires de l'Académie anno 1716. D. de RESSONS suadet arbores purgæ Lichene incisionibus, a primis ramis ad terram usque deductis.

IDEM

IDEM agit de inoculatione, & acceleranda productione fructus melioris. Ramos a ramis fructiferis diversos, & a ligniferis, inter utrosque medios, jubet ad incisionem præferre.

Antonii DANTI d'ISNARD novum genus *Evonymoides*, cum tribus speciebus, quarum scandentem, ex Canada a SARAZINO misam, delineatam dat.

EJUSDEM Perpulchræ icones duorum Lamiorum Italicorum, Mém. de l'anno 1717.

EJUSDEM Genus Cynoglossoidis, cum depictis speciebus, anno 1718.

EJUSDEM Duæ species Amberboi depictæ anno 1719.

Anno 1720. Constituit genus Euphorbii, a Tithymalo separatum.

Anno 1721. Genus Monospermaltheæ, seu Malvaceæ plantæ semine unico.

Anno 1724. Erucæ speciem dedit descriptam & depictam, cui nomen fecit *Erucæ decumbens alba siliquis singularibus in foliorum alis* VAILLANT.

Anno 1726. Olei fugini noxam corrigi, si in terræam urnam receptum per annum servaveris.

§. MLXX. J. Heinrich Cobausen.

J. Henrici COHAUSEN Westphali, *Neoshea* Ostbrug. anno 1716. 8°. & *neu eingerichtete medicinische Theetafel* Lamgow. anno 1728. 8°. Belgice Amsterdam 1719. Magna varietas compositionum herbarum ad infusionem theiformem aptarum, secundum morbos; dictio jocosa & satirica.

EJUSDEM *De pica nati, seu Tabaci sternutatorii moderni abusu* & *ноxa* Amsterdam. anno 1716. 8°. & Germanice Lipsiæ anno 1720. 8°.

EJUSDEM *Raptus exstatis in Parnassum, seu satyricam pugnam in Tabaci sternutatorii abusu* Amsterdam anno 1726. 8°. PLATN.

In *Epistolar.* T. II. agit de pane Bompournikel.

EJUSDEM *Archeus sibericus, cum methodo administrandi corticis Chinae* Cbinae Amsterdam. anno 1731. 8°. Pro cortice Peruviano.

§. MLXXI. Belge.

J. MEDLEY *De natura* & *viribus opii* Leid. anno 1716. 4°.

J. BIRCH *De Opio* Leid. anno 1716. 4°.

QUELLER *Questions hebraica de plantis* S. S. Dec. I. Utrecht 1716. 4°.

(Bibl. Bot. T. II.)

R

§. MLXXII.

§. MLXXII. Germani Varii.

Beschreibung des Fichtelberges im Norgau liegend Leipzig anno 1716. 4.*. Catalogum continet, parum quidem botanicum, plantarum & arborum Montis Pinniferi. Auctor PACHHEBL de GEHAG.

Oppositum est ei scriptum anonymum & absque anno cum titulo *Sendschreiben eines Fremdes an den andern wegen der anno 1716. herausgegebenen Beschreibung des Fichtelberges*. 4*.

Frid. Wilhelm HOPPE *De balsamo Cepayba* Heidelberg. anno 1716. 4.* in VALENTINI Mantida. Conf. p. 98.

Jac. KALDE *Dispensatorium Hanbwigense, juxta quod medicamenta tam chymica quam galenica preparanda sunt* Hamburg. anno 1716. fol.

J. Gnil. de REIBNIZ *De lauræ in medicina præstantia* Witteberg. 1716. 4*. PLATN.

Georg LIEGELSTEINERS *wohlversuchter Zwerghaus, oder Unterricht, wie derselbe beschnitten, dessen Früchte vermehrt, vergrößert und verbessert werden können* Regensburg anno 1716. 8*. Frankfurt anno 1725. 8*. ZOCHA. Leipzig anno 1747. 8*. Pleraque ex JOHANNE de la QUINTINIE.

Frid. KUEFNERS *Prodromus Agricola non Agricola*. 4*. ZOCHA.

EJUSDEM *Gemüßigte Wiederantwort auf D. AGRICOLÆ Gegenantwort*. 1719. 4*. ZOCHA.

Christ- brüderlich- unparteyische Gedanken über D. A. AGRICOLÆ Baum- und Staudengewächse, Universal-Vermehrungs-Mensivraum. 1716. 4*. ZOCHA.

EJUSDEM *Neu erfundene Kunst zu lebendigen Baumgebäuden* Hafn. 1716. 4*.

Aliter reperio, d. i. *Sciagraphia Vivarboræ Symplyphytenica horologica &c. Entwurf der neu erfundenen Pelzkunst und neu erfundenen Baukunst zu allen Frucht-tragenden Stauden zengenden Gartengebäuden* Frankf. 1716. 4*.

Gottl. Fried. MYLI *Musæum s. catalogus rerum naturalium & fossilium* Lipsiæ 1716. fol. RINK.

Der wohlverfabrne Kräuterverweiser und Blumengärtner, von Erkennung und Einsammlung der Blumen und Kräuter Leipzig 1716. 8*. ZOCHA.

§. MLXXIII. J. Adolph. Wedel.

J. Adolph. WEDEL, *Georgii Wolfgangi filii, mechanici ingenii viri, aliquæ dissertationes huc pertinent: De Scordio* Jenæ anno 1716. 4.*. *Ignæ arenæ, hic & in sequentibus, ascendit spiritus medius, ad HOMBERGI doctrinam, acidus, non absque admittō urinoso sale expulsius: sal fixus sili cathartico amaro*

amaro Anglorum similis ex cinere eluitur. Ex his principiis tentat vir Clar. explicare virtutes, quæ eadem fere sunt in Vincetoxico, adeo diverso.

Ej. De *Calamo aromatico* anno 1719. 4.*. Descriptio non accurata, quæ flori quatuor partes tribuit. Spiritus semper idem, acidus urinoso mistus, sal volatilis uberior, in cinere lixivus purus. Sed etiam aquam odoratam vir Cl. parare docet, pl. tam oleo fragrante, tum odoratum spiritum.

EJUSDEM De *Helenio* anno 1719. 4.*. Analysis, quæ igne fit: spiritus medius subacidus, qui addita calce viva calefcit. Sal volatile concretum, ramosum; ex cinere sal alcalinus purus.

EJUSDEM De *Vincetoxico* anno 1720. 4.*. Ad ignem stillat spiritus acidus, cum acor etiam in cruda radice adpareat: cum calce viva tamen urinosus factetur Vir Clar. particulas se obtinuisse. Sal fixus alcalinus est. Herbarum vomitum nonnunquam excitare meminit, vires tamen medicas ornat.

EJUSDEM De *Verbena* anno 1721. 4.*. Semper eadem analysis; spiritus medius, in quo manifestus acor; sal volatilis concretus.

EJUSDEM De *pici* & *resina conspessita*, qua sponte diffutot, corrigenda, absque tamen duritie in inducila Progr. anno 1730. 4.*.

§. MLXXIV. J. Georg Siegesbeck.

J. Georgius SIEGESBECK, aliquamdiu horti Petropolitani præfectus, deinde multis annis privatus, rem herbariam amavit.

EJUS inauguralis disputatio fuit de *Rorella* Witteberg. anno 1716. 4.*. De exhalatione plantarum. Essentia Rorellæ se in morbis acutis utiliter usum. Contra Brasiliæ salubritatem.

Inde *Primitias* dedit *Floræ Petropolitane* Rigæ anno 1736. 4.*. Catalogus nempe plantarum horti Petropolitani. Exoticæ plusculæ, interspersæ adnotationes & nova generum nomina, quæ nuper non receperat. Plantas circa fluvium Gorka reka omnes amaras fieri falsasve. Characterem dat Chamæmori. Raras etiam aliquas plantas Ingricas aut Sibericas indicat. Kanunculum Castibicum monet a dulci differre.

EJUSDEM De *Majanthemo* s. *Lilio convallino*, progr. Petersburg. anno 1736. 4.*. Nomen reformat, genus a Polygonato removet, plantam describit & variatates. Alternis annis uberius florere. Calidas regiones fugere, hinc veteribus minus notum fuisse.

EJUSDEM De *Tetragono* HIPPOCRATIS Petropoli anno 1737. 4.*. Lamium esse, cujus rami quadrato ordine procedant.

EJUSDEM *Botanosophia verioris brevius sciagraphia* Petropol. anno 1737. 4.*. Methodum RIVINIANAM proponit & defendit. Genera constituit ex flore, fructu,

fructu, & in univcrsum habitum in subsidium vocat, non exclusis foliis. Genera subalterna a notioribus per adfinitatem deducta defendit: ea, si nomina græca fuerint, recte syllabis oides terminari contendit. A patria, & a celebri viro sumta nomina reprobat. Multa contra sexum & fecundationem plantarum profert: plurimas plantas absque femine provenire, & arbores feminas absque maribus fructificare. Denique succedit *Epicrisis* in LINNÆI *de sexu similtan methodum*. Absque sexu per radices aliove modos plantas optime propagari. Nasci ex stigmatate & antheris classes, naturali ordini aduersas. *Fundamenta LINNÆI botanica* convellit, Rubrum colorem non demonstrare acorem, Leucoji exemplo. Asperifolias, bulbosas, verticillatas plantas pro classibus habet arbitrariis.

Examen hujus Epicrisos scripserat J. G. GLEDITSCH. Contra id examen reposuit SIEGESBECKIUS *Vaniloquentia Gleditschiana specimen* Petropol. 1741. 4°. Urget plantas absque femine se propagantes, quibus Rubum Kibefii folio accenset, cujus femina nunquam maturefcat. Per cryptogamiam etiam sexus dignitatem minuit. Easdem plantas, ut Bryoniam, ex eodem femine natus, modo steriles provenire, modo fecundas. Staminum numerum sepe incertum esse. Mala genera LINNÆI carpit, Convallariam, Vaccinium, Cucubalum, Cuscutam &c. Excusatione eget acce nimis scribendi genus.

In KANOLDIANA *collectione* (*Breslauer Sammhagen*) multa hujus viri sunt opuscula, ut anno 1721. *Mense Marti*. De plantis, quas seles amant.

Mens. Dec. De Tulipifera.

De Mari veri utilitate ad adliciendas mustelas.

Anni 1722. *Mense Januari*. De Theæ & Caffæe succedaneis,

Mense Aprili & *Majo* De artibus, quibus Leucoja plena redduntur, quas fere refutat.

Mense Julio De floribus, qui pleni fiunt.

Anni 1723. *Mense Augusto* De plantis noctu florentibus, aut odoratis.

Anni 1724. *Mense Majo* De plantis sensitivis.

Mense Octobri De Yucca, ejusque flore.

In *Miscellanea* BUCHNERI. Anno 1727. *Mense Majo* De Leucojis pleno flore.

Mense Julio De Theiformi infuso Vaccinii, & de Musa florente.

Mense Augusto De Cardamindo flore pleno.

Mense Septembri De Impatiente.

Anno 1728. *Mens. Jun.* Aliqua ad historiam botanices, sic 1730. *Mense Martio*. Anno

Anno 1729. De diversis arboribus Draconis, & ejusmodi arbore Viennæ florente.

Ibid. *Menf. Septemb.* De Meteorophytis.

Menfe Augusto De plantis viscosis.

Menfe Septembri De Sexu plantarum.

§. MLXXV. *Richardus Bradley.*

Richardus BRADLEY, Botanicus Professor Cantabrigienfis, Polygraphus (e), multa potissimum ad agri cultum pertinentia scripsit, in experiendo nimis parvus. Primum adparet anno 1716. in *Philosophicarum Transactionum* n. 349. ubi quatuor diversis in quoque ramo cortices describit. Deinde microscopicos aliquos fungillos delineat, quos inter Embolum videor agnoscere.

EJUSDEM *Historia plantarum succulentarum*. Decas I. prodiit Londini anno 1716. 4.*. Decas II. ibid. anno 1717. 4.*. Decas III. anno 1725. 4.*. Decas IV. anno 1727.*. Decas V. anno 1727.*. Conjunctim novo cum titulo anno 1734.* Cerei, Cacti, Tunæ, Mefembryanthema, Aloe, & intec eas Americana, Euphorbiæ, Stapeliæ, Sedum, Cotyledon hic delineantur.

A new improvement of planting and gardening both philosophical and practical Londin. anno 1717. 8.* 1718. 8.* 1724. 8.* 1731. 8.* & appendix anno 1726. 8.* SEGUIER. In prima parte extat anatome plantarum & vita, sexus, fecundatio, vegetatio, & hybridæ species, ex seminali polline alieno natæ. Circuitum succi nutritii demonstrat per morbi ex ramo versus radicem progressu. Corylos sterilecere, si stamina defregeris, nisi aliunde fecundentur; neque Tulipas femina dare, quibus defracta sunt stamina. Terra hortensis, arborum propagatio, ad trabes & ædificia.

Pars II. De hortis: de arboribus sempervirentibus. Arbores floridæ, inter quas Tulipifera. Deinde plantæ coronariæ, earum cultus & artificia: inde liliacæ; demum annuæ.

Pars III. Vitiæ & arborum fructiferarum cultus. Proponit vineas, certe ad omphacium. Videas auctorem manum operi adhibuisse. Fufe de aphidibus. De oleribus, de fimo prægnante & hibernaculo. De plantarum aquaticarum educatione; de hesperidibus, fruticibus peregrinis, de succulentis.

Pars IV. Opera hortensia menstrua, & hibernaculorum descriptio. Multum laborat in præcucitate procuranda. Coffeæ icon.

Passim aliqua propria. Tulipas variegatas fieri a malo alimento, femina unicolorum pulchras varietates, & variegationem a maligna terra

R 3

runderata

(c) Non laudat ELLIS apud KALM, I. p. 196.

rudrata introduci. Plantas spurias ex adulteris staminum nasci, qualem vidit inter Caryophyllum vulgare & plumosum: pulchras etiam ex Chinesis & Barbato produci. Auriculas concolores seorsim positas dedisse semen, unde nihil novi natum sit, & vicissim novas varietates natas, ubi multas uno loco varietates hortulanis disposuerit. Colores a fermentatione esse. viridem a circulatione.

Hæc ultima pars seorsim titulum habet, *The Gentleman's and gardeners calendar* &c. London anno 1718. 8°. Gallice reddita, *le Calendrier des Jardiniers* Paris anno 1723. 8°. 1743. 8°. FALCONET, anno 1750. 12°. 4°. & 1756. 3.Vol. cum conjunctis *observationibus sur le jardinage* & *l'art de planter*.

EJUSDEM *Catalogue of the Seedplants mentioned in Townsends tract and to be found in a Seedmans shop* London anno 1720. 8°.

EJUSDEM *The virtue and use of Coffea with regard to the plague and contagious distempers* London anno 1721. 8°.*, cum iconic plantæ. *Historia Coffeæ & elogium*. Video citari annum 1715. 12°. ZOCHA.

EJUSDEM *Philosophical account of the works of nature* London anno 1721. 4°. maj.*. Caput tertium ad plantas pertinet, quarum aliquæ magis singulares ab auctore describuntur, Euphorbia, Cerei. Iterum pro duplici plantarum sexu: de vegetatione. Sterile solum ericetorum, fabuleta, colles eretaceos describit & colere suadet, & docet, terrasque varias distinguit. De propagandis vitibus, arboribus fructiferis. Tunc hortorum celebriorum dat historiam, etiam potissimum Anglicorum. Præsert inter hortos Amstelodamensium. Folia Opuntie plantam reparare, etiam Aurantii folia. In pensulis floribus tubas staminibus longiores esse.

Bis AGRICOLAM edidit anno 1721. 8°. & 1726. 4°. & aliqua sua experimenta adjocit.

EJUSDEM *New experiments and observations relative to the generation of plants — and an account of the extraordinary propagation of Abricots, Nectarines, Plumes, Cherries, Figs, Vines, Gooseberries &c. as they were artificially cultivated this spring* London anno 1724. 8°.

Citat etiam Cl. SEGUIER *Monthly treatises of husbandry and gardening* London anno 1724. 3.Vol. 8°.

EJUSDEM *Philosophical treatise of husbandry and gardening* video citari Londini anno 1721. 4°. editum.

EJUSDEM *Treatise concerning the manner of sowing ground, rising of grassseeds, and training of line and hemp* London anno 1724. 4°.

EJUSDEM *a Survey of the antient husbandry and gardening collected from the Greeks and Romans* London anno 1725. 8°.*. Aliqua ex veteribus, miris cum auctorum nominibus exscripta, Socraticus, Abderites, Amphipolites, Colli.

Colligit, quæ ad quancumque plantam utilem pertinent; calendarium dat Romanum. Ad Cytifum, ad instrumentum rusticum &c. Multo plura vero ad Angliam spectant, & ad augendum agrorum patriorum fructum: inter quæ multa deperperata, ut consilium Olearum in Anglia colendarum, & vitium.

A general treatise of husbandry and gardening T. I. & II. Londin. anno 1726. 8°. 2.Vol.*. Multa ex aliis, neque tamen nulla sua. P. I. de cerealibus omnis generis, Trifolio sativo, Fabis, Pisifis. De cultu Ceparum & Croci. Ut sterile solum corrigatur, suamque cogatur messem dare. Horti olitorii, & ejusque oleris mensura. Ut maculæ in plantis oriantur, ex alimentis defectu; ut in nonnullis perennent, ut in Acere. In Tulipa colores, in quos balbum immergas, florem non tingere.

P. II. Multa de vegetatione plantarum, & duplici sexu, & circuitu succi nutritii; de cultu materie, asserum incurvatione, propagatione Abjetum. Arbores fructifera. Vites, Pira cum varietatibus, Pruna, Persica, etiam Juglandes, morbi que arborum. De exoticarum plantarum cicuratione per insitionem. De arboribus in vario solo plantandis, de transplantandis arboribus, de fructibus præcocius, per ignem obtinendis, de arborum fructiferarum speciebus Gallicis & cultu. De arborum valetudine restituenda. De cultu Ananase, de colendis plantis regionum æstuosarum, de Coffea, de hesperidibus. De perficiendis floribus. Catalogus plantarum in horto FAIRCHILD per singulos menses florentium. Multa experimenta celebriorum hortulanorum Angliæ. Pro circuitu nutritii succi tiliam adducit, quæ invertim plantata ex radicibus folia & flores protulerit. De refecto Ficus novo succum utrinque effluere. De utilitate scobis coriariæ: de thermometri usu ad imitandum cujusque climatis calorem. Hic videtur esse liber, quem Galli verterunt, cum titulo, *Novvelles observations physiques & pratiques sur le jardinage & l'art de planter*, & cum Calendario ediderunt Paris anno 1756. 12°. 3.Vol.

EJUSDEM *Calendarium universale or the gardeners universal Calendar — an account of the several monthly operations in the Kitchen and flower garden, performing all manner of sowing, planting, pruning, herbs flowers shrubs &c.* Londin. anno 1726. 12°. SEQUIER. An diversum.

EJUSDEM *The Country housewife and Lady's director* anno 1727. 8°. 2.Vol.*. anno 1728. 2.Vol.*. Multa coquinaria. De aliquibus ex plantis stillantibus aquis & spiritibus. De variis potulentis, vinisque artificialibus. De cura Croci.

Video etiam citari *The British housewife*.

EJUSDEM *The country Gentlemans and farmers monthly director* London anno 1721. 8°. SEQUIER, anno 1732. 8°. tum anno 1736. 8°.*. Ad totam domum rusticam, etiam ad animalia. Cultum docet Har-dis, Lini, Medicæ, Spergulæ, Croci, Luteolæ. Fœnum celerius, quam in Helvetia, defecari video, EJUSDEM

EJUSDEM *Experimental husbandry and gardener* London 1726. fol. ZOCH.

EJUSDEM *A compleat body of husbandry* London anno 1727. 8°. 1733. 8°.*. De variis heraminis generibus, de diversis folii speciebus, plantisque cuique solo idoneis, de paludum exsiccatione, cultu Graminum, Genistæ: de utilitate mutatorum per singulos annos frumentorum. De colendo solo sterili. De coquendo cinere clavellato.

EJUSDEM *Ten practical discourses concerning the four elements as they relate to the growth of plants* London anno 1727. 8°. 1733. 8°.*. Breviter hic & suis sub capitibus varia utilia habet. Placent, quæ docet de gemmis & bulbis feminum similibus, & de plantarum propagatione varia, per folia, ramosve, aliasve plantæ partes. Pro circuitu succi nutritii demonstrando urget sanationem arboris per furculum insertum. Inuisionis & putationis leges facit. Hortum oleaceum, deinde floridum describit, & hibernaculum, & plantarum cultum, qui patriæ cujusque speciei respondet. Folia de aere humorem forbere, iis detractis genumam non crescere & arborem mori. Iterum variegatos flores sperandos ab adulteris, & vicinia florum diversi coloris, quorum pulvis stamineus alios flores fecundat. Iterum de hybrida planta ex Caryophyllo hortensi & barbato nata.

Three weekly Miscellany for the improvement of husbandry arts and Sciences anno 1727. Numeros 21. formam 4. SEGUIER.

The Science of good husbandry or the Oeconomies of Xenophon translated from the Greek London anno 1727. 8°. SEGUIER, vix ad plantam spectat.

Nova editio collectionum J. HOUGHTON London anno 1727. & 1728. 4.Vol. SEGUIER.

Dictionary botanicum for the use of the curious in husbandry and gardening — the names of the known plants — their description, culture, the terms of every branch of botany &c. London anno 1728. 8°. Vires medicas & utilitatem variam, locos natales tradit, ut pro compendio botanices adplicata possit haberi.

EJUSDEM *Family dictionary* 1725. fol. 2. Vol. OSB. Verso forte N. CHOMEL.

The riches of a hoggarden explained with the observations of the most celebrated hop planters in Britain &c. London anno 1729. 8°. Germanice Nürnberg 1759. 4°.

EIDEM auctori tribuit Cl. SEGUIER *A true account of the Aloë Americana or Africana which is in blossom in Cowels garden — of the torch thistle and Glassbury thorn, quæ reperiuntur cum COWELLI libro. Mihi hæc manifeste videntur COWELLI.*

EJUSDEM

EJUSDEM *A Course of lectures on the materia medica* London anno 1730. 8*.*
 Brevis libellus, multa habet ex PETIVARIO; utile cæterum compendium gummatum, nescio quare ad regnum minerale relatorum, radicum, corticum &c.

§. MLXXVI. *Conradus Jobrenius.*

Conradus JOHRENIUS, Professor Francofurti ad Viadrum, plantarum amator, quarum insignem collectionem reliquit (f), edidit Francofurti ad Viadrum anno 1717. 8*.*. *Vademecum botanicum, seu bodegum botanicum secundum methodum Tournefortianam.* Plantas nempe circa patriam arbores usculosas in classes TOURNEFORTIANAS disposuit, quas inter Aloides est, quam cum Morfu ranæ ex GUNDELSHEIMERI monitis conjugit. Icones in *Bibl. Bevolin.* servatæ ab ERNDELIO laudantur.

Abrahami REHFELD Hodegus botanicum mensurum, plantas, quæ circa Hamam sponte proveniunt, vel studiose murrantur, enumerans &c. Hall. 1717. 8*.*. RIVINI methodum sequitur & exponit. Nomina sunt Germanica & latina, absque synonymis & adnotationibus, locique natales.

§. MLXXVII. *Sueci & Angli.*

Urbani HIERNE De Xylobalsami ab auctore inventi usui & commodo Holm. anno 1717. 8*. 1720. 8*. In posth. T. II. a WALLERIO auctorum agit, de sale volatili plantarum absque destillatione nato.

Ibid. de analysi lichenis Islandici *K. Swetensf. handl.* 1744.

Samuel COLLINS Paradise retrieved — method of improving fruit trees against walls or in hedges contrary to LAWRENCE with a treatise of Melons and Cucumbers London anno 1717. 8*. SEGUIER.

GEORGE LONDON compleat gardener London 1717. 8*.

§. MLXXVIII. *Carolus Nicolaus Lange.*

Caroli Nicolai LANGII, Lucernensis Helveti, Beschreibung des schädlichen Gemisses der Koruzapfen Lucern. anno 1717. 8*.*. Cum eo tempore ex clavi fecalini copioso proventu passim morbus stupidus & gangrænosus grassaretur, C. LANGIUS & morbum describit, & grana fecalina corrupta, quæ ejus morbi causa fuerunt: & ipsa, & sani grani fabricam: icones etiam dat utriusque, & chemicam analysin, quæ plurimum oleum demonstrat. Multum collectancorum.

§. MLXXIX.

(f) EANDL. *Flor. Japon.*

(*Bibl. Bot. T. II.*)

§. MLXXXIX. Germani aliqui.

Andreas OTTOMARUS GOELICKE in *historia medicinae uniuersali* Hall. anno 1717. 8°. edita hæcenus rem herbarianam tetigit.

EJUSDEM *De Balsamo Cacao* Francofurti ad Viadrum 1723. 4°.

EJUSDEM *De Corticis Peruvianæ usu noxiæ licet reſto in febribus* 1729. 4°. PLATNER.

EJUSDEM *De Onopordo carcinomati auerrunco* Francof. ad Viadrum anno 1739. 4°. Succo imposito se ulcus cancriforme colli & labii superioris sanasse. Experimenta etiam cum eo succo fecit; reperit aciescere.

J. Christianus HABERKORN, Camenzio Lusati, *Gedanken von der Ziehe oder Nerven-Krankheit, welche durch das inficirte Korn in Sachsen und Lausitz eingeſſen* Budiſlin anno 1717. 8°. Describit etiam morbum, & vetanda grana.

Henrich SCHARBAU *De plantis a voce uocis comprehensis & respirantibus* Lipsiæ anno 1717. 8°. Videtur theologicis esse argumenti.

J. Georg. DOLFUS *Cerasologia medica* Basileæ anno 1717. 4°.

De usu Onopondi in cancroſo ulcere *Comm. Lit. Noric.* anno 1742. n. 35.

EJUSDEM De olei Cajeputi utilitate in colica spasmodica *ib.* n. 38. eundem nempe utrumque auctorem pono, non satis certus.

Jor. Dan. DUVE & J. Justus CRUSII *De acceleranda per artem plantarum uetatione* Lipsiæ anno 1717. 4°. Sabulum in Asparagis reperiri; adeoque terram in plantas suscipi.

Stephano DANIELI *Raccolta di questioni intorno le cose di botanica e Noromia agitate tra Marc. MALPIGHI e G. Gerolamo SBARAGLIA — ed accennamenti da Stephano DANIELI da uivirsi a quei degli autori del Giornale de letterati d'Italia, nel Tomo XXXI.* Bologna anno 1723. 8°. FALCONET. Magnus admirator SBARAGLI, & P. Anagones Bononiensis.

Michaelis AMATI *De Opobalsami specie ad sacrum charissima consociendum requisita* Neapoli anno 1722. 8°.

Blessi BIAGII hic mentionem facio, Monachi Vallis umbrosæ, cui MICHELIS Blasiam dicavit,

Fransois

François COREAL voyages depuis 1666. jusqu'à 1697. Amsterd. 1722. 12^o. 2.Vol.*. Iter in Americam Hispanicam, etiam interiore, a R. *Plata* in Peruviam, & per montana prov. Popayan Panamam. Passim describit plantas celebriores, ut Chinam in Florida Provincia & Saffafras. Yuccam Infularum Antillarum parum salubrem esse, mitem vero nasci S. Marthæ. Modus præparandi Balsami, inter eos Guarimé. Arbores Brasiliæ, Popayani. Aloës pitte compoda, absque plantæ nomine.

La *BARBINAIS LE GENTIL Voyage autour du Monde* Paris anno 1725. 12^o. 3.Vol. Amsterdanno 1728. 12^o. 2.Vol. 1731. 8^o. Chinenfium plantas nobiles describit, fructum Litfchi, Sacchari arundinem, Theam, Rheum, quo etiam ad flavum colorem imprimendum utuntur, Mangle &c. Vir acuti ingenii.

Ubalduin LANDI in Supplem. I. ad Giorn de Letter anni 1722. egit de frumento noxio & verminolo, & in T. III. anno 1726. de Fungis, quorum aliquas varietates recenset.

§. MCLI. *Gottlob Schober.*

In *Actis Eruditorum* anni 1723. Mense *Octobr.* exstat *Gottlob SCHOBERS* Epitome Diss. de seminibus loliacæ & secalinis nigris corruptis, cum farina commixtis, & alimenti modo adjunctis, varios morbos producentibus. In Russia convulsiones & paralyfes, ex ea causa, epidemice fuerunt.

In Septimo Tomo *MULLERIANÆ* collectionis ad Historiam Russiæ pertinentis continetur compendium memorabilem Russico Moscoviticorum, quod *SCHOBERS*, qui in Russia diu vixit, moriens reliquerat. Existat in eo *Flora Wolgensis*, in qua Rhabarbarum Monachorum, & aliæ etiam calidarum regionum plantæ sunt, etiam novæ, & inter eas nova genera Astracania, Lappatum pulchrum: Circa Terki, & Turcoe, etiam plantæ meridionales nascuntur.

§. MCLII. *Jacob Savary.*

Dictionnaire universel du Commerce & des Arts & métiers Paris anno 1723. fol. 2.Vol. & Supplem. anno 1730. fol. Amsterdanno 1726. 4^o. 3.Vol. Recufum Genevæ anno 1742. fol. 4.Vol.*. cum Supplemento anno 1751. fol. & una cum Supplemento Copenhague anno 1765. fol. 5.Vol. Immenfium opus, primum auctorem habuit *Jacobum SAVARY* des BRUSLONS, editorem fratrem *Philemonem Ludovicum SAVARY*, Canonicum. Materia tinctoriæ artis & medicæ potissimum etiam hoc opus ingreditur, equidem passim collecta, cum auctor alios sequeretur labores, & nimis uteretur *LEMERY* & *POMETO*. Multa bona *Laurentium GARCIN* addidit. Ita videas de Macere circa Bimilipatnam nascente cortice vix noto hic agi, ad dysenteriam specifico. In Supplemento adduntur descriptiones & characteres pleniores &c. *A. Malachia* (Bibl. Bot. T. II.)

A a

POST-

POSTLETHWAITH Anglice conversum cum plurimis auctariis prodiit Londini anno 1753. fol. Titulum fecit, *The universal Dictionary of trade and Commerce*.

Compendium etiam prodiit cum titulo *Dictionnaire portatif du Commerce &c.* Copenhagen anno 1761. 3. Vol. 8°.

§. MCLIII. *Petrum Antonium Micheli.*

Petrus Antonius MICHELI, hortulanus, illiteratus & pauper (k), sed plantarum spontanearum studiosissimus, inque iis per universam Italiam, Salzburgum usque venandis, solertissimus & felicissimus, magnus Fungorum, Muscorum, Lichenum, Graminum, & varietatum indagator. Primum ejus opus est, *Relazione dell'erba detta da Botanici Orobanche* Firenze anno 1723. 8°.*. Cum hæc herba adeo in Hetruria invaluisse, ut agri cultoribus, insigniter noceret, quaesitum est, ut posset invisa planta extirpari. Jubet MICHELI, ubicunque semen noxiæ herbulæ elapsum esset, terram concutere ad radices & polire: deinde mense Aprilis fabas aliaque legumina evellere, quarum ex tuberculis dignoscatur, Orobanchem germinaturam: quod ipsum etiam malignum fabæ incrementum indicat. Posse intra horam unum hominem 190. plantas evellere, quarum quæque 200000. semina maturaret. Neque consilio successum defuisse. Recusum est opusculum Florentiæ anno 1752. 8°. cum *Ubaldi MONTELATI Raggionamenti*.

EJUSDEM *Nova plantarum genera juxta TOURNEFORTII methodum disposita, quibus 1400. nondum observata, quingenta sui sedibus restituta &c.* Florent. anno 1729. fol. min.*. cum 108. tabulis. Nobile & memorabile opus. Eo primum passim nova genera continentur, aut certe quæ auctor noviter constituerat; Anagallidistrum, Anguria, Anthemis, Bellidistrum, Bellis-Leucanthemum, Buccaferrea, Calamus, Chamæmelum, Drypis, Eugenia, Franca, Fraxinus, Glaucoides, Jasminoides, Laurentia, Ledum, Leodontoides, Linokarpum, Monorchis, Montia, Orchialtrum, Ornus, Otrya, Papiæ, Parthenium, Pinastr, Pseudorchis, Pseudoruta, Santolinoïdes, Scorodoprasum, Tilia, Tozzia, Trifoliastrum, Valantia, Valisneria, Valisneroides, Zanicellia, quarum characteres exhibet, & numerosas in nonnullis varietates. Deinde Graminum classem constituit, multa ejus classis genera definiit, Carices numerosissimas recensuit, semina depinxit. Muscorum, sed absque generibus, uberrimum catalogum dedit. Marchantias tamen, & Jungermannias, Marsileas, & adnes, in genera & species disposuit. Lichenes in ordines redegit, eorum incredibilem copiam recensuit. Denique Fungos integrè constituit, hæcenus fere neglectos, genera multa noviter definiit, specierum inmensum numerum, & plurimorum icones dedit (l). Etsi adeo in numero 1400. novarum plusculæ prius, dictæ, & varietates non paucæ continentur, etiam

(k) COCCINI *Opusc. Scientif.* Vol. 19.

(l) *Accurate de Fungis egilæ GLEDITSCH Fung. p. 4.*

etsi etiam MICHELIUS nonnunquam minutias rerum viderit, quas post eum nemo reperit, ut Fungorum antheras, plurima tamen hic nova sunt & propria. Calamum COCCHIUS emendavit, aliquas figuras ALGHISIUS delineavit.

Tomus *secundus*, quo plantæ marinæ, & itinera botanica contineri debent, a TARGIONIO promissus (m), nunquam prodit.

Sed IDEM vir Cl. edidit *catalogus plantarum horti Florentini, opus posthumum* Florentiæ anno 1748. fol.*. Præfuerat huic horto MICHELIUS, & anno 1736. catalogum scripserat, parum plenum, si cum divitiis horti compares. Ordo alphabeticus, genera TOURNEFORTIANA, & nova aliqua Rhaponticolaltrum, Petasidaltrum, Hedyppoidastrum, Pentagonokarpus, Alfinanthemum. Multam indulgentiam est varietatibus: icones aliquæ additæ. Quæ TARGIONIUS adjecit, & quæ multa sunt, ea suo loco laudabimus.

Inter itinera ejusdem ILL. TARGIONII exstant in *Tomo VI.* tria itinera MICHELI, primum anni 1733. in agrum Senensem: alterum anni 1734. in montes Pistoriensis: tertium anni 1728. per montes Volaterranos & vallem *d'Elfa*. In iis itineribus, præter alia naturæ opera, plurimæ etiam plantæ raræ, aut longis nominibus sere describuntur, aut TOURNEFORTIANIS, magnam certe Floræ Italiæ incrementum.

Elogium P. Ant. MICHELI ab Antonio COCCHI scriptum, Florentiæ anno 1737. 4.º prodit FALCONET, & in *Opusc. scientif. è filol.* t. 19. Habet etiam aliqua ad ejus vitam pertinentia Scipio MAFFEI in *Diarii sui*, quod Veronæ prodit, Tomo III.

§. MCLIV. Michael Angelus Tili.

Michaelis Angeli TILLI Catalogus plantarum horti Pisani Florentiæ anno 1723. fol.*. Simplicium lector fuit, & horti cultus, & Byzantii medicinam fecerat, anno 1685. eo missus, ut generum Sultani Wazir Mustapha sanaret, bene Turcis exceptus. Eum Melitæ eo anno vidit CARLI. Asiæ (n) etiam & Africam (o), ad plantas legendas adierat. Plantæ numerosæ, nominibus TOURNEFORTIANIS, cum multis varietatibus, quas a C. BAUHINO TOURNEFORTIUS receperat, TILLIUS repetit. Passim autem rariores describit & depingit. Multa etiam hic MICHELI sunt merita, plantæ rariores, aut novæ, in Italia detectæ, Gramina potissimum, vere nova, quorum multa in SCHEUCZERI horto sicco videtis. Aliqua de Xylaloe.

§. MCLV. Angli.

In *Philosophicis Transactionibus* n. 376. incipit catalogus-plantarum 2000.

A a 2
quas

(m) *Comm. Lit. Nor.* anno 1719. hebd. I.

(n) TARGIONI *Chorograph. Toscan.*

(o) In ipso opere suo & *K&P oper. T. V. p. 123.*

quas ex legato viri ILL. *Hans SLOANE* pharmacopœorum Londinensium Societas debet repræsentare, quo nunc officio eadem se liberavit. Sola nomina.

Pharmacopœa Collegii regii med. Londinensis London 1724. 8°.

NOTTS Cooks and confectioners' dictionary London anno 1723. 8°. OSB. alii 1724.

Georgii KNOWLES Materia medica botanica Londin, anno 1723. fol. Poëma, quo quadringentæ plantæ describuntur.

§. MCLVI. *Jacob Douglas.*

Hoc anno *Jacobus DOUGLAS*, magnus incisor, vir modestissimus, noster olim amicus, Croci fativi figuram & characterem dedit. Tubæ tres unciales ferratæ.

In n. 410. albam, fulvam, nigram & cinream Ipecacoanham distinxit, & cineream reliquis prætulit.

EJUSDEM *Lilium Sarniense, or a description of the Guernsey Lilly — and a botanical dissection of the Coffeaberry* London anno 1725. fol. Historica & botanica diss., quæ ad Lilionarcissum Japonicum pertinet, cujus bulbi aliqui in infulam Guernsey ejecti, ibi speciem suam multiplicaverunt. Icon denique & cultus; omnia, ut solebat vir ILL. accuratissime. Baccam Coffeæ bilocularem, duos continentem nucleos pariter fufe describit.

EJUSDEM *Arbor Temensis fructum Case ferens, or a description and history of the Coffystree* Lond. anno 1727. fol.*. Accurata plantæ descriptio.

A Supplement to the description of the Coffetree Lond. anno 1727. fol.*. Potissimum historiam potus Coffeæ, ut paulatim invaluerit, & Commercii Coffeæ.

EIDEM tribuitur *Index materia medica* Lond. anno 1724. 8°.

§. MCLVII. *Breslauer Sammlungen.*

In *Bresl. Sammlungen* anni 1723. Mensis *Januar.* & *Junio* agitur de morbis ex Secali coniculato.

Mensis *Junio* & *Julio* aliqua de Cereis Peruviano florente, & Coffea: sed istiusmodi brevioris paragrafos omittimus.

Mensis *Augusto* de Lilio spicato multifloro, & de Citro prægnante.

De utilitate infusi Abietis albæ aduersus calculum.

Mensis *Septembri* Rosæ salignæ, Rosæ proliferæ. De Coffea, Ananasa &c.

Mensis

Menſe *Novembri* De Spongiæ uſu viribus adverſus ſtrumas, & de utilitate olei Cajeput.

§. MCLVIII. *Alia varia Literaria.*

Kilianus STOBÆUS in *Aſ. Literar. Suec.* anni 1723. dedit iconem & hiftoriam *Hesperidis falciatæ*.

Laurentius BRODIN & *ELFWING* De *Trifoliod. aquatico* Abo anno 1723. (vel 1724.) 8°. A. L. SUEC.

In Tomo III. *Hift. de l'Acad. Roy. des Inſcriptions & belles Lettres* exiſtat diſſertatio Cl. MAHUDEL de plantis Ægyptiacis in nummis expreſſis, *Nymphæa flore* albo ſeu *Loto*, *Nymphæa flore roſeo* ſeu *Faba Ægyptia*, *Colocasia*, *Mufa*, *Perſea*.

In *Mémoires* ejuſdem anni, de *Hesperidibus* agitur a Cl. MASSIEU.

In Tomo II. ſeu *Continuatione prima Miscellaneorum Academiae Berolinenſis* pluſcula ſunt botanici argumenti, tamen ut ad Chemiam una reſpiciatur. Huc ergo N. SPIES de ſalibus eſſentialibus plantarum amararum, ex inſuſione cum ſpiritu vini acerrimo naſcentium, inque cryſtallos coaleſcentium.

J. H. B. Eſſe in polline ſtamineo, ut in oleo Lini, phlogiſton, quod cum terra metallica in verum ferrum abeat.

J. *Leonbardus* FRISCH Inſectorum & veteris linguæ ſtudioſiſſimus; de cortice toto ablato & renacente, absque arboris noxa.

§. MCLIX. *Caspar Neumann.*

Caspari NEUMANN, Pharmacopolæ, chemiæ periti & peregrinatoris, multa in rem herbariam merita ſunt. Hiç in *Misc. Berol. Contin. I.* prima adparet ejus de *Camphora* commentatio, poſtea auctius reſuſa, Germanice Berolini anno 1727. 4°.*, in qua deſcribit veras in oleo ſtillatitio *Thymi* ſubnatas cryſtallos, quæ *Camphoræ* accenſeri debeant. Redit in *Philosophicæ Tranſactionibus* n. 431.

EJUſDEM *Lectiones publicæ de Opio*, & *Caryophyllis aromaticis* Berlin anno 1730. 4°.*. Germanice De variis modis, quibus *Opium* paretur, per incisionem, ſucci expreſſi decoctionem & inſpirationem, reſidui, poſt optimum *Opium* eductum, coctione. *Opii* elementa reſinoſa & gummoſa commiſta eſſe, neque poſſe ſeparari. Totum *Opium* vim narcoticam poſſidere, vaporem etiam potentiorẽ eſſe. Ut debilitetur, ablato pingui, quod in decocta cum *Opio* aqua ſuperatet, reliquo colato, & fermentationi permiſſo. Inde *Caryophyllorum* arbor; & hiftoria naturalis. Analyſis: partes oleoſæ a reſinoſis diſtinguæ, in quarum utriſque plantæ vires latent. De mangoniis in parando oleo *Caryophyllorum* adhibitis. Vitiatum acrius eſſe. Hæc, & omnia auctoris ſcripta legi merentur.

A a 3

EJUſDEM

EJUSDEM *Lectiones publicæ, von vier Subjectis diætetici Thee, Caffee, Bier und Wein* Berolin. anno 1735. 4.*. Theæ historia naturalis. Boheam ex Thea viridi arte parari posse, & ab auctore paratam fuisse, non ergo peculiarem plantam esse. Aquam virium plus de Thea educere, virorem etiam partesque magis adstringentes in resinosa parte residere. Plurimum inesse terræ, olei odori aliquid. De succedaneis, commodis & vitis Theæ. De Thea Apalachina Parisiensium.

In Coffea plurimum terræ esse, oleum essentialia nullum, resinosarum partium minus, quam gummearum. Gratissimas esse partes gummofas, extractum resinofum ingratum. Destillando, alia omnia reperit, quam reliqui scriptores, multum, & ad $\frac{11}{32}$. olei fetidi, salis volatilis vix quidquam.

De cerevisia, nova pene omnia. Historia integra præparationis, fermentatio: analysi cerevisiæ, variis locis paratæ, & tabulæ portionis, quæ in singula fuerit spiritus inflammabilis, resinosi & mucilaginosi, acidi.

Similia in vinis molitus est. Spiritum vini plurimum reperit in malvatico, deinde in Neocastrensi, resinosi & oleosi viscidum plurimum in Tinto, multum in Neocastrensi, guminosi plurimum in Hispanico, aquæ plurimum in vinis Marchicis. Omnibus tamen præfert vinum Tockajense. Porro vitis & fermentationis vinosæ totam historiam tradit, & vinorum multorum varietatem.

Inde a morte auctoris *J. Christiani ZIMMERMANN* Berolini anno 1740. 4.*. edidit C. NEUMANNI *Prælectiones chymicæ*, vastum opus, passim mendosum (p).

Deinde *Christophorus Henricus KESSEL*, nepos auctoris, nitidam editionem operum omnium NEUMANNI edidit Zullichow. 4.*. multis voluminibus, ab anno 1749. ad annum 1755. excusis. Ea quidem admisit potissimum in principio hypothesis HAMBERGERIANIS, & BOERHAAVII de elementis adjecta doctrina, dilatavit, non sine admisit vitis. In Tomo I. P. I. aliqua communia ad pharmaceuticas operationes, & vita auctoris.

P. II. De productionibus variis pharmaceuticis, etiam plantarum, ut aquis, oleis, balsamis, extractis. Aquas plantarum inodorarum inutiles esse recte monet. Acorem in spiritu vini latentem tuetur. In terebinthina *Brigantina* errat, quæ ex Larice provenit, non ex Terebintho.

In P. III. *Palingewesiam* rejicit, cæterum de salibus agit.

Tomus II. anno 1751. & 1752. editus materiam medicam continet, quæ ad plantas spectat, omnino bonum opus, & omnibus fere præstantius, quæ de ea re possidemus, etsi utique non plenum est. Omnes tamen, de quibus agit, plantas ipse examini chymico subjecit, & extracta spirituosa, gummosaque prima & secunda ad pondus expendit, nam vulgarem analysin contulerit. Multa egregie monet, de Agarico, potius venenato. De sede olei in variis semi-

(p) *Tæw. Comm. Lit. Nor.* anno 1740. hæc, 21.

semnibus : ita in Aniso oleum expressum in farina, essenziale in cortice latet. Aquilegæ tincturam & ejusmodi inutilia medicamenta fere deridet. Bryoniam pro Mechoacanna venditam nocuisse. Gummi Anime ex resina & oleo stillatio māngonio fingi. Cæterum innumera ejusmodi omittere necesse est, & totum opus lecturis commendare. Dietetica opuscula hic redeunt. Reliqua pertinent ad animalia & mineralia.

In Continuatione III. *Miscellaneorum Berolinensium* anno 1733. agit de depuratione olei Copau.

§. MCLX. *Matthias Bel.*

Matthias BEL, vir eruditus, ediderat *Prodromum Hungariae antiquae* Noriberg. anno 1723. fol. successit *notitia Hungariae historicographica*, cujus I. Tomus Vindobonæ anno 1735. fol. alter anno 1736. T. III. anno 1738. T. IV. anno 1742. prodit. Ad historiam naturalem pauca aliqua confert, ut de plantis Comitatus Liptoviensis, qui alpinus est, Pinastro, Rhabarbaro monachorum, Dauco Cretico, Doronico &c. in T. II. Sed maxima pars operis intercedit, & minima cura Cl. viri fuit de naturali historia.

§. MCLXI. *Franciscum Valentyn.*

Francisci VALENTYN, qui V. D. M. in Banda & Amboina fuit, & duobus itineribus Indiam Orientalem adiit *Oud en nieuw Ofsindien — naauwkeurige verhandelingen van Nederlands Mogentheyd in die gewesten Amsterdam*. 5. Vol. fol.*. Splendidum opus 1050. tabulis æneis ornatum; aliqua tamen parte ad nos spectat. In Tomo I. anno 1724. excuso agitur de insulis Moluccis.

T. II. De Amboina, Ceram & præfectura Amboinensi, ubi auctor diu vixit. Aliqua hic botanica, Oleum Cajeput parari, non ex Cardamomis, sed ex foliis arboris in Amboinensibus insulis nascentis, Salicem referentis. Arbor longevissima Canaryboom.

Sed Tom. III. anni 1726. editi magna pars botanici argumenti. Adjutus est a *VANDER STELLIS*. Plantas Amboinenses, plerumque arboreas, multas describit, depingit 125. Historia fere ad *RUMPHII* modum, œconomicam & medicam arborum utilitatem, faciemque externam tradit, multasque varietates. Hic arborem Cajaputu videas describi, non unius speciei, ex cujus minori aliqua specie, Cardamomum redolente, oleum Cajaput paratur. Hic arborem Saguiferam descriptam reperias, Caryophyllum &c.

Eodem Tomo de Banda agitur, & Nucis Moschatæ historia œconomica datur.

In

In Tomo IV. quo Caput bonæ spei describitur, anno 1726. fol. excuso horti etiam Societatis dominæ historiam reperias, & catalogum herbarum siccarum *Henrici Bernardi OLDENLAND*; De *Mauritii* insula, etiam aliqua de Coffea habet. Tum de plantis Ceylonicæ & Cinnamomo, deque mirâ fertilitate Capitis bonæ spei.

§. MCLXII. *Germani Varii.*

Caspari GEMEINHART Catalogum plantarum circa Laubam nascentium Budissæ anno 1724. 8°. Catalogus *RIVINIANA* methodo dispositus foliorum nominum, plantarum paucarum, & fere vulgariorum. Neque *Aconitum* unifolium in Lusatia putem crescere.

N. K. P. S. Der edle Scharbocks- oder Fieberklee Gorkiz anno 1724. 8°. alii 1723. 8°. Ad scorbutum potissimum valere. Utile esse decoctum, tum extractum, ipsum pulverem. Historias morborum recenset, in quibus profuit, si credis, fere ad omnes morbos.

Ernest. Theophil. FRIESE De salubri usu alimentorum e regno vegetabili quem animali Regiomont. 1724. 4°.

Beati Francisci LANGII Catalogum plantarum circa Lucernam colleBarum, cum descriptione itineris Montis Pilati, citat *Lucernæ* editum *Cl. SEGUIER*: & passim *Diaria* citant, sed certo didici, non prodidisse.

Das wesenße und wohl eingerichtete Kochbuch Frankfurt 1724. 4°.

Het Hollands Kookboek Leiden 1724. 4°.

Christophori Conradi SICELII De Belladonna Jen. anno 1724. 8°. De symptomatibus ex usu radicum per errorem in *Cichorio* mixtarum.

§. MCLXIII. *Galli aliqui.*

Andr. CRESSE, R. Ludov. DUVRAC Ergo Parisiensis agri vina tenuia Burgundo & Campano salubriora Paris anno 1724. 4°.

In *Mém. de l'Acad.* anno 1724. *Jacobus TRANT* *Cardiospermi* genus constituit, quod ad *Calendulam* pertinet.

Nouvelle instruction pour les confitures les liqueurs & les fruits Paris anno 1724. 8°. OsB.

§. MCLXIV.

§. MCLXIV. *Angli aliqui.*

The natural history of Chocolate London anno 1724. 8°. HARL.

Index materia medica, or a catalogue of simple medicines used in physik and surgery and two tables of simple medicines London anno 1724. 4°. HAENEL. Idem quod DEUGLIASSIO tribuitur.

Georgius CHEYNE practicum botanices partem & dieteticam passim adigit, ut in *Essay on health and long life* London anno 1724. 8°. Gallice *L'art de conserver la santé & de prolonger la vie* Paris anno 1725. 12°. 1764. 12°. (cum adjecto dictionario alimentorum). Bruxelles anno 1727. 8°. Egit de rerum non naturalium virtutibus medicis.

In *Philosophicis Transactionibus* n. 383. legitur secunda Pentacoste planta rariorum Chelleyani horti. Sic porro.

Thomæ FAIRCHILD, hortulani, experimenta de motu succi in plantis n. 384. Hieme etiam in iis plantis succum ascendere, quæ folia amittunt, siquidem & Laureola in Mezereon inserta hieme floret & folia retinet, & vicissim Quercus sempervirens in vulgarem inita folia dejicit. In Viburno radices in ramos abierunt, rami in radices &c.

§. MCLXV. *Breslauer Sammlungen.*

In *Breslauer Sammlungen* 1724. Mense *Januario*, De Camphorifera arbore, enge Lipticæ florente.

Mense *Februario* De telis Dresdensibus ex urtica textis.

Mense *Aprili* De Narcisso fasciato & multifloro.

Et De faba Coffeæ Lipticæ maturata.

Aliqua De motu circulari succi nutritii.

Mense *Majo* De Perficæ foliis loco Theæ adhibitis: de Mahogani l. & saponis rosato.

Mense *Julio* Icon Tulipiferæ — Ribis racemis confertissimis.

Mense *Augusto* De Leucoji multifloro caulice. De Rosa prolifera, Nymphææ flore semipieno &c.

Mense *Septembri* De Fabaria in libero aëre radices agente &c.

Mense *Octobri* De Tuberibus &c.

Mense *Novembri* De pernicioso effectu Hellebori albi, indeque moto valdissimo vomitu.

(*Bibl. Bot. T. II.*)

B b

§. MCLXVI.

§. MCLXVI. *Iterum Angli* &c.

Guilielmi CHAMBERS *De Ribes Arabum* & ligno Rhodio Leid. anno 1724. 4.*. A Monachis Montis Libani quotannis confectionem Ribis pro Satrapis Turcis præparari. Verum esse Laphathum ex auctoritate *Guilielmi* SYERARD, in cuius fratris *Jacobi* etiam horto Elthamensi sculptum exstat. Lignum Rhodium chemicis experimentis subiecit, aquam odoratissimam, extractum paulum (stypticum: post fermentationem vero aquam validiorem & oleum uberius obtinuit. Aqua spirituosâ iners est.

The manner of raising ordering and improving forest trees with directions how to plant, make and keep woods, avenues, lawns, hedges London anno 1724. fig. 8*. BARE.

Dan. JUSLEN & Henr. HELSING *De ficu arefalta* Abo anno 1724.

§. MCLXVII. *J. Christophorum Lischwitz.*

J. Christophorum LISCHWITZ, Professor Lipsiensis & Wittbergenfis, aliquot opuscula botanici argumenti edidit, & primum *Orationem inauguralem de veterum in re herbaria diligentia*, & ad nostrum usque ævum botanices incremento Lipsiæ anno 1724. 4.*. Brevis est catalogus scriptorum celebriorum de re botanica.

EJUSDEM *De Virgâ aureâ* Lipsiæ anno 1731. 4.*. Fufus libellus, etiam de universis plantis radiatis adfinibus.

EJUSDEM *De plantis anthelminticis habitu externo* & toto genere botanico *diversis* Kiel. anno 1742. 4.*. Magnus libellus, quo plurimæ plantæ ad RIVINI ordinem recensentur, & describuntur, quæ utcumque adversus vermes a quoquam laudate fuissent, etiam Chrysolplenium, Hyssopus, Palma, Alliaria, alix.

EJUSDEM *De plantis diaphoreticis* & sudoriferis *chavâdere botanico diversis* &c. Kiel. anno 1734. 4*. HEFTER.

EJUSDEM *De plantis dolorosam D. JESU passionem depingentibus*, & de plantis resurrectionem Christi & nostram a mortuis referentibus Kiel. 1739. 4*.

J. Franc. RAUCH *De aère* & esculentâ Wien 1724. 4*.

EJUSDEM *De potentillâ* ibid. 1724. 4*.

§. MCLXVIII. *Petrus Deschizeaux.*

Pierre DESCHIZEAUX *Mémoires pour l'histoire naturelle des plantes de Russie*, & pour l'établissement d'un Jardin de botanique à St. Petersbourg. Petersb. anno 1725. 8*. BUKETTE. 1728. PLATN.

EJUSDEM *Description d'un voyage fait à St. Petersbourg par l'Dechisenæx.* Petersb. eodem anno Paris 1728. 8*. PLATN.

§. MCLXIX.

§. MCLXIX. *Matthæus Hiller.*

Matthæi HILLER, theologi Württembergensis, *Hierophyicon, seu Commentarius in loca Sacræ Scripturæ, quæ plantarum mentionem faciunt* Ultraject. anno 1725. 4.*. eodem anno, quo auctor obiit, editum a *Salomone PEISTER*. Iustum volumen, pertinet ad philologiam Orientalem. Alius auctori quam *CESIO* scopus fuit, omnium enim collegit, quæ de planta aliqua consignata reperit, usus ipsa potissimum Sacra Scriptura, deinde hebraicis literis, tamen & Arabicis. Plantas ipsas non habuit cognitâs: non enim *Tiliam* marem propria specie *Tiliæ* habuisset. Dat catalogum plantarum in *Palæstina* nascentium collectitium.

§. MCLXX. *Germani Varii.*

Pharmacopœja Argentoratensis Argentinæ 1725. fol.

J. Jacobi FICK, aut respondentis *Nicolai BOERNER*, disputatio de *Rovæ marino* Jenæ anno 1725. 4.*.

EJUSDEM De aceto Jen. 1726. 4*.

Gottlieb BUDEUS Catalogus *materiæ medicæ* & medicamentorum simplicium & compositorum in officina pharmaceutica *Budissæ* præstantium L. I. Germ. Budiss. 1725. 8*. PLATN.

Der sorgfältige Hauswirthschafts-Verwalter Leipzig 1725. 4*.

J. Jacob BRÆUNERS *Deutsches Kräuterbuch* Frankfurt 1725. 8*.

VERESTOI De *Palma ardente* Franckæ anno 1725. 4*. SEGUIER.

§. MCLXXI. *Breslauer Sammlungen.*

In *Breslauer Sammlungen* anni 1725. Mensis *Januario*, De *Saccharo*, ex aliis præter *arundinem succis cocto*.

Mensis *Martio* De *femine Asparagi* in *melone reperto*, & de *Fungulis* in *Brafica putrescente*, pro *feminibus habitis* (q).

Mensis *Majo* *fraudulentum miraculum florum Bellidis* in *Ceraso natorum*.

Mensis *Julio* iterum de *Arniciæ* vi aduersus *hæmoptysin*, & ad *sanguinem coactum dilipandum* &c.

Mensis *Augusto* De *pane Westphalico nigro* — de *Phallo*.

Mensis *Novembri* De *Betula Curonica*, ejus *succo*, quem *fermentatum bibunt*.

De *Chara*.

De *Momordicæ oleo ad hernias*.

B b 2

§. MCLXXII.

(q) De his etiam anno 1720. Mensis *Mart.*

§. MCLXXII. *Galli.*

ALEXANDER chirurgus in *Hist. & Mém. de l'Acad. des Sciences* anno 1725. hæcenus descripsit arborem cesiferam Americanam (Gale).

Et possis huc trahere *Antonii FIZES* historiam fabricationis cremoris Tartari, qualis prope Monspelium frequens exercetur.

Jos. Amand. COLLOT au ut in *America sic in hac regione Apalachines potum salubrum* Parisi. 1725. 4°. PLATN.

Lud. Claud. BOURDELIN *An opium hysterici* Parisi. 1725. 4°.

EJUSDEM *An Pulmonum etiam in morbis suis sit Kinakina locus* 1744. 4°.

De la FERRIERE *Le Ménage universel de la ville & des champs, & le Jardinier au goût du tems*, Bruxelles anno 1725. 8°. 1733. 8°. FALCONET.

Charles BAGARD *Discours sur l'histoire de la thériaque* Nancy 1725.

Instruction pour les confitures les liqueurs & les fruits Paris 1725. 8°.

§. MCLXXIII. *Angli.*

In *Philosophicis Transaſionibus* anni 1725. n. 388. Iterum 50. plantæ Chel-sejanæ ad legatum *Hansii SLOANE*.

N. 390. *Johanni BROWN* De Camphora. Non esse veram Camphoram, quam NEUMANN ex Thymo paret.

James SEDGWIK *A new treatise or liquors wherein the use and abuse of wine, malt-drink-water &c.* London 1725. 8°. PLATNER.

Jacobi HOUGHTON *Observations geographical natural and historical, on the coast of Guinea* London anno 1725. 8°. Medicus cum fuerit, rem tamen naturalem & herbariam neglexit, ut nihil hic reperias, præter aliqua de arboribus & plantis, in re œconomica utilitatem habentibus.

§. MCLXXIV. *J. Christian Kundmann.*

J. Christiani KUNDMANN *Prontuarium rerum naturalium & artificialium Uratulariense* Breslau anno 1726. 4°. Redit in opere rariora natura & artis, oder *Seltenheiten der Natur und Kunst des Kundmannischen Naturalien-Cabinetts &c.* Breslau anno 1731. fol.*. In Parte II. pleraque ad plantas pertinent. De horto suo siccò, Graminibus exoticis 120. a PETIVERIO aucto &c. De plantis marinis. De fructibus gravidis, de serico vegetabili ex Apocyno de plantis, quæ panis defectum supplere possint, imprimis Papis (Battatas vocat). De Botrydis Ambrosioidis plantatione, Theræ succedaneæ. De Lilio fasciato multicoloro. De Cardamindi usu, loco Capparium. De Corona ex Caryo-

Caryophyllis texta. De Cerevisia avernaea Uratislavienfi. Post P. III. de cibis infolitis & desiderijs. Multa collecticia.

De nucibus Juglandibus racemosis *Act. Nat. Cur.* Vol. V. obf. 104.

EJUSDEM *Sammlung von Natur- und künstlichen Sachen, deutsch und latein* Breslau anno 1753. 8°.

§. MCLXXV. *Johannus Martyn.*

Johannus MARTYN Tabule synoptica ad methodum RAJANAM Londin. anno 1726. fol. brevissimæ.

EJUSDEM *Methodus plantarum circa Cantabrigiam nascentium* Londin. anno 1727. 12°. Ad methodum RAJI dispositæ sunt, cum generum characteribus.

EJUSDEM *Historie plantarum rariorum Decades V.* Londin. 1728. fol. max. & recuse cum Germanica versione, cura J. Danielis MEYER pictoris Noriberg. anno 1752. fol. max. *. Pleræque exoticæ, vivis coloribus insignes, inter eas novæ varix, & Martynia, Gronovia, Maranta, Turnera, plusculæ Granadille.

EJUSDEM *Firß leſure of a course of botany* Londin. anno 1729. 8°. Definitiones & icones partium plantarum, hæc ex TOURNEFORTIO.

EJUSDEM *Iter Derbyense, cum catalogo plantarum rariorum.* *Philosoph. Transact.* n. 407.

QUE ad VIRGILIUM contulerit botanica, tetigimus. — Primum *Georgicorum* L. IV. ut videtur anno 1741. excudit Londini 4°. deinde 1746. 8°. * multis codicibus collatis. Pertinet huc potissimum agri cultus in L. I. fed arborum vitisque etiam magis in L. II. Ad eos libros Vir Cl. eruditos Commentarios edidit, undique ex antiquis collectos, eo fine, ut plantæ veræ veterum nobis innotescant. Aliquarum etiam icones dat. In L. IV. De Cerinthæ, Apialtro, & Melissâ quærit. Pro Hyacintho Martagon habet, pro Amello Alterem Atticum.

Bucolicorum splendida est editio Londin. anno 1745. 4°. magn. *. Quæcunque occurrunt plantæ Virgilianæ, eas quærit noster constituere, multus in Ligustro &c.

In *Philosophicis Transactionibus* n. 475. descripsit Erinaceum ramosum.

§. MCLXXVI. P. B. Clarici. C. Trinci.

Paolo Bartolomeo CLARICI Istoria e cultura della piante piu rigiardevoli pel fiore Venet. anno 1726. 4°. *. Sacerdotis opus, posthumum, qui multum delectaretur Hesperidibus, & delineanda topographia. TOURNEFORTIUM sequitur, & ornamentis mythologicis abundat. Plantas peculiaries vix habet, præter numerosos flores plenos. Cultum docet.

Cosmo TRINCI L'Agricoltore sperimentato che insegna la maniera piu sicura di comoscere, piantare, allevare e contare sino, dalli piu teneri alla loro perfezione alcune piante piu necessarie al vitto umano Lucca anno 1726. 8.* & auct. anno 1731. 8.* SEGUIER. Lucca 1759. quæ non prima est editio, ut passim lego. Venet. 1763. 8.* cum tractatu de bombycibus. Patritius Pittorientis rure vixit, & absque eruditione artificia tradit, quibus agricolæ in fructibus agri sui augendis utuntur. Primaria cura est vitium. Plures vult species coli, neque tamen mistas. Cultum earum, quæ de arboribus pendent, plurimum lucrî (r) dare. Inde Olivarum cultum fuscè tradit, & Ficuum, Pitorum, Hesperidum, artesque inferendi cum semente. Lupinos colit. Vetat montano semine in planitie uti. Laudes civium meritus est (s).

Antonii Caleffini COCCHI, Romani, oratio habita in aperitione horti botanici supra Janiculum Romæ anno 1726. 4..*

§. MCLXXXVII. *Hieronymus Fevoo.*

Hieronymi FEVOO Teatro critico universal Madrit Tom. I. anno 1726. T. II. 1728. T. VI. 1734. T. VIII. 1739. Gallice Paris anno 1742. fol. recusum, & Italice Romæ anno 1744. 4.* a M. A. FRANCONI verum. Etiam ad plantas se dimisit & gloriatu est, plurimorum numerum patriæ lux compendium fecisse, quod ostenderit, plantas in Hispania nasci, quæ aliunde arcescebantur. In Tomo II. historia naturalis est. In T. VI. miracula naturæ & agriculturæ. In T. VIII. de iis, quæ ex terra proveniunt. Laus agriculturæ Gallicæ versa prodiit Londin. 1760. 8.*

Addit operi suo *Illustracioni Apologetica* ad I. ed II. Tomo del Teatro critico Madrit 1751. 4.* 2.Vol.

Et *Cartas eruditas y curiosas por la continuation del teatro critico* ibid. 1751. 4.* 3.Vol. CHIV.

§. MCLXXXVIII. *Thomas Simson.*

Thomæ SIMSON diss. *De erroribus circa materiem medicam* prima est quatuor *de re medica disputatiounn*, quas edidit Edimburgi anno 1726. 8.*. Nihil mistam esse fabulis materiem medicam. Etiam HIPPOCRATEM & ARETEUM medic. mentis usos esse atque certa causa utendi: corruptionem a GALENO & Arabibus auctam. Neque experimentis infusoriis, aut admistis ad sanguinem fucis rem confici. Male medicamenta simplicia miserî animosè monet.

§. MCLXXXIX.

(r) Oppi.

(s) MONTELATI p. 15.

§. MCLXXXIX. *Angli aliqui.*

BENEDICTI PATRIS & FILII WHITMILL'S *Gardeners Universal Calendar* London 1726. 8°. OSB. 1747. 8°. ib. Opera menstrua in horto coronario, & oleraceo, & plantarum catalogus, quæ quoque mense primum florent; tum fructuum melioris notæ catalogus.

H. HOWARD'S *Englands newest way in all sorts of Cookery* London anno 1726. 8°. ZOCHA.

CHARLES BRIKWELL *Natural and political history of Portugal* London anno 1726. 8°.

§. MCLXXX. *David Wipacher.*

DAVID WIPACHER *Flora Lipsiensis bipartita* Lipsiæ anno 1726. 8°. Sola nomina RIVINI, cum loco natali & mense; inter ea nomina occurrit certo erronea varia, ut *Acanthus aculeatus*. Quid *Aster humilis bifolius*, trifolius. Cur *Hedera Chenopiridis* dicitur.

§. MCLXXXI. *J. Ernestum Hebenstreit.*

J. ERNESTI HEBENSTREIT, viri eruditi, *De continenda RIVINORUM industria, in erueno plantarum charactere* Lipsiæ anno 1726. 4°. Apologia est RIVINI adversus RAJI, SCHELHAMMERI, RUDBEKII, & DILLENII objectiones. Catalogum addit plantarum, quas RIV. post editum opus suis tabulis insculpuit, & hexapetalorum nuper editarum.

EJUSDEM *De sensu externo facultatum in plantis indice* Lipsiæ anno 1730. 4°. De efficacia plantarum amararum, acrium, aulterarum, naucofarum, acidarum, dulcium, salifarum, antiscorbucicarum, mucilaginosarum. Deinde de vi communi plantarum ejusdem classis botanice.

EJUSDEM *Definitiones plantarum* Lipsiæ anno 1731. 4°. Est methodus plantarum. Clases supremæ ex floribus regularitate & numero, inferiores ex feminibus.

EJUSDEM *De methodo plantarum ex fructu optima* Lipsiæ anno 1740. 4°. Fructuum florum præfert: dat schema ex feminibus nudis & loculis, ad numerum fere HERMANNIANUM.

IDEM vir eruditissimus Africam, jubente Rege Augusto II. adierat, ut historice naturalis thesaurus conquereret, sed nihil botanici de eo itinere edidit. Multa posthuma reliquit; ut *Theses botanicas*, multum in quibus rerum ad eam artem pertinentium aliquid.

Disp.

Disq. de summis plantarum generibus, & aliis quibusdam, quæ summis subfunt.

§. MCLXXXII. *Germani Varii.*

Pharmacopœa Amsterdamentis Amsterdam anno 1726. 12°.

J. Casimir HERT, Professoris Giessensis, De *Pimpinella saxifraga* Gießæ anno 1726. 4°.*. Radix sicca igne arenæ subjecto dedit de more spiritum ex acido & lixivo mistum, & salem volatilem. Inde de extracto &c.

Martin Gotthelf LOESCHER & auctor NICOLAI Balsamum de *Meccha* dixerunt Witteberg. anno 1726. 4°.*.

Pharmacopœa Ratiobonensis Regensburg 1726. fol.

Fränkische *Aßa eruditurum* . . . in diesem Creise vorgefallene Curosa und Merkwürdigkeiten in sich haltend Nuremberg ab anno 1726. ad annum 1732. 12. Sammlungen. HUTH.

J. Theodor KLEIN Fasciculus plantarum variorum & exoticarum 1726. 8°. HEISTER.

EJUSDEM *Tithymaloides frutescens Nerii folio?* Nec *Cacalia*, nec *Cacaliastrum* cum figuris Gedan. anno 1730. 4°. magn.*. Contra SCHREIBERUM, cujus descriptionem hujus plantæ dicimus. Eam noster recte depingit, & a *Cacalia* separat. KLEINIA ab ipso nomen gessit.

IDEM De arbore Listwinaitza ferream duritatem induente *Comm. Lit. Noric.* anno 1736. p. 81.

Die Eberhardische *Aloë* Frankfurt anno 1726. und *Volcamerische* Nürnberg anno 1726.

Das kleine *Württembergische Kochbuch* Nürnberg 1726. 4°.

LANGER'S *woblgeschliffener Wirthschaft-Spiegel* Nürnberg 1726. 12°.

§. MCLXXXIII. *Galli Varii.*

Jac. Ant. MILLET & J. Job. COSTAR *An Kina Kina hystericâ* Paris anno 1726. 4°. PLATN.

EJUSDEM *An legumina præ cæteris alimentis salubria* Paris anno 1735. 4°.

PARENIN S. I. De rhabarbari fede natali, & de planta, qua hieme invertem abeat *Hist. de l'Acad.* 1726.

Relation

Relation de differens voyages dans l'Afrique, l'Amérique & aux Indes Occidentales 1726. 12°. BURETTE.

In *Journal* de TREVOUX P. C. BRETON de Coffea agit, quam plantavit & educavit anno 1726. Mensis Mart.

§. MCLXXXIV. *Breslauer Sammlungen.*

In *Breslauer Sammlungen* anno 1726. varia botanici argumenti continentur.

Mensis *Januario* De Cereis & Coffea, qualia multa supprimo.

Mensis *Majo* De Aurantiis difformibus.

Mensis *Julio* & *Julio* multa de re horticis & arborum cultu. Anima rationalis, criticis malas partes amandans, hic admittitur.

Mensis *Julio* Descriptio Impatientis — De Hieracio myophoro.

Mensis *Augusto* De præstantia Secalis Livonici, tosti.

Mensis *Septembri* Iterum culmi multiplices, Rosæ salignæ.

§. MCLXXXV. C. Jacob. Trew.

Christophori Jacobi TREW, Viri ILL. curiosi in plantis rarioribus fuit industria, quarum plurimæ ejus beneficio innotuerunt. Primum opusculum fuit *Beschreibung der grossen Americanischen Aloë* Nürnberg anno 1727. 4°. oblong. Cum anno 1726. Aloë Americana floridum caulem produxisset, noster incrementum in dies adnotavit, cum meteorologicis tabulis contulit. Succum foliorum reperit acrem esse, alterius tamen ab Aloë officinarum ingenii, præter quem propria etiam in foliis resina est. Flores numeravit 8265. Succus in floribus dulcis, vomitum etiam movet, & alvum. Florem accurate descripsit, maturumque fructum.

Ab anno 1750. splendidum opus per decades edidit fol. max. *, ejus nunc septem decades plenas habemus. Sunt *planta selectæ, quarum imagines pinxit Georgius Dionysius EHRET*. Plantæ vivis coloribus ad naturam & florentes ad stirpes expressæ. Earum descriptionem, & collata aliorum auctorum merita TREWIVS addidit. Inter eas plantas aliæ celeberrimæ sunt, ut Cedrus, Ginseng, Papaya, Tulipifera, tres Magnoliæ cum charactere, Muscæ dux etiam cum toto charactere, Hura, Tacamahaca, Indigoferæ tres, Sassafras. Aliæ vix aliunde notæ, ut Bocconia, Meadia, Ehretia, Palmicola, Liliogadiolus, Mediana, Guelaha, Heliocarpus, Guanabanus. Nihil splendidius Flora possidet.

EJUSDEM *Cedrorum Libani historia & character botanicus, cum illo Laricis, Abietis, Pinisque comparatum* Noriberg. anno 1757. 4°.*. *Ers* vel *Ares* Arabum refert ad Cedrum, quo nomine in loco natali veniat. Craffissimo inter conites
(*Bibl. Bot. T. II.*) C c.

ras truncò esse. Cedrum & Pinum squamas habere solitarias, Laricem & Abietem binas, interiorem majorem. A Pino Cedrum univolucro universalis differre. Icones ad naturam ab EHRETIO delineatæ.

Anno etiani 1750. cepit edere florum hortensium, etiam plenorum, splendidas icones, titulo *Antiquissima florum imagines*, quas collegit Chr. Jac. TREW. *Decades* dedit VI. sive tabulas 66.

Porro Elisabethæ BLAKWELL Herbarium curavit in Anglicum & Germanicum sermone converti: totum etiam opus insigniter emendavit. Primum historiam operum botanicorum, tum antiquorum, tum nuperorum, ad nostra usque tempora ex plenissima sua bibliotheca addidit. Deinde nomina viresque accuratius recensuit: curavit etiam, ut tabulæ majori cum cura sculpterentur, utque plerumque character eorum emendaretur, & nonnunquam tota planta noviter ad naturam delinearetur. Varietates & alias species a BLAKWELLIO omiffas adjecit, & veram distinctarum specierum dignitatem sæpe defendit, plantæque, quoties mereret, historiam addidit. Posterioribus voluminibus primum C. G. LUDWIG (†), inde E. G. BOSE, & potissimum *Georgius Rudolphus* BOEHMER manum adhibuerunt, cum TREWIUM nimii labores eam de hoc opere retrahere cogèrent. Versionem suscepit J. *Fridericus* HEKEL, & characteres sæpe subplevit *Franciscus* SCHAL, hortulanus.

Denique postquam 500. tabulas BLAKWELLIANI operis ediderat, cepit, semper tuente utilia opera TREWIO, edi *appendix*, cujus 74. tabulæ nunc prodierunt, plantarum vel omiffarum a BLAKWELLIA, aut minus recte sculptarum.

In *Cömm. Lit. Noric.* anni 1731. p. XIV. p. 202. 893. botanica aliqua habet.

EJUSDEM De Pseudorchide *obs.* p. 60.

De Dracunculo Calla p. 60.

De Aloë Africana caulescente &c. p. 91.

De Stratiote aquatica & Morfu ranæ p. 164.

Anno 1732. De Aloë Americana A^o Draconis folio n. 9.

De modo, quo retia foliorum nudantur n. 10.

Anno 1734. De Malo florente n. 35.

Anno 1735. De propagatione plantarum varia, & de tuberibus calycis quernæ

Anno 1736. De figuris in ligno fagino p. 137. 145.

De Coralliorum vegetatione p. 279. 315.

De Salvia pyrenaica Lavandulæ folio p. 361.

De

(t) A II. Centuria.

De Orchide tetrapetala, Sedo Afro perfoliato, Craffula foliis teretibus, Peziza cinnabarina p. 409. cum perpulchris figuris.

Anno 1737. p. 129. seq. & 164. 187. De oleo Cajeput, & Cardamomorum speciebus, cum earum iconibus.

De parum nota specie Mallagettæ, respondente per omnia fructui Cajeput p. 163.

De fasciato Millefolio, & radicibus ex folio Aloës margaritifera natis.

P. 396. 402. & 409. Icones Perficariarum vulgarium, cum varietatibus.

Anno 1738. p. 225. MAGNOLIA Cotini folio.

P. 377. De fabulosa Serpentaria MUNTINGII, ex mala icone HAVENREUTERI nata, quam GESNERO miserat, exque alia mala icone HEROLDI.

Anno 1739. hebd. 3. de Nostoch.

Hebd. ult. de Piro monstrofo.

Hebd. 6. 7. 13. 15. De flore Muscæ, & fructu, cum pulchris iconibus. Perianthium habere, & quatuor petala, & quatuor stamina, contra LINNÆUM.

Anno 1740. hebd. 47. De Cicuta terrestri majori & Aconito cæruleo.

Hebd. 48. De Cicuta minori & aquatica.

Hebd. 49. De Oenante virofa accurate egit & n. 50. noxæ historiam aliquam addidit.

Anno 1741. agit n. 5. De Zingibere.

N. 37. De plantarum varietatibus, fertilitate Secalis.

N. 44. De bulbo in Tulipæ caule: de bulbis in caule Liliæ albi.

N. 49. & 50. De Muscæ flore, cui stamina sex, nectaria, flores steriles & fecundi.

N. 47. De Seneca Virginiana, Polygalæ specie.

Anno 1742. n. 49. De Ninzin umbellifera KÆMPFERI & Ginseng baccifera.

N. 51. De Helleboro albo & nigro, variorum uictorum.

N. 52. Saururi species cum icone; duo caules Asparagi connati; Arme-niaca flore pleno calycis segmentis amplissimis.

Anno 1743. Iterum de Helleboro albo n. 9. 10.

N. 36. Cannacori character emendatus.

Anno 1744. n. 41. 44. 46. 47. De Aloës variis speciebus florumque discrimine. Ortus petali ex receptaculo non demonstrat florem polypetalon.

N. 44. 45. De flore Liliaceo TOURNEFORTII.

N. 45. De systemate botanico ex flore, calyce & spatha, calyce nempe simplici, duplici, triplici, quadruplici; deinde perianthio per numeros divisio.

N. 50. De Cannacori caractere.

N. 44. 45. De Hyacintho Africano duplici, & n. 31. 33. de Sago.

Anno 1745. n. 52. De Saururi fructu, caractere etiam plenum Coffeæ hic dedit vir CL.

In *Eph. Nat. Cur. Vol. III.* de Croci vero caractere, cum pulchris iconibus *obf.* 129.

In *Voluntinâ IX.* appendice Cereum serpentem describit, cum pulchris tabulis.

In *Nov. Af. Nat. Cur. Vol. I.* de Cedro Libani, & de Napea, planta Malvacea dioica, infertili, nisi mares in vicinia sint.

In *Vol. II. app.* Sassafras arboris historiam tradit, eaque occasione de variis Lauri nobilissimis speciebus studiosè egit & sollicitè.

In *Vol. III. app.* vindicias sententiæ suæ dedit de Cedro Libani, & una caractères & descriptiones plantarum coniferarum adfinium.

§. MCLXXXVI. *Stephanus Hales.*

Stephanus Hales, Ecclesiastici ordinis vir, pius, modestus, indefessus, ad inveniendum verum natus, edidit *Vegetable Statics or an account of some experiences on the sap of vegetables* &c. London anno 1727. 8°. *. Gallicè verùm a BUFFONIO Paris anno 1735. 4°. *. Germanicè Hallæ anno 1747. 4°. *. Italicè Neapoli anno 1756. 8°. 1758. 8°. * vertentur M. ANGELA ARDINGHELLI. Belgicè *Groeynde weegkunde* Amsterdam anno 1734. Liber eximius, & cuius paucissimos habemus æmulos, qui totus potius legi volet, quam decerpi. Pertinent huc capitula quinque. Primo constituit pondus incredibile humoris aquosi, quem plantæ perspirant, & qui in nonnullis intra unicum diem pondus plantæ æquat. Inde vim, qua arbores succum nutritivum trahunt, & potissimum vitæ. Ea vis est in adtractibili potentia tubulorum capillarum, & in calore solis, tanta vero, ut quinquies vim superet, quæ in equo sanguinem propellit. Tunc motum lateralem succi silentis, & liberum commeatum a trunco ad ramos, a ramis ad truncum. Ostendit, succum non vere in circulum ire, sed interdiu ascendere, cum nocte & frigore descendere. Denique capite quinto, aerem a plantis inspirando adtrahi, & per folia, & per radices, minus per juniores ramos, magis per vetulos, ætate cum succo plurimum. Aeris calore a plantis accuratissime sentiri, ut succus vitæ in aere per nubem obscurate intra unicum horæ minutum ad unciam descendat. Folia esse antiam, quæ motum succi, debilem alioquin futurum, accelerat. Inde fieri, ut arbores plerumque

plorant, quoad majuscula nunc facta folia succi motum expediant, tunc enim desinunt plorare. Interdiu perspirare succum, noctu refoberi. Hæc omnia per experimenta confirmantur.

In capite septimo systema vegetabile constituit. Folia pluviam inspirare & rorem, antiâs esse, quæ plantæ succum nutritium elevent & fructus sup-
peditent, arbores ergo non nimis foliis privari debere. Fibras spirales videri
aeris adscensum promovere. Pollinem staminum, ut qui sulfureus sit, aërea
elasticum adtrahere, & cum ejus particulis maxime mobilibus uniri, & a pi-
stillo sub vesperam refoberi, & ubi in punctum saliens. Sed hæc, quæ
laudari merentur, infinita sunt.

Gallica editio nonnulla habet uberius exposita, etiam icones mutatas.

Germanica etiam aliqua de fabrica plantarum ex WOLFIANIS sumta. Vasa
aërea plantarum ex variis arboribus describuntur.

In *hemastatiks*, quæ Londini anno 1733. 8.* successerunt, appendix aliqua
habet ad plantas pertinentia. Cortice a ramo detracto etiam ramum inferio-
rem necari. Primo vere succum omnino in inferiori parte arboris sola lignum
inter & corticem moveri, non vero in parte superiori, neque per ramos eo
tempore succum fluere: contra autumnò succum de ramis fluere, non de
trunco. A fructu Ficus succum descendere in ramos, & putridum fructum
eos ramos hoc veneno enecare. Spiralia vasa videri aeris, non succi, adscen-
sum promovere.

EJUSDEM *Account of his experiments upon tarwater* London 1745. 8*.

§. MCLXXXVII. *Angli Varii.*

William SNELLGRAVE *New relation of some parts of Guinea* London anno
1727. 8*. 1734. 8*. pauca ad historiam naturalem continet.

*The vineyard: being a treatise shewing the manner of planting and cul-
ivating vines in foreign parts: directions of making wines: method of plant-
ing vines in England. New experiments in grafting and inoculating all sorts of
fruits: a best manner of raising several sorts of composited fruits* London anno
1727. 8*. SEGUIER.

Benjamin TOWNSHEND *Seedman* London anno Lipsiæ 1727. 8*.
1768. 8*.*. *Vollkommener Samenbändler &c.* Hujus editionis versio non bona
est, libelli multi in unum conjuncti. Varietates leguminum, ut pisorum:
plantæ edules, flores, arbores, pabulares stirpes: catalogus plantarum apud
hortulanum venalium: artificia, hæc brevia.

E. S. *Compleat Houfwife* London 1727. 8*. ZOCHA.

In *Phil. Transact.* n. 397. *Edmundi BARRELL* experimenta in seminando
visco facta. Facile succedit, dum in rimosum, neque in glabrum corticem fe-

men deposueris IDEM n. 405. Eam arborem in aliis stirpibus mascula organa habere, in aliis feminina.

Caleb THRELKELD *Synopsis stirpium Hibernicarum* Dublin anno 1727. 12.*. Catalogus alphabeticus, cum viribus medicatis collectiis, a viro scripta, qui præterea codices M.S. D. Thome MOLYNEUX, & aliqua ab amicis communicata, vix quidquam adderet sui. Nollem ab eo homine in DILLENIIUM scriptum fuisse. In appendice plantæ sunt D. MOLYNEUX, pulchriores & rariores. Cur ficta dicantur nomina, non video.

In Supplemento IV. *Collectionem Breslaviensium* aliqua de Abiete, potissimum ramos ejus arboris vicinam Abietem perforante.

§. MCLXXXVIII. *Suecica.*

Petrum LUNDMAN *De Junipero* Hardervici anno 1727. 4.*.

MAGNI MENTZER *Svenska akermannen* Stokholm 1727. 8*. De valore ruris œconomico, de lupuleto.

EJUSDEM *Utförlig beskrifning om holländska tabak örtens ans och skötsel lämpade efter vorrs Climate* Stokholm 1747. 8*.

Erich SALANDER *Gårdsfogde instruktion* Stokholm 1727. 8*. ut integra villa instruenda sit cum lupuleto, agro, armento.

Jonas ALSTRÖM de cultu pataatas, quas commendat cum *Svenska firorherdens trogna vägvärdare* Stokholm 1727. 12*.

Jacob SERENIUS *Engliska akermannen och fåvörderen* Stokholm anno 1727. Contraxit Anglorum præcepta de sepiibus, pratis, fimo, leguminibus, cercaliibus, lupuleto.

§. MCLXXXIX. *Germani Varii.*

J. Paul. Sim. HILSCHER *De abusu potus Coffea in sexu sequiori* Jen. 1727. 4*.

EJUSDEM *De Gramine dactylo latiori folio, Schwaden vel Manna* Jenæ anno 1747. 4.*. In Septatis venale, proflare, & esse de Gramine dactylo.

Georg Daniel COSCHWITZ & J. Jac. SCHULTHESS *Idea pharmacopœa rationalis* Hall. 1727. 4.*.

J. D. LEOPOLD *επιδημοζια f. de betula* Tubing. 1727. 4*.

J. Anton KLOECK *De usu & abusu conyis Peruviani* Leid. 1727. 4*.

Hans SCHUPPEN *Kochbuch* Lübeck 1727. 4*.

F. C. WEBERS *Gründliche Einleitung zum Gartenbau 101d insonderheit zur Baumzucht, aus den Schriften des QUINTINIE und Jardinier Solitaire* Hamburg 1727. 4°. 2. Edition.

J. Gerard SCHELLER, V. D. M. *Reisebeschreibung von Lapland und Bothnie* Jena anno 1727. 8°. Huc pertinet caput §. quo aliqua continentur de arboribus & plantis utilibus & conspicuis Bothniæ & Laponiæ.

Neueröffnetes Materialien- und Naturalien-Magazin, in welchem die zur Arznei dienlichen Vegetabilia und Meergewächse beschrieben sind, wobey alle Kräuter, Bäume, Gewächse, Wurzeln, Thiere, Steine in 67. Kupfern vorgestellt worden Leipzig 1727. fol. GUNZ.

Urban Gottfried BUCHER *Sachsenslands Naturhistorie* Dreßden 1727. 8°.

Conspectus materia medica selectiorum, quo medicamenta usitatiora serie alphabetica exhibentur, ac norma inftar Pharmacopoliæ Ratisbonensium cura Collegii medici præscribitur Ratisbonæ 1727. fol. TREW.

§. MCXC. Ivo. J. Stahl.

Ivonis Job. STAHL *De pane, potissimum Tyrisico* Erford. anno 1727. 4°. Spiritum acidum ex pane Secalino obtinuit, igne subjecto, & oleum æthereum. Fermento abdomini imposito, soluta alvus, sed in multis nimius videtur. Laudat *essentiam panis*.

EJUSDEM *De Tabaci effectibus salutaribus & nocivis* anno 1732. 4°. Destillat ad vulgarem modum Tabacum spiritum acrem, & falem volatilem, oleumque empyreumaticum, cum acore fervens.

EJUSDEM *De Chocolata Indorum, ejusque viribus medicis* anno 1736. 4°.

EJUSDEM *De decocto Bromio* LOWERI anno 1729. 4°.

EJUSDEM *De usu & effectibus potus Coffea* anno 1731. 4°.

EJUSDEM *De veris herba Theæ proprietatibus & viribus medicis* anno 1734. 4°. Analylin dat. Extractum aquosum austerum, cum adfuso spiritu vitrioli effervescit, & nigrum fit.

§. MCXCI. Isaac Rand.

Isaaci RAND *Catalogus plantarum Legato SLOANEO debitarum, in Phil. Transact.* n. 399.

EJUSDEM *Index plantarum officinalium, que ad materia medica scientiam promovendam in Chelseyano horto aliè demonstrari curavit Societas Pharmacopolarum Londinensium* Londin. anno 1730. 8°. Plantarum 518. nomina, & indicinia partis cujusque, que in medicina adhibetur.

EJUSDEM *Horti Chelseyani Index compendiarius* Londin. anno 1739. 8°. Genera 793. Species permixtæ, nomina sola.

§. MCXCII.

§. MCXCII. *Ala Acad. Nat. Cur.*

Ala Academia Naturæ Curiosorum novo cum titulo *Voluminis I. anno 1727.* inceperunt excudi*.

In eo volumine *J. Henricus LINK* phararmacopola Lipsiensis obf. 29. novam *Contrayervæ* speciem descripsit.

Obf. 106. De arbore *Coffæ* Lipsiæ florente.

J. Adamus LIMPRECHT obf. §2. a *Cicuta* hausta delirium, vomita sublatum: cum ægrum, vidit supervixisse, & alium periisse.

Georg. Tobias WEISMANN decoctum visci querni vidit in roborando systemate nervoso utiliter adhiberi obf. 191.

Conradi GRIMM magna symptomata ex *Cicutæ* radice cum *Pastinacæ* adsumta obf. 200.

In appendice anonymi, procuratoris in Cinnamomi commercio, *Canellæ* seu *Cinnamomi* cujuscunque generis historia, ex Germanico versa. Novem aut species, aut varietates, Cinnamomi hic recensentur, & per depicta folia definiuntur, quæ omnes in Ceylonia proveniunt. Subjectus est Commentarius de variis plantis medicatis Indiciis. De *Camphora*, & *cera Cinnamomia*. Idem libellus reperitur in *Phil. Transact.* n. 409.

§. MCXCIII. *And. Eliu Buchner.*

Andreas Eliu BUCHNER, Erfordix Professor, inde Halz, & *Academix Naturæ Curiosorum* præsēs, cepit edere anno 1727. *Miscellanea, seu Nachrichten von physikalischen und medicinischen Dingen* Erfurt 4.* ad imitationem operis *KANOLDIANI*, quatuor tamen post annos intermissa. In eo anno 1727. Mensè *Febr.* reperias noxam feminis *Stramonii* loco *Nigellæ* adsumti.

Mensè *Junio* De *Eruca* in *Quercu* conspicua.

Mensè *Septembri* De frumenti *Wallachici* fecunditate; tum anno 1729. Mensè *Decemb.*

Anno 1728. Mensè *Junio* *Aloës* succotrinæ rubræ florentis historia, cuius succus erat *Aloës* odore.

Mensè *Julio* Exemplum virium antisthmaticarum *Colchici*.

Mensè *Augusto* Icon *Aloës* succotrinæ florentis, & arboris gossypiferæ *Cypok.*

Mensè *Novembri* laudes *Arnicæ* ad nixus nimii noxam.

Anno 1729. Mensè *Novembri* De noxio effectu *Cicutæ* aquaticæ, & infusi *Cichorii* usu adversus ulcera sinuosa.

Anno

Anno 1730. Mense *Aprili*, De Phallo.

Mense *Augusto* De Aloe florida.

Mense *Septembri* De arbore Draconis, & aliis plantis peregrinis florentibus.

IDEM edidit *fundamenta materie medicæ*, — *Simplicium historiam, vires, & præparata exhibentia* Hall. anno 1754. 8.*. Plantæ medicæ hic sæpe describuntur, semper autem vires medicæ, & elementa enarrantur. Ordo alphabeticus, neque omisit plantæ obsoletæ. Lavendulam a Spica Nardi separe, neque Cicutam aquaticam inter medicamenta recipias, quando terrestrẽm quæris.

EJUSDEM *Syllabus materie medicæ selectioris cum designatione ponderis, quo simplicia & composita in omni generis formulis præscribuntur* Hall. anno 1755. 8.*.

Plurimas etiam disputationes edidit, quarum aliquæ argumenti sunt botanici.

De *geminis principii & effectibus Aruicæ* Erford. anno 1741. 4.*. Analysis. Salis fixi plurimum dat; essentiam cum spiritu vini grati odoris; extractum aquosum blande amaricans. Ejus usus medicus. Exemplum rheumatici in ea herba sanati.

EJUSDEM & R. BERTUCH *De Fraxinella* Erford. anno 1742. 4.*.

EJUSDEM *De legitima præparatione salium essentialium vegetabilium* Erford. anno 1742. 4.*.

EJUSDEM *De nucæ Juglandæ* R. SPINDLER Erford. anno 1743. 4.*.

EJUSDEM & PACHHELBL *De Pareira brava, ejusque virtutibus medicis* Erford. anno 1744. 4.*. Analysis illa vulgaris & inutilis.

EJUSDEM & HELCHER *De radice Ipecacuanhæ* Erford. anno 1745. 4.*. Iterum analysis illa vulgaris, quæ ex omnibus fere plantis eadem obtinet principia.

EJUSDEM *De venenũ & eorum agendi modo* Halle anno 1746. 4.*.

EJUSDEM & FRAUENKNECHT *De geminis viribus Tabaci, ex ejus principii constitutivis derivatis* Hall. anno 1746. 4.*. Ex Tabaco Virginico post aquam habuit liquorem limpidum, penetrabilem, acrem, & primordia salis volatilis; deinde & oleum innatans, & alterum grave oleum empyreumaticum, acre, ut maxima olei sit portio. Cum spiritu vini adjecto verus sal volatilis adparuit. Cinis insipidus cum paucissimo sale. Decoctum cum aqua sparit odorem nauseosum, caput tentantem. Extractum valde amarum, acre, urens, nauseosum. Cum spiritu vini tinctura amara, acris, urens: extractum valde amarum, acre. Deinde vulgaris Tabaci analysis dedit. Oleum empyreumaticum rectificari potest, ut olei animalis persimile fiat. Sed tota diss. legi meretur.

(*Bibl. Bot. T. II.*)

D d

EJUSDEM

EJUSDEM *De oleis expressis eorumque modo agendi* Hall. anno 1747. 4°.

EJUSDEM & LOEBER *De Curciana officinarum ejusque geminū virtutibus* Hall. anno 1748. 4°.*. Ex radice cum aqua destillata, contra negantem NEUMANNUM, aliquid olei ætheri obtinuit. Resinosum extractum copiosum, & aquosum inflammabile paravit.

EJUSDEM & SCHWARZ *De geminis Opii effectibus in corpore humano* Halle anno 1748. 4°.*. Aquam dat suo odore imbutam, absque oleo æthereo: Extractum porro spirituosum, abunde, cum aqua vero uctuosum quid, & aquosum extractum, nullas vero salis crystallas. Cani, cui propinatum fuerat, vasa cerebri turgida fuerunt. Felem occidit, celeriter etiam canem, cum saponaceum illud ei daretur. A fermentatione vis vaporifera augetur. Opium vim vitalem auget.

EJUSDEM & STEGMANNI *De salutari & noxio Ellebori ejusque preparatorum usu* Hall. anno 1751. 4°.

EJUSDEM & ADAMI COI *De damni ex abusu resine Jalappe* Hall. 1750. 4°.

EJUSDEM *De oleis essentialibus* Hall. anno 1752. 4°.

EJUSDEM *Observationes de quibusdam remediis frequentiori usui restituendū* Hall. anno 1752. 4°.

EJUSDEM & FUCHS *De Pinastro seu Pino sylvestri* Hall. anno 1754. 4°.*.

EJUSDEM & auctoris J. Christian EBEL *De Indigo Germanico seu colore cæruleo solido ex Glasto* Hall. anno 1756. 4°.*. Non per fermentationem ex Glasto solidum colorem cæruleum obtineri, neque liquoris solventis ope, neque tantum materix tingentis possidere, quantum Indigo. Possit tamen adfuso ad viridia folia Glasti certo liquore dejici id cæruleum, quod est in Isatide. Invenisse NEUENHANNIUM vulgare, neque pretiosum medium, quo intra ictum oculi extractum saturate cæruleum de foliis maturis, profunde viridibus, isatidis extrahatur. Indicum, ut præparatur, extractum esse inflammabile. Germanice, auctius, Braunschweig anno 1757. 8°.*.

EJUSDEM & STONER *De vino ut medicina & veneno* Hall. 1756. 4°.

EJUSDEM & GUTTORF *Spicilegia quadam ad olei vini preparationem usumque* Hall. 1758. 4°.

EJUSDEM & SCHMIDT *De Soda Hispanica ejusque usu medico, chemico, economico* Hall. 1758. 4°.

EJUSDEM *De virtute corticis Peruviani antiplogistica* Hall. 1768. 4°.

EJUSDEM *De usu corticis Peruviani cum Camphora mixti in febris ex putredine ortū* Hall. 1762. 4°.

EJUSDEM *De præstantia Camphore in delirio* Hall. 1763. 4°.

EJUSDEM

EJUSDEM & SEELMATTER *De gummi resinis Kikekxnenalo, Look & Galds* disp. Hall. anno 1764. 4°. Aliqua ad vires medicatas.

EJUSDEM & KRONECKER *De usu corticis Peruviani chirurgico* Halle anno 1766. 4°.

EJUSDEM *De acutius defendenda fructuam boræon in producenda dysenteria innocenti* Hall. anno 1766. 4°.

EJUSDEM & Christoph. Heinrich CRUSE *De purgantium resorption & giminatione conversione in saponis boruque usu medico* Hall. anno 1766. 4°.

EJUSDEM & WERMUTH *De plantarum amararion insigni virtute medica* 1768. 4°.*

IDEM, FAGINI nomine adoptato, *dispensatorium Region & Electorale Brandenburgicum* Erfordix anno 1734. fol. recudi fecit, multis incrementis auctum.

EJUSDEM *Academix S. R. J. Naturæ Cariosorion historia* Hall. anno 1756. 4°.*. Huc omnino hæctenus pertinet.

In *Abhandlungen* T. II. Hall. 1768. agit de vino lithargyro corrupto.

§. MCXCIV. Anton. Willb. Plaz.

Antonii Wilhelmi PLAZ De Tabaco sternutatorio disp. Lipsi. anno 1727. 4°. 1733. 4°.*.

EJUSDEM *De potus Coffeæ abusu, catalogum morborum argente* Lipsix anno 1733. 4°.*; recusa in *sufculo* anno 1751. 4°.* edito. Historia Coffeæ, elementa, noxæ, quas nimium extollit, certe in generationis, quæ ei potui tribuit, impedimentis.

EJUSDEM *Historia radicum* Lipsix anno 1733. 4°.*. Varietates radicum, earumque corpus &c.

EJUSDEM *Seminum disquisitio* Lipsix anno 1736. 4°.*. Seminis anatomie, nutritio, varietas, figura.

EJUSDEM *Foliorum historia* Lipsix anno 1740. 4°.*. Folia a cotyledone diversitas; fabrica; color proprius; usus; nutritio; morbi; varietas.

EJUSDEM *Caulis plantarum* Lipsix anno 1745. 4°.*. Ejus & ligni anatomie, ejus functio, utilitas, diversitates. Spirales fibras defendit.

EJUSDEM *De flore plantarum* Lipsix anno 1749. 4°.*. Petalon a folio differre, quod pediculo careat & tracheis. Flores plenos non esse monstra, qui non rarissime semina perfecta producant. Florum varietates. Non omnium floris colorem variabilem esse, nunquam in arboribus umbilicatis. Artificio color mutatur, sed omnes flores ad naturalem colorem redeunt.

Hæ quinque dissertationes cum titulo, *Organicarum in plantis partium historia* Lipsiæ anno 1751. 4.*. redierunt, revivæ & auctæ.

EJUSDEM *De plantarum plethora* anno 1754. 4.*. A plethora plenitudinem solum nasci; alias plantas resina aut gummi effuso se plethora liberare.

EJUSDEM *Natura plantarum moniens* anno 1761. 4.*. Stipulæ, spinæ.

EJUSDEM *De plantarum facultatibus, ex ipsarum characteribus neoticum cognoscendâ, programmata tria* anno 1761. 1762. 1763. Recte monet.

EJUSDEM *De Saccharo* Lipsiæ anno 1763. 4.*. De Saccharo potissimum Arabum.

EJUSDEM *De vulgatiorium remediis usu non rejiciendo* anno 1763. 4.*.

EJUSDEM *De plantarum sub diverso celo nascentium cultura* Lipsiæ anno 1764. 4.*. Imitandus nempe natus cujusque plantæ calor.

§. MCXCV. Hispani.

Emanuelis MARTINI, Professoris Valentini, *Dissertacion sopra la theriaca magna* Valentia anno 1727. 4*. CAP. de V.

Gajpar VIDAL *Dissertacion pharmaceutico-medica sopra la composicion de la theriaca magna* Valentia anno 1727. CAP. de VII.

Jos. ARNAU *Certamen pharmaceutico Galenicum circa Theriaca magna præstantiam* Valencia anno 1727. 4*. CHIV.

§. MCXCVI. Trivultini.

In *Diario Trivultino* anni 1727. Mensis Julio. Cacao plucium generum describitur, & slos, valde is singularis.

Incipiunt hic ab Mensis Julio descriptiones plantarum Americanarum ab homine perito, & in Insulis Antillis vivente scriptæ. In hac particula videas Auanas, Achuru (Bois d'Inde), Cassiam, Cacao, Gummiferam arborem, Indigo. Ubique characteres & descriptiones emendantur.

§. MCXCVII. Batty Langley.

Batty LANGLEY *Pomona or the fruit garden illustrated — Sure method of improving the best kinds of fruit; directions for Pruning, Nailing, preserving the blossoms, thinning of young fruits, preserving of em* London anno 1729. fol.*. Dux partes, theoretica prima, altera practica. In priori STEPHANUM HALES fere sequitur: ut vetet folia omnia destrueret, quæ motum succi ad fructum accelerent, plantæque perspirationem augeant. Omnibus enim foliis detractis ramos interire, etiam si umbram iis procuraveris. Perire etiam, si aquæ fatis habuerint, folia autem ejus usu, excludantur: eadem vero folia sufficere, & humoris

humoris fatis plantæ suppeditare, etiam si terra nihil humoris addiderit. Jubet ergo ramos ad parietem per intervalla adhgere, quæ sint æqualia longitudini folii; fructus paucos relinquere, juniores ab æstu solis pomeridiani defendere: & legem fert, quæ annum definit, in cujus ramo quæque arbor fructum profert, & in quam parte ramos putare oporteat. Cæterum de terra agit, de principiis vegetationis, de cultu sylveltrium arborum & domesticarum. Fructus horum melioris notæ in 79. tabulis exprimit, quas foliorum & fructuum icones ad naturam accuratissime factas esse testatur, etfi florum figuræ obiter depictæ sunt. Fructus descendunt ad Groisulariam usque & Fragariam, & plurimæ varietates recensentur.

Accedit *Hugonis STAFFORD* Diff. de optimis speciebus pomorum, ex quibus Sicera in Devonshire coquatur. Sylvestres mali sunt, quarum fructum præfert, aut mali ex semine natæ.

EJUSDEM *Sire method of improving an estate by plantations of oak, elm, ash, beech and other timber trees* London anno 1728. 8°. Iterum de foliorum usu & de necessitate perspirationis aliqua, & propria & *HALESIANUM*. Deinde cultum arborum tradit, ad materiam aptarum, calculosque suntuam, qui ad sylvas condendas requiruntur. Varietates ubique multas habet, neque male, si ad usus humanos aliam & aliam habent portionem. Videtur experientiam ad opus adtulisse, etiam fraudes in dimetienda materie obvias detegit. Liber omnino utilis.

EJUSDEM *New principles of gardening or the laying out parterrs &c. the various names descriptions virtues and cultivation of roots, pulse, and herbs* London anno 1728. 4°. *SEGUIER*.

§. MCXCVIII. H. L. du Hamel.

In *Mémoires de l'Acad. des Scienc.* anni 1728. primum adparet celebratum nomen *Henrici Ludovici DU HAMEL* du *MONCEAU*, academici, cujus in partem economicam rei herbariæ maxima sunt merita. Agit primum de *Mucoris* genere, quem vocat *Tuberoïdes*, quod radicibus *Croci* fativi adheret, eique perniciosam infert. Bonam dat figuram *Croci*.

IDEM De varietatibus constantibus fructuum horæorum, quæ per infectionem conservantur. De effectu infectionis: nasci ex ea, plicatis & rami & trunci vasis, quamdam quasi glandulam, in qua succus pergat preparari: ramiisque perfici, si in propriam, *Sylvestrem*, arborem inferatur. Videri species hybridas nasci ex polline stanineo alieno fructum fecundante. De eo per experimenta debere constare.

ANNO 1729. Necessariam esse ad incrementum plantarum inæqualitatem in aëris temperie.

Anno 1730. primum egit de insitione, quæ fructum meliorem facit, arboris vitæ nocet. Optime succedit in Piro, quæ Piri ramum recipit, & Ceraso, quæ alterius Cerasi. Non succedit, si arbor recipiens alio tempore floerit, quam ea, quæ inseritur. Nodus in loco insitionis morbus est.

Ibid. initium anatomes Piri. Involucra quatuor, epidermis. Tela mucoſa, Tela petroſa, Tela fibroſa. Petras vocant duriores glebas, & in cute conſpicuas, & potiffimum in pulpa, partim ſparſas, partim quaſi in canalem diſpoſitas, ſecundum Piri axin, qui ad umbilicium uſque pergit, ubi rupem quemdam efficit. Eas petras pro glandulis habet vir Clar. ſuccum perſicientibus.

Anno 1731. Porro de fabrica Piri. De ejus vaſis. De nucleis, de eorum formatione ex germine.

IDEM ibid. De inſitione. De ejus uſu in diminuendo proventu ligni, teneriori reddendo fructu. Ut is effectus perfectius poſſit obtineri, repetita inſitione, aut inſito ramo, cujus indoles non nimis indoli trunci ſimilis ſit.

Anno 1732. De fabrica feminis, cotyledonibus, eorum vaſis &c.

Anno 1736. De Mimofæ motu experimenta. In tenebris inmutabilis præſtat, ſemper aperta.

Anno 1737. EJUSDEM & Cl. de BUFFON varia de ligno. Ut ex libro naſcatur, de libro ſecundo ex magno gelu nato, &c. Germanice hæc redeunt in *Oeconomifche Abhandlungen* T. VII.

Anno 1738. IDEM agit de modo, quo lignum optime ad conſervationem & perennitatem præparatur. Oportet arborem tribus quatuorve annis ante uſum decorticare, ita aucta perſpiratione ſenſim emoritur, & lignum denſius fit.

Anno 1739. De vi Rubiæ, qua oſſa tingit. Redit in *Phil. Tranſ.* n. 457. IBID. de vi pleuritiæ adverſa Polygalæ vulgaris, & de Polygala Virginiana aromatica, in morbis peſtoris inflammatoriis utili, TENNENTI, LEMERY & JUSENII teſtimonio comprobata.

Anno 1740. De viſci ſeminatione, vegetatione, radicibus, ſexu modo duplici, modo ſimplici, cum bonis iconibus.

Anno 1744. De ablaqueatione, quæ tota in eo verſatur. ut ramus extra terram radices agat. Idem finis humectatione aſſidua facile obtinetur. Gemmas pro arbitrio agricole ſtendit aut radices agere, aut ramos producere. Experimenta pro regressu ſucci in radicem. Modus, quo rami in radices convertuntur.

IDEM radices Asparagi vidit ſe mutuo perforantes.

ANNO 1746. De inferendo. Fibræ rami inſiti cum fibris rami recipientis con-

continuantur, idque fit per cellulofam telam, quam ramus fuppeditat. Vulnus clauditur ab adfcendente cortice, & expanfa cellulofa tela fub cortice pofita.

Anno 1748. Experimenta recenfuit plantarum absque alio alimento, fola cum aqua natarum, cum in fpongiis, inque mufeis femina fata effent. Mufcis præterea humidus tenerimarum plantarum, in fola terra vix provenientium, germinationem promovet.

Anno 1751. Novum lignum ex cortice nafci, poffe tamen etiam ex ipfo ligno corticem reparari, tantum ut prius cortex fit, quam lignum.

Anno 1759. De Triticco clavo, qualis folet in Secali reperiri.

Anno 1767. De fale Sodæ in mediterraneis nafcentis. Poffe tamen ad faponem faciendum adhiberi.

EJUSDEM numerosiffima opera funt, quæ ad plantas pertinent. Primum anno 1747. Parifius edidit *Art de la Corderie* 4.* recul. 1769. 4*. In eo, ad minima fe dimittente opere, Cannabis hiftoria naturalis, & charaâter traditur, & pulchræ icones.

EJUSDEM *Traité de la culture des terres* cepit edi anno 1750. Paris 12.*. *Jehro* TULL in Anglia nuper novam rationem docuerat colendi agri, ut per intervalla cultæ, fed fementi vacuæ, arcolæ fepedales relinquerebantur, in quas radices futi Tritici fe diffunderent. Id ut fieri poffit, terra frequentius, quam folet, aranda eft, ut pene hortenfis fimilis fit mobilisque: quatuor ideo in uno aratro cultris profcifia. Dum femen ex propria cifta in cavas lineas demittitur, & fementis fit compendium, & fpacium ufui omne cedit. Hæc omnia Cl. du HAMEL in compendium contrahit, & tamen ornat, & phyfiologicas caufas addit, cur ufui fint. Agit præterea de vitis fegetum, de Onobrychide, de Medica. Germanice *Abhandlung vom Ackerbau* &c. Dresden anno 1752. 8*. HUTH. Belgice recufum a CAR. van ENGELEN Amftelodami anno 1762. 8*. 2.Vol.* additis LULLINI, quæ dicuntur, AYMENI & aliorum experimentis, ipfiusque du HAMEL ab anno 1750. ad 1754. factis & libello D. THOME. Titulus eft *de nieuwē wyze van landbouw, wygegeeven door een genootfchap van liefhebbers van de landbouw in de vereenigen Nederlanden.* Notulæ additæ, etiam integri loco inferti. Contra mutationem avenæ in Secale. In Belgio non fuccelfivè Onobrychidis fationem, fed equidem Medicæ. Radices Tritici ad 21. pollicas defcendere. Inftrumentorum LULLINI ab H. L. du HAMEL perfectorum icones.

Tom. II. anno 1754. editus 8.*. Per experimenta inventum eft, in agro TULLIANA ratione culto una tertia plus tritici produci, & intra tres annos, cum nulla agro quies detur, ejus agri fructum duplicem eife: minusque periculum eife, ne culmi decumbant. In agro pingui parce ferere oportet, in macro denfe. Accedunt LULLINI, Syndici nunc Genevenfis, viri magnifici, experimenta, & inftrumenta, quibus terra magis, quam a vulgaribus cultris

COU-

confeinditur. TULLIANAM cistam feminatricem du HAMELIUS perfecit. Agit de duplici utilagine. Laudatur Triticum longius aristatum.

Tom. III. Paris anno 1754. 8.*. Iterum experimenta, quibus utilitas cultus TULLIANI stabilitur, variorum agricolarum periculis confirmata, LULLINI potissimum. Cultus Mayz, ubi mireris, masculos flores deitru, ut pauci superfiat, ita crassiores spicas sperari. Instrumenta varia.

Tom. IV. Paris anno 1755. 12.*. Experimenta anni prioris, & LULLINI, quæ etiam seorsim prodierunt. Variorum experimenta variis ex provinciis, variis etiam instrumentis facta. deque iis iudicium auctoris. De rubigine, atrophis, aliisque segetum vitis, demum de utilagine, & de ea CL. AYMEN, & de clavo fecalino. In LULLINO notat YOUNGIUS, quod sumtus non in tabulas retulerit.

T. V. anno 1757. 12.*. Iterum experimenta integris in agris facta a D. LULLIN, quæ confirmat, posterioribus annis majorem novi cultus fructum percipi. Ager absque fimo duplicem in tribus annis messem dedit. Sic etiam vacuæ linæ in Medicæ cultu iugenti fuerunt commodo, tum ad vites: passim etiam in Gallia ejus consilii periculum factum est. De utilagine varia, ejusque antidotis. Ad conservandum granum requiri ignis vim & tollionem.

Tomus VI. anno 1761. 12.* successit. Quatuor arationes desiderat auctor, etiam quinque. De Gramine avenaceo juba splendente, quod Galli pro *Rye-grass* habent, de Spergula. De variis fimi generibus, etiam potissimum de ovillo. De variis sartris, & eorum selectu. De semine tritici vetulto, non malo eventu fato, & de inutili maceratione. Pro majori falce contra minorem. De conservatione grani.

Non separabimus Cl. viri *Elémens d'Agriculture* Tom. I. & II. primum Parisiis anno 1764. 12.* edita. Compendium est, non ut methodum auctor quaereret.

Tom. I. Pars I. agit de agri cultu: de radicum habitu ad vitam & incrementum plantarum. Non sola aqua ali. De terræ diverlitate. Repetit suas iterate arationis laudes. De lectamine vario. Degenerationem & mutationem cerealium rejicit: de herbis noxiis, morbisque cercalium. Commendat tollionem frumenti INTERIANAM.

In Tom. II. Instrumentum rusticum delineatur, & *Seminatorium*, quod porro laudat. De variis cerealibus, ubi monemus ne Zea pro Hordei specie habeatur. De pratis etiam artificialibus, Leguminibus, Solano tuberoso. Inde Lini cultus, & Dipfaci, Croci, Rubiæ. Arborea & vites omittit.

Hoc puto esse opus, quod Hispanice prodiit Madrit anno 1751. 4.* cum EBN ALWAM opere ejusdem argumenti. Anglice revifed by MILLER 1764. 8°. 2.Vol.

IDEM

IDEM est *Kürzer Begriff des gesammten Feldbaues, größtentheils am Du HAMEL de M. herangezogen, mit neuen Abhandlungen, Zusätzen und Erfahrungen* (vermehrt) Stuttgart anno 1764. 8°. 2.Vol. Auctor compendii adiecit tractatus de cultu Nicotianæ, Lupuli, Papaveris, Carthami. Deinde fufius de terrarum varietate egit, cum chemicis artificiis, ad earum indolem cognoscendam idoneis. Porro de letamine otanis generis. Auctor, ni fallor, Cl. NAST.

Cæterum hæc artificia Tulliana agricolæ fere defcruerunt.

Porro magnum de arboribus opus Cl. du HAMEL orfus est. Prima pars est *Traité des arbres & arbristes, qui se cultivent en France, en pleine terre* Paris 1755. 4°. 2.Vol.* nempe de arboribus & indigenis, & potillimum etiam Americanis, quæ hiemes Gallicas tolerant. Ordo alphabeticus, methodus & nomina TOURNEFORTIANA: tum adfculpti characteres, quos iis auxit, qui post TOURNEFORTIUM detecti sunt. Varietates confiantes, quarum in re economica suum fit diverfum pretium, tamquam species conservavit. Icones MATTHIOLIANAS, magnæ editionis, adiecit suisque fupplevit. Defcriptionem, cultum cujusque arboris & utilitatem variam recensuit: varietatibus connumeratis 1000. arbores defcribit, undique a maguorum hortorum præfectis ad-jutus. Pinus varias defcribit, picisque & terebinthinæ fabricationem accurate docet. Fufe de Moro, de Olea, Quercu. Germanice vertit *Car. Chriftophorum V. OELHAFEN*, & notas addidit Noriberg. anno 1762. 1763. 4°. 3.Vol.

EJUSDEM *Mémoire sur la Garantie & fa culture, avec la description de ses étuves pour la défficher & des moulins pour la pulvérifer* Paris anno 1757. 4°.*. Cum inter omnes fativas stirpes Rubia in datæ mensuræ agro plurimum emolumentum det colentibus, nuper valde est laboratum, ut ejus plantæ cultus commendaretur. Ergo noster primum depactionem tradit, quem laborem tertio annorum tritici melle alternat. De caldariis valde quæritur, ut possint æqualiter undique caleferi. Aratrum etiam aptius defcribitur. Icon plantæ valde glabra & adfinis Gallio Sylvatico.

EJUSDEM *De la physique des arbres, de l'anatomie des plantes & de l'économie végétale, avec une dissertation sur l'utilité des méthodes de botanique* Paris anno 1758. 4°. 2.Vol.*. Nobile opus, cujus merita non possumus in nostram brevitatem contrahere. Dissertatio præmiisa de methodis, arborum nempe foliarum adinicitibus. Nollet nuper tot genera mutata fuiffe. Negat botanicos satis definitisse, quomodo a specie varietas differat, cum in arboribus varietates dentur itabiles, & per sua signa definitæ. Negat etiam magis, certos dati diverforum generum limites. Ipfius operis pars prima est trunci anatome. Epidermis, tunc cellulosa tela; & laminæ corticis, per quas cellulosa tela cortici subjecta se effert. Vafa succifera, cujusque plantæ propria. Lignum, ejus vafa propria, vafa aërea, vafa aquosa. Medulla, que de cellulosa telæ genere est. Falsum reperit vir LL. ea destructa fructus obtineri absque ossiculo.

(Bibl. Bot. T. II.)

E e

culo.

culpo. Non certum est, vasa aërea aëri propria esse, certum vero, abire in fibras ligneas. Alburnum est lignum mollius, imperfectum, semicorticale, nam certo in lignum abit. Microscopium cavos tubulos non demonstrat, sed transitus humorum. Succus aceris de ligno fluit, non de cortice, & magis ex parte arboris superiori. Succus nutritius & in ligno reperitur & in cortice, vasa tamen corticis majora sunt. Is succus & ascendit a radice, & vicissim descendit. Radicum par est fabrica. Deinde folia, ubi aliqua addas. Foliis ab insectis destructis fructus minus integre maturefcunt. Vapor exhalans non mere aquosus est. Ut exhalant folia, ita inhalant: multa hic ex BONNETO. Inde flores: femina adparent ante stamina. De fructu uberime, & ejus fabrica, potissimum in Piro: de rete vasorum sub cortice, de glebis petrosis, de earum singulo vase; de ramis in pulpam divisis. Quodque semen suam habet a tuba portionem. Pro duplici sexu: de Terebintho a Pistacia imprægnato. Aliqua de Muscis; de Equifeto.

T. II. De semine, de cotyledonibus, quarum numerus non constans sit: de germinatione feminis: de incremento, per gelatinam organicam. Et cortex in lignum abit, & corticem lignum reparat. Vulnere reparantur per interiores laminas corticis, neque ex ligno. Inde insitio. Fibræ rami insititii cum trunco coalescunt per cellulosam naturam. Nimis diverse indolis rami non comprehendant. Insitio non mutat speciem rami, neque trunci. Utique ex radice aëri exposita rami, ex ramis terræ immerfis radices proveniunt. Utique in cortice germina latent. Negat a lumine ejusve defectu folia aut multiplicari, aut evolvi. Horologium plantarum insidum esse. Succus in terra incipit præparari, neque terra vere nutritias particulas arbori impertit. De visci vegetatione. Succus ascendit absque exhalatione, fere a calore motus. Colorati liquores lignum tingunt, non corticem. Succus per lignum ascendit, non per corticem, & pars succi in radicem redit. Morbi arborum.

Germanice vertit Nob. OELHAFEN Nürnberg anno 1764. 4°. 2.Vol.

EJUSDEM *Des Semis & plantations des arbres, & de leur culture Paris anno 1760. 4°.** Germanice Nürnberg anno 1763. 4°. Hoc opere vir ILL. artificia docet, quibus obtinetur, ut, quantum ejus fieri potest, celerissime sylvæ ferantur & convalescant. De varietate regionum & situs; de solo cuique arbori peculiariter apto. De seminariis, plantariis; de vario modo, quo quæque arbor colli amat. De transpositione, ubi putat radicem perpendiculararem ad vitam arboris non necessario requiri. De variis modis, quibus sylvæ feruntur. Aratrum laudat, & sationem cum cerealibus. Hæc omnia vero sumtus magnos faciunt. De conservatione sylvarum. In *appendice de Cerasis Illjricis, & compendium diss. REICHELIANÆ* de vasis spirabilibus plantarum.

EJUSDEM *De l'exploitation des bois, ou moyen de tirer parti des taillis demi futayes, & hautes futayes Paris anno 1764. 4°. 2.Vol.*.* Pertinet equidem ad rem œconomicam. Reperit tamen vir Cl. lignum pene nullam terram continere:

nere: in papiniano lebetē abire in terram friabilem. Meliora esse meridionalium regionum ligna. Interiora & inferiora arborum duriora esse. De varia utilitate arborum sylvestrium. Ætate melius esse arbores cedere. Exhalare arbores cæfas, uberius quidem decorticatas. Cur lignum findatur, & de modo, quo cavetur, ne rimas agat: de varia ligni utilitate.

EJUSDEM *L'art de raffiner le sucre* Paris anno 1764. fol.*; inter eas artes, quæ jussu Academiæ describuntur. Aliqua de ipsa Arundine Saccharifera. Germanice Königsberg 1765. 4°.

IN *Supplément au traité de la conservation des grains* Paris anno 1765. 12°.* plufcula sunt de progressu novi cultus TULLIANI, de ejus frumenti-bonitate: de cultu majoris Milii, & Apocyni. Germanice Königsberg und Leipzig anno 1768. 8°.

EJUSDEM *Du transport de la conservation & de la force du bois* Paris anno 1767. 4°.*. Infinita series experimentorum, quæ potissimum ad variam materiem pertinent, & ad eas artes & encheireses, quibus optime conservantur, flectuntur, adaptantur, ligna ad usus humanos idonea. Aliqua de eo usu, ad quem certæ arbores peculiariter aptæ sunt, pinus ad malos, fagus ad remos. Pondera lignorum, inter ea quernum superat. De evaporatione succi, lentissima. Sed omnino, quæ vir ILL. utiliter expertus est, nequeunt enumerari.

EJUSDEM Splendidum opus *traité des arbres fruitiers contenant leur figure, leur description, leur culture* &c. Paris 1768. 4°. 2. Vol.* Poma unice describit, & baccas, non nuces, neque species sylvestres. Incipit a consiliis de cultu arborum pomiferarum in genere, a terra & seminario ad usque decerpendi laborem, cum inferendi & putandi legibus. Inde genera recenset & species, etiam eas, quæ a botanicis repudiantur, quæ tamen se constanter per ramos propagant: Varietates primarias elegantissime delineat, describit omnes, fuscæ & minute.

EJUSDEM *Erklärung der Kunstwörter aus der Botanick und von dem Lau-bau*. Seorsim prodit, gallice & latine Nürnberg 1766. 8°.

§. MCXCIX. Hispani. Itali.

Joh. LOCCHES Tyrocinium pharmaceuticum theoretico practicum Galenico chymicum auctum Madrid anno 1728. 4°. Barcinone anno 1751. 4°. Laudat CAP. de VILA.

J. Baptista FELICI *Parere intorno alla Cioccolata* Firenz. anno 1728. 4°.*. Chocolatam reprobat, quod calida sit, viscosa, multa fumosis aromatibus. Languorem ab ejus usu nasci per aliquot horas superstitem, adherere enim ventriculo, dolores facere colicos, demum frequentes apoplexias. Restituentis debilibus & convalescentibus convenire: sed etiam Saccharum adgreditur. Adjecta sunt poemata aliqua, cum adnotationibus medicis.

Contra hoc scriptum tria alia prodierunt, omnia, in editionibus meis, anno 1728. & Florentiæ 4*.

Primum est *Lettera in cui si esaminano le ragioni addotte dell' autore del primo parere intorno all' uso della Cioccolatta*. Auctor *Laurentius SERAFINUS*. Non valde calidam esse, & egregie nutrire.

F. C. C. S. I. *Altro parere intorno alla natura ed ad uso delle Cioccolatta* signatum est *Francesco ZETI*. Optimum esse alimentum. GIUNTINO video tribui.

L. AVANZINI *Lezione Academica in lode della Cioccolatta*. Adeo non calefacere, ut refrigeret.

§. MCC. *Philipp Miller.*

Philipp MILLER, celebris hortulanus, in *Phil. Transact.* n. 403. egit de modo, quo plantæ ex seminibus obtinentur, quæ nunquam in stirpem suam convalescere putatum sit, ut ex nucæ Cocos plantata. Germinare cogit in scobe coriariorum, tunc in terram transfert. Eodem modo aliæ peregrinæ arbores propagantur, quarum fructus testa prædura sunt.

EJUSDEM magnum opus *The Gardeners dictionary* sæpissime editum est; editiones nec sunt tertia anni 1737. fol.* & multo auctior sexta anni 1752. fol.* post quam multæ aliæ secutæ sunt, & nuper octava. Prodiit etiam Dublini 1741. fol. HUTH. Primum ni fallor prodierat 1724. 8°. 2.Vol. Physicæ partem, quæ ad rem hortensem pertinet, & docet hic, & ad promovendum plantarum cultum primus adplicuit; deinde plantas singulas, cum earum speciebus, describit, cultumque optimum indicat, qui in Anglia felicissime succedat, ut Britannii omnibus Indorum thesauris fruatur. Omne etiam instrumentum, & hibernacula & tepidaria hic reperias. Non possumus singula persequi, id unice monemus, vix aliud opus hujus generis in usu receptum esse. Vitium viniq; historia fulsissima est.

Ad finem catalogi accefferunt plantarum variis modis & imprimis cultu contentientium.

Germanice a G. *Leonardo HUTH* editum *Lexicon* prodiit Noriberge fol. T. I. anno 1750. T. II. anno 1752.* iterum 1769. fol.

Et *Supplementum*, quo additamenta editionis anno 1752. continentur, anno 1758. fol.* Belgicæ Leid. anni 1746. 1747. fol. 2.Vol.

— *Compendium* prodiit Londin. anno 1735. 8°. 4.Vol. Valde virum laudat *KALMIUS* in *Berattels.* p. 2. Contra alii varia carpunt. Putationem non intelligere, nimis laudare arbores muro adfixas, nimis spernere antiquos, nimis acrem esse de aliis judicem *fruit trees* p. 10. 11.

EJUSDEM

EJUSDEM *Figures of uncommon plants described in the gardeners dictionary* London ab anno 1755. ad 1760. fol. 2. Vol.*. Trecentæ sunt tabulæ, ad naturam depictæ, plantarum aut in medicina utilium, aut alioquin rariorum, & minus notarum. Delinæationes bonæ, sculptor passim nimis prope labore suo se expedit. Multas species, quas LINNÆUS pro varietatibus habet, noster lux dignitati restituit, speciesque minute distinguit. Raræ intercedunt, ut herba Paragati, Bateria, Ptelea, Kalmia, Saracena, Hydrangea, Morea, Watfonia (Meriana Trew Antholyzæ spec. Linn.) Sideroxylon, Ferratia, Tacamahaca, Cunonia, Dayena.

Germanice Norbergæ 1768. fol.

EJUSDEM *Gardeners Kalendar* London anno 1732. 8°. 1733. 8°. OBB. 1734. 8°. 1748. 8°. & octavum anno 1749. 8°.*. Dublin anno 1735. 8°. Redit etiam cum VI. editione Dictionarii. A Cl. C. W. BUTNERO Germanice vers. Gotting. anno 1750. 8°.*. Opera rustica per menses: cultus variorum plantarum vix antea cultarum, quarum multas florescentes coluit, quæ in Gallia calidiori nondum floruerunt. Catalogos dedit secundum cultum, quo egent, plantarum, ut conjungat, quarum eadem cura est. Ad oleraceas plantas, & hibernaculis destinatas & flores, atque demum arbores fructiferas pertinet. Catalogos in methodicum ordinem translator disposuit.

EJUSDEM *Method of cultivating madder as it is practised in Zealand with their manner of drying stamping and manufacturing it* London anno 1758. 4°.*. Simplex, & practicus liber. Ut colatur Rubia, ut evitetur inæquabilis calor vitium, omnia ad modum incolarum Insulæ Schouwen, in qua plurima colitur. Bona icon adjecta.

In *Philos. Transact. Vol. XLVIII. P. I.* adnotat, non videri ex Sphondylionoltrate Kamtschadales suum Saccharum parare, sed ex *altissima* specie *Transylvanica*.

In *Vol. XLIX. P. I.* & in *Vol. L. P. I.* demonstratum it, arborem verniciferam venenatam eandem esse cum Toxicodendro Americano, pariter venenato.

Ex ejus lexico fragmenta aliqua decerpta Bernæ prodierunt, ut vitium cultus 1766. 8°. Germanice & Gallice, olerum ib. 1766. 8°. fructuum horæorum 1767. 8°.

§. MCCI. Angli.

John JAMES Theory and practice of gardening — relating to pleasure gardens London anno 1728. 4°. BARB.

In *Phil. Transact. n. 400. David KINNEIR* exemplum salubris usus Camphoræ in mania retulit.

N. 418. De bulbis aquæ immerfis maturius suos flores producentibus.

Ephraim CHAMBERS Cyclopaedia London 1728. fol. 2. Vol. editio VII. 1751. & 1752. fol. & *Supplement to his Encyclopaedia* London 1753. fol. 2. Vol. Italice Napoli 1757. fol. & *Suppl. Venet.* 1765. 8°. Habet etiam botanica, breviter quidem, fusius in *Supplemento*, ubi & characteres sunt, & musci aliqui ex DILLENIO sumti. EJUS auctor est *Georgius LEWIS*. Plantarum in usum medicum receptorum vires & commoda recenset, & cultum edulium, ac hortenrium.

§. MCCII. Galli.

Joachim Le GRAND Histoire d'Abissinie Paris anno 1728. 4°. & 8°. ad P. Hieronymi LOBO parum utiles commentarios. Adjecit aliqua de plantis, paulum suspecta & miraculosa.

CROS *De la Rhubarbe du païs de Beziers* prodiit in *Mém. pour à l'histoire du Diocèse de Beziers* Biterris anno 1728. 4°. SEGUIER.

J. de la CROIX *Communia florum* Paris anno 1728. 8°. Germanice in MYLII *Phys. Belustigungen*.

Jean BOUILLET Lettre écrite au sujet de la Rhubarbe Beziers anno 1727. 4°.

EJUSDEM *Des mauvais effets des Champignons* Beziers anno 1744. 4°.*, cum elementis medicinae practicae.

EJUSDEM De historia naturali agri Biterrensis epistolæ: excerptæ in *nouvelles recherches sur la France* Paris 1766. 12°. Si huc faciunt.

Franciscus GUISLIER du VERGER *Traité des liqueurs, esprits & essences, &c. de la manière de s'en servir utilement* Louvain anno 1728. 12°. etiam de Thea, Caffea, Chocolata, aquis stillatitiis.

§. MCCIII. Diaria.

Hoc ipso etiam anno ceperunt edi *Commentarii Academia Imperialis Petropolitanae*, quorum 14. Tomi, tum tredecim alii proderunt, qui dicuntur *novi*, Passim etiam novas plantas continent.

Sic etiam *Andreas CALOGERA* cepit Venetis edere *Opusculi scientifici et filologici* ab anno 1728.

In T. I. *Franc. Maria MARZUOLI* Coralloidis Fungi varias species dixit & in tomi 30. de Corallois natura & usu egit. Recuse sunt duæ disertationes, alia nempe de *Corallois natura analysi & usu in medicina*, alia de *fungorum origine* Luccæ anno 1741. 4°.

T. VI. *Franc. COGROSSI* De Sacchari vi aves occidentis; de Mimosa.

T. VIII. De China China. Philologia de Lauro.

§. MCCIV.

§. MCCIV. Laur. Garcin.

Sed etiam *Bibliothèque Italique* primum anno 1728. 8°. Laufannæ prodit. In ejus Tomo II. *Laurentus* GARCIN, qui Ludias viderat, M. PINGRE novam methodum pollicentem exagitat. De eodem argumento literæ GARCINI & MASSUETI existant in *Bibl. Gall.* T. XIV.

IDEM multa utilia adjecit ad *Dictionaire de Commerce* SAVARII.

EJUSDEM Descriptio Oxyoidis, & de Mufa, adnotationes *Philof. Transact.* n. 415. Tum *Eph. Nat. Cur.* Dec. II. ann. I. obf. 22.

EJUSDEM Mangostan *Phil. Transf.* n. 431. quam nunc LINNÆUS dicit Garciniam.

EJUSDEM Cypri seu Hennæ historia n. 489.

EJUSDEM Salvadora novum genus n. 491. calyce monophyllo quadrilobo, staminibus quatuor ex tubæ basi natis, stylo simplici, bacca rotunda monosperma, adfinis RIVINIÆ.

Observationes etiam cum J. BURMANNO communicavit, quæ ad Amboniense opus RUMPHII accefferunt, ut characterem arboris Bilimbing, quæ sit prunus decastemon, petalis quinque, tuba quinquefida, calyce semiquinquefido, bacca quinqueloculari, feminibus sex & septem. Iterum characterem *Nannam*, flore pentapetalo decastemone, tuba simplici, calyce quadrifido, segmentis duobus majoribus cochlearis figura, fructu semiorbiculari curvilineo tuberculoso, femine unico reniformi.

In *Journ. Helv.* anno 1744. mense Sept. edidit *Létre a l'occasion de quelques remèdes nouveaux & expériences qu'il a decouvertes dans ses voyages.*

§. MCCV. J. Diet. Leopold. F. B. v. Lindern.

J. Dieterich LEOPOLD M. L. edidit Ulmæ anno 1728. 8°. *delicias sylvestras Floræ Ulmensis.* Ordo alphabeticus, nomina latina & Germanica. Subalpinæ aliquæ plantæ intercedunt; cæterum multas varietates admittit, plantasque non semper certas.

Francisci Balthazar LINDER seu von LINDERN, medici Argentoratensis, *Tournefortii Asiaticus*, opusculum, cujus ope tiro plantas circa Argentinam nascentes facillime dignoscere possit. Argentor. 1728. 8°. Plurimas icones ad naturam delineari curaverat, quas mihi olim ostendit, sed pictor oleo usus est, quo vix perinde minutæ circumscriptiones duci possunt. Earum iconum aliquas & in hoc opere edidit, & in sequente: hic ordo per menses dispositus, plantæ aliquæ raræ, etiam novæ, ut Pyxidaria, quam Cl. ALLIONE LINDERNIAM dixit.

EJUSDEM *Hortus Asiaticus, plantas in Asia, imprimis circa Argentinam nascentes, ordine designans* Argentor. anno 1747. 8°. Prius opusculum auctum,

ctum, etiam secundum menses distributum, cum aliis iconibus. Plantas aliquas raras: ut Equimedium, ipse locis remotis plantavit, & reddidit indigenas.

§. MCCVI. J. G. H. Kramer.

J. Georg. Henrici KRAMER, medici militaris, *Tentamen novum, seu methodus RIVINOTOURNEFORTIANA herbas facillime cognoscendi* Dresden 1728. 8°. Nempe plantas primo secundum menses distribuit, quibus florent; deinde in tabulis disposuit, ubi ex methodo potissimum RIVINI ex flore, semine, habitu, quæque denique definitur. Confortia plantarum mirifica fecit, classibus omnibus, etiam generibus disiectis. Non monopetalas esse, quibus stamen ad petalon adheret.

EJUSDEM *Tentamen botanicum renovatum & auctum* Viennæ anno 1744. fol.°. In præfatione primum varia tradit de plantarum minus vulgo notis viribus, de methodo, de itineribus suis alpinis, de vocabulis technicis, de partibus & vegetatione plantarum, de vitibus &c. Tabulæ fere similes, ut multum utatur situ florum in summitate, in ramis, ex radice nascentium. Primæ tamen classès sunt ex RIVINO, floribusque regularibus vel difformibus. Passim errores intercedunt, & fabulosa.

EJUS *Haus- und Land-Apothek . . bewährte Mittel wider die auf dem Lande grassirenden Krankheiten* Augspurg 1757. 8°.

EJUSDEM De radice Cicute cum Petrofelino mistæ vi venenata, cum pro Asparago substituta fuisse. In *Conn. Lit. Nov.* hebd. 12.

Anno 1735. hebd. 3. Helianthemo phthifin sanari. De nonnullis plantis Hungariæ indigenis.

Hebd. 36. De Cotino in Hungaria nascente.

Anno 1741. n. 27. De oleo ex arillis uvarum, spiritu vini ex vinaceis, add. anno 1742. n. 20.

Anno 1744. hebd. 27. Ranunculum Thalictri folio descripsit & depinxit.

§. MCCVII. Belga.

Jardin de Hollande en fleurs, fruits, & orangeries Amsterdam 1728. 8°.

De manckeurige Bloemist of de nieuwe Nederlandsche Bloemhof Leiden 1728. 8°. ZOCHA. Amon idem liber.

§. MCCVIII. Sueci. Dani.

G. T. DAHLMAN *Den sårådige trågardsmåstårén* Stokholm 1728. 8°. *At. Suec.*

J. Adolphi JACOBÆI *De structura & vegetatione plantarum Hafniæ* 1728. 8°. *At. Dani.*

§. MCCIX.

§. MCCIX. *Cajfar Bose.*

Cajfar Bose, Professor Lipsiensis, disputationes varias botanicas edidit. ut Lipsiæ anno 1728. 4.*. *De motu plantarum sensus annulo.* Characterem Mimose veræ & spurix definit. Flores etiam solem sequentes, noctu florescentes aut clausis huc refert, rosæque de Jericho phenomena, & fructuum distillationes, & Zoophyta. Hæc omnia animæ plantarum tribuit.

EJUSDEM *De calyce TOURNEFORTII* Lipsiæ anno 1733. 4.*. Defendit summum virum, adversus PONTEDERAM, & calycis varietates recenset.

In *Art. Erudit.* anno 1734. florem Musæ descripsit.

§. MCCX. *Germani Varii.*

Christophori Danieli MELZERI & STEINII disputatio de *Corallii* Regiomont. anno 1728. 4.*.

J. C. DITHMAR *De trifolii cura* anno 1728. 8*.

EJUSDEM *Einleitung in die aconomische und Cameral-Wissenschaften, und Verzeichniß eines hierzu dienlichen Bücher-Vorraths* Frankfurt an der Oder anno 1745. 8*.

FR. PAROCIUS (nisi nomen corruptum est) *De rosa aurea omnique ævo sacra* anno 1728. 4*. BURCK.

J. Adam KULMUS *De plantarum earumque nutritione* Gedan. anno 1728. 4*.

EJUSDEM *De literis in ligno fagi repertis* anno 1730. 4*. ibid.

J. Georg RICHTER *Untersuchung vom Caffee* anno 1728. 4*.

IDEM *Von grünen Thee* Stargard.

Gründliche Einleitung zum Gartenbau Hamburg anno 1728. 4*.

§. MCCXI. *Adrian v. Royen.*]

Adriani v. ROYEN Horti Leidensis præfecti, & BOERHAVII successoris, quo hortum regente idem maxima incrementa cepit, disp. inauguralis de *anatomie* & *demonstratione plantarum* anno 1728. 4.*.

EJUSDEM *Oratio inauguralis, qua jucunda, utilis & necessaria medicina cultoribus commendatur doctrina botanica* Leidæ anno 1729. 4.*.

EJUSDEM *Carmen de plantarum amoribus & consuevitudo* Leidæ anno 1732. 4.*.

EJUSDEM *Flora Leidensis prodromus exhibens plantas, qua in horto Academico Lincobobatavo aluntur* Leidæ anno 1740. 8.*. Methodus nova, a LINNÆANA diversa, & naturali propior, multis placuit, quod genera ab ipsa natura conjuncta non perinde divelleret. Palmæ ergo, Lilia, Gramina, Amentaceæ. ju-
(*Bibl. Bos. T. II.*) FF liferæ

liferæ & coniferæ), capitatæ, discoideæ, radiatæ, planipetalæ, compositæ flaminibus liberis, Tricocce, apetalæ (vocat incompletas), fructifloræ, pleræque ex isostemonibus, calycifloræ, cucumeraceæ, polytemones, ringentes LINNÆI, didynamæ, columniferæ, oligantheræ, diploantheræ, polyantheræ singulæ classem efficiunt. In oligantheris habet nostras meostemones, & isostemones plerasque. Diploantheræ sunt nostræ diplostemones. Ipse catalogus ditissimus est, nomina LINNÆANA. Interperse passim novæ, etiam nova genera, additi characteres classici.

EJUSDEM *Elegia cum Botanices professionem poneret* Leid. anno 1754. 4°.*

§. MCCXII. J. H. Degner.

J. Hartmanni DEGNER, medici & Consulis Neomagensis, dissertatio de *Turpis sifens historiam naturalem cespitionis combustibilium, qui præcipue in Hollandia reperitur, & ligni loco usurpantur* Trajectii anno 1729. 8°.*. Germanice Frankfurt und Leipzig 1731. 8°. 1760. 8°. Bonus liber & utilis. Prima species turse huc non pertinet, ex limo facta. Sed ex Musco, cum paucis radiculis Ericæ, vilem, ad multa utilem cespitem componi docet, cumque Gramine palustris arundinaceo, ut Muscus & Gramen primaria ejus sit materia. Etiam analysin dat: spiritus alkalinus volatilis ex eo cespite paratur, tum extractum gummosum & resinofum; sed legi meretur.

EJUSDEM *Historia medica de dysenteria biliosa contagiosa* Trajectii edita anno 1738. 8°.* & recusa anno 1754. 8°.* tangi debet ob fuliorem de viribus Simarubæ in diarrhœa, & de radice Salap utilitate tractationem. Illum corticem, post legitimas evacuationes, ad longas diarrhœas commendat, non semper sufficientem. Fufe de Salap, quæ fructus sit. Solanum tuberosum in dysenteria laudat. De gutta gambi & Catechu.

§. MCCXIII. Lud. Bourguet.

Ludovici BOURGUET *Létre philosophique sur la génération & le mécanisme organique des plantes & des animaux* Amsterdam anno 1729. 12°.*. Pro evolutione.

§. MCCXIV. Germani.

Der neu angekommene Holländische Gärtner Nürnberg anno 1729. 12°.* 1737. 12°. Nobilis, ut videtur, auctoris & experti, qui artificia Batavorum calleat & aperiat. Subjicitur hortus hibernus, plantarum in aqua florentium. Altera pars pertinet ad arbores nanas, Aurantias & Citros.

Nachricht von einem Holz-Cabinete, welches anno 1729. in die Königl. Naturalien-Kammer zu Dresden geliefert worden Dresden und Leipzig 1729. 8°. BURCK.

J. B. PICTORII *gründlich informirter Gärtner* Nürnberg 1729. 8°.

J. F.

J. F. FELBER *immerwährender Ham- und Wirthschafts- Calender* Nürnberg 1729. 4°. ZOCHA. Frankfurt 1740. 4°.

J. Cajp. BARBERGER & FUGGART *Medicina sine remediū & medicamentū a pharmacopolio stantis* Bamberg 1729. 8°. TREW.

Christf. Heur. DANKWERTH's *woblieingerichtetes Kochbuch* Hanover 1769. 8°.

J. Ant. Joseph. SCRINCI & PETERSILKA *de usu & abusu corticis China China* Prag. 1729.

Dispensatorium Austriaco Viemense Wien anno 1729. fol.

§. MCCXV. Varii.

Martin WARREN *Epistola, in qua corticis Peruviani incertitudo & insalubritas explicatur* Cantabrig. anno 1729. 8°. SEGUIER.

SWAREZ de RIBERO *Pharmacopolium pauperum* Madrit 1729. 4°.

EJUSDEM *Clave medico chirurgica universal* Madrit anno 1730. Lexicon, quo etiam botanica continentur. CAP. de VILA 1738. 4°.

EJUSDEM *Manifestatio centuria secretorum a D. J. CURVO SEMMEDO expertorum & illusivatorum* Madrit 1736. 4°.

EJUSDEM *Observationes de CURVO (SEMMEDE) compendiate & illustrate cum admirabilibus arcanis medicis* Madrit 1735. 4°. CAP. de VIL.

EJUSDEM *Breviarium medico-chirurgicum variorum secretorum* ibid. anno 1739. 4°. 2. Vol. CAP. de VIL.

Georg. WALLIN *Nuptia arborum* Upsal. anno 1729. 4°. SEGUIER.

ALVEBEMES *Grundwahl til plantekamningen* Upsal. anno 1730. 16°. Putem esse Laurentii ROBERG: classium Tournefortianarum sunt nomina, & ad quamque icon alicujus floris pro exemplo.

§. MCCXVI. Melchior de Ruischer. Belge.

Melchior de ROUSCHER *Naturlyke historie van de Cochenille bevezeren met autentique Documenten* Amsterdam anno 1729. 8°. Belgice & Gallice. Testimoniis publicis Notariorum confirmavit, animal esse, non fructum, quod in arte tinctoria dicitur *Cocheniile*.

Exstat in *Philosopb. Transact.* II. 413. & in MYLII *Phys. Belustigingen*.

J. ONELING *De Opio* Groning. 1730. 4°.

Pharmacopœa Groningana Groning. 1730. 4°.

§. MCCXVII. J. H. Kniphof.

J. Hieronymus KNIPHOF, Professor Erfordientis, anno 1729. in *BUEHNERI Miscellaneis* disseruit de modo plantarum imagines fuligine exprimenti.

Ad epistolam BRUKMANNI respondet Erfurt. anno 1733. 4.* *Antwort auf D. BRUKMANN'S Schreiben, wie die Krauter nach dem Leben abzdrukken.* Dicitur anno 1729. ab extero, & eo artificio expressas plantas, cum titulo *Botanica in originali, seu Herbarium vivum, oder lebendiges Krauterbuch, in welchem Blöthen- Baum- und Küchen- Gewächse abgedruckt, samt dem aconomischen und physikalischen Nutzen beschrieben, atramento impreßum* Erfordis edere cepit anno 1733. fol.

Centuria I. eodem fere titulo bis anno 1733. edita fuit, alterum nempe exemplum cum commentario.

Inde opera I. *God. TRAMPE* Hall. fol. Centur. I. ad XII. ab anno 1756. prodiit ad 1766.

Distinctum opus est *Botanica in originali pharmaceutica* Erford. 1733. fol. cum figg. coloratis TREW. & *Zweytes Hundert durch CHRISTIAN REICHART beschrieben* ibid.

EJUSDEM *Examen succedaneorum quorundam corticis Peruviani febrisugi* Erford. anno 1747. 4.*. De Hippocastano, Fraxino, Pruno sylvestri, nucibus Cupressi, Gallis, Gentiana, Chamæmelo, quod laudat, Cascarilla, quam in quotidiana febre Chinæ Chinæ præfert.

EJUSDEM *De Gramine levidensi at præcellentissimo* Erford. anno 1747. 4.*. Gramine nempe canino, cujus vires medicatas laudat.

EJUSDEM *Physicalische Untersuchung des Pelzes, welchen die Natur durch Faulniß auf einigen Wiesen hervorgebracht hat* Erford. anno 1753. 4.*. Conserva hiis facta fragilibus. Auctor ex Gramine per eluvionem macerato putam natam esse: telam corpori humano adplicatam nocuisse.

EJUSDEM *Abhandlung vom Salat* Erfurt anno 1757.

S. P. GASSER J. C. *Einleitung zu den aconomischen, politischen und Cameral-Wissenschaften* Hall 1729. 4.*. Si huc facit.

§. MCCXVIII. Hans Egede.

Hans EGEDE *Gamle Grönlands nye perlspration* Hafniæ anno 1729. 4.*. fed multo auctius & perfectius anno 1741. 4.*. *, & Germanice Francofurti anno 1730. 4.*. *, Berolin. anno 1763. 4.*., vertente J. G. KRUNIZ. Anglice London 1745. 8.*. Gallice vertente des ROCHES de PARTHENAY Paris anno 1763. 8.*. Pius homo & temporibus dignus apostolicis, maximo suo labore obtinuit, ut in Gronlandiam occidentalem mitteretur, Evangelium genti detritæ & effertæ nunciaturus. Miserrimæ regionis historiam naturalem dedit, & in ea etiam plantarum aliquarum meminit, quarum nonnullas depinxit, diversas a MARTENSIIANIS, & magis meridionales.

§. MCCXIX.

§. MCCXIX. G. B. Bulpinger.

In *Comm. Acad. Petrop.* Ann. IV. exstant *Georgii Bernhaldi BULPINGERI* obfervationes de tracheis plantarum, ex Melone; fasciculos nempe vaforum vidit, robullis latexibus, per totam plantam protenfos, inmilfos fibris ligneis.

In Tomo V. Adnotationes de foliis & radicibus Cichorii. Ex fectione radicis novas radices prodire ex limite corticis & ligni, prodire etiam ex fegmentis radicis quater divife, ut vir ILL. conflantiam in regenerandis novis plantis admiratus fit. Perpetuo ex parte inferiori radices prodeunt, ex fuperiori folia.

In Tomo VI. De fructibus frondifloris & Limone pręgnante, Malo ex apice floreante, Rofa prolifera.

§. MCCXX. Gali.

In *Hift. de l'Acad. des Sciences* anni 1729. Cl. DORTOVS de MAIRAN Sensitive, etiam a luce exclufam, ad diei & noctis alternas vires explicari & connivere.

Urbanus LEAUTE' Ergo Sagou phibificū prodeft Paris anno 1729. 4°. 1734. BALD.

§. MCCXXI. Angli.

A Catalogue of trees shrubs plants and flowers which are hardy enough to bear the cold of our climate and the open air, and are propagated in the gardens near London: by a Society of gardeners London anno 1730. fol. magn°. Plantę pleręque exoticę, cum figuris coloratis: plufculę inprimis coniferę, & pleręque omnino fruticofę. Aliquę etiam varietates.

John COWELL The curious and practical gardener London anno 1730. 8°. Bonus vir & candidus. 1. Aliqua de terrę varietate & aptis ad quamque fpeciem feminibus. 2. De cultu Bananas, Ananas, Guajavę. 3. De bulbofis plantis. Fas feri vult, ut novę varietates obtineantur. 4. De forma & cultu arborum pomiferarum. 5. Sive eft BRADLEYII five COWELLII I. de Aloe Americana, quę apud COWELLUM floruit, de Cerec sexangulo, & de Mefpilo spinofa biflora. Aliquę icones adjectę.

Johannes CLARKE, qui ex Madera, & Virginia pulchras plantas cum accurata hiftoria foli retulit, COWELLO dictus (u), nihil ut puto fcripfit.

R. BROOKES *Natural hiftory of Chocolate* London 1730. 8°.

In ejus *Introduction to phyfik and furgery* London 1763. 8°. continetur etiam botanica.

EJUSDEM *Natural history of vegetables as well foreign as indigenous* London anno 1763. 12.*. qui sextus Tomus est compendii physici. Materia medica, seu catalogus plantarum ad cibos, ad medicamenta, ad alios usus humanos pertinentium. Breviter ipsas utilitates addit. Miræ passim nominum confusiones. Pro Solano tuberoso Helianthum describit &c. Arum recens in pilulis cum aliquo amaro gummi fingit. Succos plantarum dat abundantissime. Cicer calculosis dolores augere. Icones passim additæ.

Edward WRIGHT *Observations made in travelling through France and Italy* London anno 1730. 4.*. Plantas rariores, & arbores non illaudatas dimisit, tunc agri vitiumque cultum.

George RYE *Observations on agriculture* Dublin 1730. 8*.

Charles CARTER *the complete practical Cook* London 1730. 4*.

D. RADCLIFFE *Practical dispensatory* vix huc facit London 1730. 8*. editum, curante E. STROTHER.

§. MCCXXII. *Joh. Junker.*

Joh. JUNKER *Chemia confectum theoretico-practicum* Hall. anno 1730. 4*. 1738. 4* 1750. 4*. Germanice 1749. 1753. Editio II. Gallice versa, & a D. de MACHT edita est Paris anno 1757. 12*. sex Vol.*. Passim ad herborum præparaciones & vires. Alterne subjecto sale augeri oleum essentielle. Tomus VI. multa etiam de plantis habet.

EJUSDEM *De masticatione foliorum Tabaci in Anglia usitata* Hall. 1745. 4*.

EJUSDEM *De cortice Peruvianis discreto & solertium experimentando* ibid. 1759. 4*.

EJUSDEM *Compendium materiae medicae* ibid. 1760. 4*.

§. MCCXXIII. *Galli.*

Nullus annus adjectus est collectioni tabularum *Livre des differentes espèces d'oiseaux, fleurs, plantes & trophées de la Chine, tiré du Cabinet du Roi de France & gravé par Huepner GO. grandes planches* Bibl. NEAUME.

Nicolaï GROËLIER *Observations curieuses sur toutes les parties de la physique* Paris anno 1730. Conf. p. 110.

§. MCCXXIV. *Varii.*

Discorso apologetico per el Chocolate Madrid anno 1730.

Joseph SERER *Lettera sopra la bevanda del Caffè Europeo* Veron. anno 1730. Commendat fecale tostum, loco Coffeæ, Rosæ folia pro Thea.

Sebastian

Sebastian da ROCHA PITTA Historia d' America a Portuguezza Lisbon. anno 1730. fol. Aliqua etiam de Canna Saccharina, Tabaco, Manyoc, Aypi, Oriza, planta fenitiva, Vanilla, Amomo, Cacao, aliisque.

§. MCCXXV. Germani.

Des Seidenbaues Balance mit andern landwirthschaftlichen Nutzungen Berlin 1730. 4°. LEHM.

Schlesisches und Brandenburgisches Land - Hau - und Wirthschafts - Buch Nürnberg 1730. 4°.

Gutbefundenes Gartenbuch, item von Bienen und Tathen 1730. 8°. ZOCHA.

J. Christ. BAUMBERTNERS vollständige, liebliche und annehmliche Gartenluft Nürnberg 1730. 8°.

EJUSDEM Gartenluft in Gebenstiffen rarer zur Gartnerey gehörigen Künsten Nürnberg 1732. 8°.

Gottfried Ephraim BERNER Sambucum in Cerafo germinantem, & alia id genus vidit *Eph. Nat. Cur.* Vol. II. obf. 72.

J. Conradi STEIGERTHAL, Archiatri olim Hannoverani, De Cerco Peruviano, qui Noribergæ anno 1730. floruit, cum floribus descriptione *Philos. Transact.* n. 416.

In AË. Erudit. Lips. anno 1730. existat *Frutex ad verum suum genus relatus* a J. F. S. Nempæ amici olim nostri *J. Friderici SCHREIBER, alius equidem studiis innutriti lib. de Cacalia, quæ KLEINIA.*

Philippus Johannes von STRAHLENBERG edidit anno 1730. *Das Nord- und Oestliche Theil von Asien* Stokholm anno 1730. 4°.*. Caput XIII. quo agitur de Sibirix historia naturali, etiam arbores & plantas ejus regionis tradit, & eorum usus economicos.

Ernestus Christophorus BARCHEWITZ, miles, sex annis vixit in Insula Letti, proxime insulam Timor. Idiota equidem, tamen arbores Moluccarum cultas & spontaneas hactenus descripsit. Ejus Ostindianische Reisebeschreibung Chemnitz anno 1730. 8°.* prodiit.

§. MCCXXVI. H. F. Teichmeyer.

Hermannii Friderici TEICHMEYER, Soceri nostri, & Professoris Jenensis, De suffocatione ex nullo fermentante Jen. 1729. 4°.*

EJUSDEM De Caspeba seu Pareira brava Jen. anno 1730. 8°.

EJUSDEM De sale, essentiali vini ibid. anno 1730. 4°.

Ejus

EJUS *De Coralliorum rubrorum tinctoriis* Jen. 1734. 4*.

EJUSDEM *Institutiones botanicae* Jen. anno 1737. 8*.* 1764. 8*. Brevis libellus, titonibus destinatus. Definitiones partium plantarum, florisque, & *methodus BOERHAAVIANA.*

EJUSDEM *Institutiones materiae medicae* Jen. anno 1737. 4*.* secundum classes suorum effectuum.

EJUSDEM *De sale de Seignette* Jen. anno 1742. 4*. Germanice versum, & cum commentariis editum, opusculum a *Godofredo Henrico BURGHARD* Breslaw. anno 1729. 8*.* Huc pertinet, quod is sal ex Soda cum crystallis tartari paritur. Artem autem conficiendi salis primus ILL. uoster Socer aperuit. *BURGHARDUS* acrius in eum commentatus est.

Hermanni Pauli JUCH Specificum antifebrile Erfurt anno 1730. 4*.

EJUSDEM *De genuino Amygdalarum in medicina usu* Erford. anno 1733. 4*.*. Aquam odoratam, oleum ex amaris amygdalis paulum subacre.

EJUSDEM *De Camphora* Erford. anno 1737. 4*.

EJUSDEM *De Coronopa subaerino culinarum acetario* anno 1739. 4*.*. Plantaginis nempe species, cujus vis tonica laudatur.

EJUSDEM & *PRÆTORII Analysis de vera indole & virtute Rhabarbari* ibid. anno 1745. 4*.* Extracta facit aquosa & spirituosa, & resinolum multo uberiorius obtinuit, quam *NEUMANNUS.*

EJUSDEM & *ZANGERL De Ebulo, ejusque usu medico* Erford. anno 1745. 4*.*. Ad vires medicas.

EJUSDEM *De radice China, ejusque limitanda laudibus* anno 1753. 4*.

§. MCCXXVII. *M. Sarrazin.*

Michael SARRAZIN, medicus Quebeci, De succo saccharato *Aceris* facchariferi fructu minoris egit anno 1730. in *historia Acad. Reg. Scient.* Ut succus Saccharo coquendo aptus obtineatur, debet arboris pes nive tectus esse, quæ ad solem colliquefat, nocteque priori oportet gelaſſe. *Mureris* etiam *Apocynum Snyrnæum Saccharum* dare.

§. MCCXXVIII. *Albertus Seba.*

Alberti SEBA, Aromatarii Amstelodamensis, *Præparatio vegetabilium in Phil. Transf.* n. 416. Nempe de selectis foliorum & fructuum.

IDEM *Locupletissimus verum naturalium thesaurus* descripsit, quos collegerat, & quorum magnificum indicem cepit edere anno 1734. fol.*. Primo hoc volumine

lumine continentur Sceleti foliorum, fructuum, radicum. Inde icones plantarum rariorum, Sugo, Mori papiriferæ, (hæc a KÆMPFERIANA diversa), Camphoræ, Sideroxyli, Maffoy, Acnellæ, Schœnanthi, Ligni sancti.

Successerunt T. II. 1735. T. III. 1758. T. IV. 1765. In Tomo III. repertias fungos aliquos, & passim plantas potissimum marinas.

EJUSDEM Nova aromata *Eph. Nat. Cur.* Vol. IV. obf. 62. Radix Sarsia feu Acori palustris veri. Placenta Cattagambar. Radix Salab, Radix Cekan & Trazo, Radix Casminaris, Cortex Laholi, Cortex Jubaba, Radix Pefulina.

EJUSDEM *Catalogus van de cabiues van . . . Zeegewassen . . . Amsterdam anno 1752.* 8°.

§. MCCXXIX. *Journal de Trévoux.*

In *Journal de Trévoux* anno 1730. Varia monita in LABATUM de plantis Insularum Antillarum. De Rucu, Taulala, Maranta. Et iterum de Frangipana, Jasmino, Cujei, Manjoc.

In Mense *Februario* De Copaiva, tribus speciebus ligni lactei, de Cerafo, quæ MALFIGHIA, Canella, Amomo, Goffypio arboreo, Mahot, Mibi Seriana.

In Mense *Martio* De arboribus Alifier, Bois immortel, Canelle des Isles, a LABATO male pro Cinnamomo habita, Aro, quæ pro radice China data est.

In Mense *Junio* iterum de Acafchu, Ligno fetido, Cacao, Bignonia, Vanilla tribus speciebus.

D. de POMESNIL in S. Domingo primus Coffeam coluit ab anno 1715. P. MARGAT promittit Geographiam, historicam & œconomicam physicamque ejus insulæ. Ita M. de TRÉVOUX mense *Jun.*

§. MCCXXX. *M. Gatesby.*

Marci GATESBY *Natural history of Carolina, Florida, and the Bahama Islands* T. I. London anno 1731. fol.*. T. II. anno 1743. fol.*. Gallice & Anglice. Germanice Nürnberg 1750. fol. Ipse Americam adierat. Plurimas plantas raras depictas dedit, Castaneam Chinkapin, Cypressum Americanam, Quercus varias, Ipecacohanam, quæ Podophyllum, Xanthoxylon, Aristolochiam, Serpenteriam, Terebinthum elemiferam, Hypopityn unistram, Magnolias, Toxicodendron, Tulipiferam, Sassafras, Platanum, Juglandes aliquas, Gale ceriferam, Lobeliam Plumerii, Eleutheriam Winterianam, Brasiletto, Cassinen, Batattam, Liquidambar, lignum Campechianum, duas Saracenas, Indian Pink (Anthelminticam), Plumerias, Mançanillam, Balsamiferam, Catesbæam, præter plurimas, quarum genera nondum erant definita. Icones aqua forti, non
(*Bibl. Bot. T. II.*) G g fcalpro

scalpro factæ, sed bonæ, ut tamen nolis characteres requirere. In addita hiftoria naturali Carolinam describit, tum cerealia & alias plantas edules aut utiles. Tabulæ sunt 200.

Secuta est *Appendix viginti tabularum*, in quibus Cacao, Vanilla, Acafcchu, Stewartia, aliæ pinguntur London. 1748. fol.

Sola hiftoria naturalis, seu *Beschreibung von Carolina, Florida, und den Bahamas Inseln* &c. prodit Nürnberg 1767. fol.

§. MCCXXXI. J. Dom. Civinini.

Giovanni Domenico CIVININI *Della Storia e natura del Caffè discorso Academico* Firenze anno 1731. 4^o.*. Hiftoria potus Coffeæ ex D. GALANI icon ab ANTONIO JUSSIBO sumta.

EJUSDEM *Della Storia degli agrumi lezione Academica* Firenze 1734. 4^o.*. Mala medica esse, quæ nobis Citria, & paulo ante ALEXANDRI tempora Atheniensibus civibus dono data innotuisse. Aurea poma esse Aurantia: & eo pertinere Persicum pomum MACROBII & PALLADII, quo ævo vulgo in Italia culta fuerint, ut alias monuimus.

§. MCCXXXII. J. Arbuthnot.

John ARBUTHNOT *An essay concerning the nature of aliments* London anno 1731. 8^o.* alii 1730. Germanice versum *Deutliche Regel zur Ordnung in Essen und Trinken* Hamburg anno 1744. 8^o.*. Gallice *Essai sur le choix des aliments* Paris anno 1741. 12^o. RAST. 1755. 8^o. BOERHAAVIANUS. Cæterum huc pertinet C. 3. de natura & fabrica vegetabilium, de eorum usu medico, spiritui rector, &c. Summa genera fere sequitur.

In parte secunda, quæ præctici est argumenti, peculiariter de oleis, fructibus, aliisque esculentis agit & potulentis, deque cujusque indole & effectu, ut Theæ &c. Corticem Chinæ Chinæ etiam adversus pestem & gangrænam laudavit.

§. MCCXXXIII. Jethro Tull.

Jethro TULL *New horse hoeing husbandry or an essay of the principles of tillage and vegetation* London anno 1731. 4^o. 1733. fol. OSB. 1739.

EJUSDEM *Supplement to the horse hoeing husbandry* anno 1739. Germanice *Abhandlung von dem Ackerbau* anno 1752. 8^o. Hunc potissimum auctorem factus est Cl. du HAMEL in *Traité de la culture des terres* Paris 1753. 12^o.

Mea editio est anni 1762. 8^o.* aliquantum aucta, & detractis litibus brevior. Vir nobilis, per Meridionalem Europam iter fecerat, aliquot annis in Septi-

Septimania vixerat, legerat antiquos, comparaverat nuperorum labores, domum ipse agrum coluerat, excitati ingenii vir, & proprias sibi semitas aperturi. Princeps ei finis fuit, terram ita subvertere, ut quam plurima spatiosa inter ejus particulas nascerentur, in quæ radicule se diffunderent. Nutritionem enim plantæ æstimabat esse in ratione superficiei internæ terræ, in quas radices agi possent: ut nutritio vero ita fertilitas. Experimenta multa profert, ut aratro, suffocave terra, plantarum magnitudo & proventus auctus sit, & correctus languor. Ipsam simum nihil facere nisi mobilitatem. Non solam aquam plantas nutrire, neque earum aliquem sensum esse, quo alimentum sibi idoneum eligant, & vacuatas noxiosve succos perinde a radicibus adtrahi. Principem adeo scopum omnis arationis esse terræ subactionem intimam, eamque experimento factæ plus posse, quam simum. Ut ergo mobilitatem eam adquirerat, noster duos, ad summum tres, sulcos ducit, in quos semina demittat. Deinde vacuas areolas relinquit 5. vel 6. pedum latitudine, in quas radices se diffundant. Eas areolas quater arat, aratro proprio, absque rotis, quo ligonem se putat imitari. Deinde semina non de manu spargit, sed de cista bioculari dimittit, ut eorum nihil pereat. Ita & sementis facit compendium, & simi, & semina æqua profunditate, & æquis intervallis diffundit, ut in numerosiores culmos, & robustiores, & pinguiores spicas latus convalscent, neque ulla quies agro indulgeatur. Aratra propria & instrumenta excogitavit: ad percindendam terram aratrum quatuor cultris instructum, quod eadem vulgo deferitur: tum aratrum illud *horse hoe*, quod ligonis vives repleat, & aratrum cum cistis semen dimittentibus, quod in hac ultima editione perfecit. Calculis positus & multo minus (noncuplo) se sumtus facere putat, & messes æquales obtinere, perpetuo meliores, ut terra magis adtenuatur, & vacuum agrum nunquam pati. Inde peculiariter cultum describit raporum, tritici, onobrychidis, medicæ, quam fatetur & optimam sibi terram posse, & a gramine paulo ferius aut ocyus supplantari. Desideratur, quod simi usum voluerit abolere; quod nimis elevatas velit areolas quas conferit, terræ superficiei augeri persuasus; quod aratrum quatuor cultrorum unice novo cespiti rescindendo conveniat. Rusticis potissimum displicet instrumentorum pretium: & labor, qui ipis inanis videtur, arandi, ubi nihil feras.

§. MCCXXXIV. *Germani Varii.*

J. Jac. JANTKE *Selectum materie medicæ* Noriberg. anno 1731. 8°. 1749. 8°. etiam 1720. 8°.

Theodori HASMI *De ligno Sittim* Bremæ anno 1731. 8°. in EJUSDEM *Diff. & obs. philologicarum Sylogæ* Bremæ 1732. In ea de ligno Sittim, de rubo Mosis.

J. Rud. CRAMER & J. Rud. RAHN *Disputatio philologica de Myrto* Turi anno 1731. 4°.

Allgemeines oconomisches Lexicon, nebst Anhange eines land- und hawwirthschaftlichen Calenders Leipzig anno 1731. 8°. HUTN. 1734. 8°.

Hoc etiam anno cepit prodire *Großes Universal-Lexicon aller Künste und Wissenschaften* Leipzig 1731. ad 49. 64. Vol.* fol. B. B. Etiam botanica continet.

J. Herman FÜRSTENAU'S *Gründliche Anleitung zu der Haushaltungskunst und denen dahin gehörigen fürnehmsten Schriften* Lemgow anno 1736. 8°. Si agriculturam continet.

EJUSDEM *Desiderata Oeconomica* Rinteln anno 1731. 4°.

EJUSDEM *Einleitung zur Haushaltungs- Vieh- Arzneykunst* Wolfenbüttel anno 1747. 8°.

Eigentliche Art, den Seidenbau mit Nutzen zu tractiren Berlin 1731. 8°.

J. Nicol. MARTINI *Methode von Bestellung des Wald- und Forstwesens* Ulm 1731. 8°. ZOCHA.

Der zu allerley guten Getränken anweisende wohlthätige Kellermeister, oder von Wein, Bier, Eßig, Meth und Braudenwein Nürnberg 1731. 8°. 2. Vol.

Gosfried's von MEYERN *kluger Hausvater* Frankfurt 1731. 8°.

§. MCCXXXV. Comm. Bononienses.

Hoc anno ceperunt prodire *De Bononiensi artium & scientiarum Instituto Commentarii* Bonon. 4. maj.*. edente docto Viro & eloquente, Francisco Maria ZANOTTI. Commentarii peculiariter respondent fere *Historia Academia Regia Parisina*, & breves continent commentationes. Ad rem nostram pertinet *Herculii* CORATHI planta, in aqua pluvia orta, Conservæ, ut videtur, species.

J. Maria STANCARI De Fungi Melitenis vi sanguinem cogente experimentum. Nulla videtur.

EJUSDEM De Opio : vim esse in parte oleosa.

Pleniora sunt, quæ dicuntur Opuscula. Integ ea hoc volumine continentur Hippoliti Francisci ALBERTINI De cortice Peruviano dissertatio, clinici argumenti.

FANTINUS De Acnella : utique calculosis conferre.

§. MCCXXXVI. *Commercium Literarium Noricum.*

Aliud & plurimum ad botanicen lucis adfulurum, Diarium hoc ipso etiam anno cepit edi, *Commercium nempe Litterarium Noricum, ad rei medicæ & naturalis incrementum institutum* Noribergæ anno 1731. 4°. a Societate quidem medica, sed tamen potissimum a C. Jacobo TREWIO viro ILL. elaboratum. In eo multæ quidem sunt librorum censura, & extracta ex iis, quæ utiliora visâ sunt. Multa tamen etiam propria subacti laboris opuscula intercedunt.

In anno I. *J. Sebastianum* ALBRECHT agit De Belladonnæ effectibus venenatis & funestis p. 332. tum anno II. n. 16.

In anno 1736. p. 91. IDEM De vi corticis Peruvianæ ad gangrænam.

De feminibus intra Melopeponem germinantibus *Fol. V. obf. 23.*

Anno 1741. De bulbis Lilii albi caulinis, & de pomis fero florentibus.

In *Eph. Nat. Cur. Vol. VI. obf. 121.* Cretici Thlaspidii flores ex fume Tabaci decolores.

• *Fol. IIX. obf. 11.* Folia Raphani, quæ in foramen propriæ radicis defecerunt.

Fol. IX. Rosas Saticis nihil vel boni portendere, vel mali.

In *Actu Eruditorum* hujus anni Musca describitur.

§. MCCXXXVII. ALBERTUS von HALLER.

Hoc etiam anno primum aliqua ad rem herbariam pertinentia edidi. Ab anno 1728. ingens opus molitus eram, Historiam stirpium Helvetiæ. Ad eam proprio labore herbas colligere ceperam, omniumque characteres naturales ad BOERHAAVII morem consignare. Eodem anno longum per alpes iter absolveram, Sabaudicas, Valesiacas, Bernenses: deinde anno 1730. Simmix valles alpes porreptaveram, anno vero 1731. Valesiacas, Bernenses aliquas, & Juræ culmina. Cura passim nova aliqua reperirem, cepi, quæ putabam me detexisse, ea publici juris facere. In primo ergo anno *Commercii Literarii Norici* anno 1731. descripsi Androsacen flore scilicet, & Xeranthemum, quod non differt ab Austriaca Parmica.

Veronicam alpinam Bugulæ facie anno 1732. n. 38.

Saxifragiam alpinam foliis Androsaces villosæ n. 12. nempe Gregorianam.

Anno 1733. Orchidem SCHEUCHZERO non dictam, sed CHOMELIO & MICHELIO.

Anno 1734. Astragalum Helveticum SCHEUCHZERI, qui Hedyfarum alpinum est, & Veronicam frutescentem, quam a Serpyllifolia superavi.

Anno 1735. Orchidem rotundum, cum caractere; & Melampyrum flore hiante, nemini prius dictum præter CELSIUM, cujus catalogum ignorabam.

Anno 1736. Alchimillam &c. quæ est Cherleria.

Anno 1740. n. 1. Aliqua de Digitali & de Polypodii caractere monui.

In *Philos. Transact.* n. 472. Cyani novam speciem descripsi.

Anno 1735. in Diario Tiguri edito, cui titulum fecerant *Tempus Helveticæ. edidi Iter Alpinum* anni 1731. recufum in *opusculis meis*. Alpinas aliquas defcripsi, Melampyrum, flore hiante; Dryadem, ut nunc vocatur, a Caryophyllata fepearavi, Cherleriam primum dixi, & Aretiam feffilem.

Anno 1736. poft multa interim absoluta itinera alpina, Gottingam ad cadhedram etiam botanicam vocatus, in ftudium herbarum merito incubui.

De *methodo ftudii botanici* Programma inauguralis edidi anno 1736. 4.* Mufcorum discrimina tradidi, & oftendi quod inde a LINNÆO effectum eft, Mufcos rofeos proxime a Mnio diltare: deinde in plantis, in univerfum, ftaminum ad petala rationem confideravi, & diploftemonum cladem, & ifofte- monum, & anifofte monum conftitui, quæ omnia in recentiora fyftemata recepta funt. Gentianas tentavi diftinguere, fere tredecim. Rediit in *Opusculis*.

De *Veronicis quibusdam alpinis* Spec. I. & II. edidi Gottingæ anno 1737. 4.*. Fufe defcripsi, & fynonyma collegi, ad Veronicam frutescentem, Bugulafo- liam, Bellidifoliam, & icones addidi.

Sic eodem anno De *Pedicularibus* egi 4.* ut *specimen* darum *Historia ftirpium in Helvetia fonte nascentium*. Species defcripsi tredecim, novas aliquas addidi, confufas conatus fum fepearare.

Ex itinere in *fyftam Hercynicam* hac æftate suscepto *obfervationes botanica* prodierunt Gottingæ anno 1738. 4.* recufe in *opusculis*. Sifymbrii fpeciem nemini poft THALIAM dictam definivi & delincavi. Plantas aliquas rariores conatus fum conftituere, Petafitidem DILLENII, Pirolam Itaminibus redtis, diu a LINNÆO recufatam, Melampyrum corollis hiantibus CELSII, Solidagi- nem Saracenicam latifoliam, alia.

De *botanices utilitate Oratio* anno 1739. 4*. dicta Gottingæ & in *Opusculis*.

Iter Helveticum anni 1739. defcripsi Gottingæ, 1740. 4.*. & in *Opusculis*. Rariores plantarum fynonyma fimili opera conatus fum extricare. Rariores aliquos dixi, ut Limodorum, Carduum Lappæ capitulis, Hesperidem Ser- ratifoliam, Bryi novam fpeciem, & Sphagni, pleniufque CHERLERIAM, Altra- galum fericeum, Daucum Alfacicum, Saxifragiam GREGORIANAM.

Enumeratiorem plantarum indigenarum Helvetiæ Gottingæ anno 1742. fol.* editam interim omitto, tantum ut adnotem, de eo libro ex eo botanices ftatu iudicari debere, qualis tunc erat, non ex eo, qui nunc eft. Certe qui Gentianas, Astragalos, Allia, Aretias, eo tempore notas, & in univerfum alpinas plantas, cum iis contulerit, quæ tunc exiltabant hiftoriis, is de meo labore poterit iudicium ferre.

Enumerationem plantarum in Horto Gottingenfi nascentium Gottingæ anno 1743. 8.* edidi, brevem, ut horti, quem nuper condidifsem. Aliqua in eo nova, ut Lychnis Sibirica, Fagopyrum Sibiricum &c.

In

In *Upsalienfis Societatis Literariae* actis anno 1742. Amethylinam constituit.

Flora Jenensis RUPPIANÆ editionem Jenæ anno 1744. 8.* datam curavi. In ipsis locis natalibus plantas RUPPIANAS recensui, icones plusculas addidi, Plantaginellæ, Hyssopifoliæ, Lactucæ Salicinæ, Jacobæ parvisloræ, Hesperidias, Myrrhidias aureæ, passim etiam plantas raras descripsi.

Alii genus naturale constitutum Göttingæ prodit anno 1745. 4.* & in *Opusculis*. Unicum genus esse Allii, Cepæ & Porri ostendi, neque ullo modo separari posse. Inde species, quas haberem, accurate describere, synonyma colligere sum conatus, aliquarum etiam icones addidi, obsoleti Allii, & atro-purpurei.

Opuscula botanica recensita, retractata & aucta Göttingæ anno 1749. 8.*. Prius quæ dixi, ea emendata continet, & aucta; potissimum etiam Allium.

Enumeratio plantarum Horti Regii & agrî Göttingensis aucta & emendata Göttingæ anno 1753. 8.* secuta est. Multo plenior & accuratior. Passim additæ descriptiones plantarum rariorum aut novarum, quales ab amicis acceperam, ut, in exemplo, duarum Potentillarum Sibiricarum.

In *Opusculis Germanicis* pauca huc faciunt, de plantis Coromandlicæ &c.

In *Commentariis novæ Societatis Scientiarum* Göttingensis plantas novas descriptas dedi, Cyanum anno I. calyce plumoso, Cyanum calycibus splendentibus dentatis, Amethylinam, Horminum pendulum, Geranium uniflorum. Raras etiam, & nondum fatis notas, dixi Cirsiî alpinum genus, Valerianam tetralteomonem, Phlomidem AMMANNI, Melilotum latissimis filiquis, Orchidem lilifoliam, Lerchiam. Aliqua etiam in generibus & speciebus vulgo receptis correxi.

In Tomo II. Allium Suevicum, & Russicum, & Astragalum curva filiqua, aliisque erectum, & perpulchrum Teucrium, & Rhamnum parum cognitum, Nepetam, Chenopodium spinulosum, & Axyrin depinxi, aliasque plantas descripsi & defini.

Misi etiam ad eandem Societatem fufum de *Orchidum genere libellum*; tum alium de *plantis novis*; alium de *Graminibus nondum dictis*, quæ in ejus Societatis chartis latent.

In *Diario Helvetico, Taurinensi, & Bernensi* septem libellos edidi, dum majus opus edere differebam, qui omnes demum in *Artu Helveticis* prodierunt, & primo *Orchidum genus constitutum* dedi in iis Artu anni 1760. inque Vol. IV. difficile certe opus, & necessarium, cum in pulchro genere alii nimias species distinguerent, alii verissimas expungerent, & haberent pro varietatibus. Collegi ergo species Orchidum in Helvetia nascentes 39. & ex fabrica Itanium in quatuor genera divisi, delineari curavi, & minutissime descripsi, ut litium feret finis. Inter eas aliquæ perraræ sunt.

Ence-

Emendationum stirpium Helveticarum Pars I. prodiit Bernæ anno 1759. 4.* Finis fuit emendare, quæ in magno meo opere non satis firma fuissent, species rite distinguere, quarum discrimina nondum accurate definita haberentur; veras species vindicare, quas nuperi botanices scriptores oppressissent; species nuper inventas, aut novas, addere prioribus. Novas aliquas adjeci, ut *Alfines* species tres. Recusa est Basileæ in Vol. VI.

Inde in *Miscellaneorum Societatis Turicensis* Tomo II. anno 1760. editæ secundam partem *emendationum* dedi, qua prior per reliquas classes stirpium continuatur. Genita hic nova, & Aster novus hic adparent, & Hieracii species evolvi. Recusa est Basil. in Vol. VI. *Aÿ. Helv.*

Emendationum Pars III. post nova itinera Basileæ anno 1760. exeunte edita est. Multæ hic plantæ novæ, Musci, Lichenes, Salices, Gramina, tum Saxifragiæ aliquæ, *Alfina*, *Laferpitium*, *Cardamine*, *Phaca*, *Carduus*, & *Cyano* similis planta, *Hieracium*, *Taraxacum*.

Emendationum Pars IV. Bernæ ad finem anni 1761. prodiit 8*. Correctiones aliquas Muscorum continet & *Salicum*, & *Graminum* novas species, & *Saxifragam*, & *Hesperidem*, & *Betonicam*, & *Achilleam*, & *Asterem ramossissimum*. Basileæ recusa est in Vol. VI. *Aÿ. Helv.* aliquanto emendatior.

Pars V. anno 1763. exeunte Basileæ in *Aÿ.* Vol. V. prodiit. Pertinet iterum ad *Mulcos*: novum hic *Geranium*, novam *Turritidem* descripsi.

Pars VI. Basileæ successit anno 1764. in Vol. VI. *Aÿ. Helv.* Iterum aliquæ plantæ separatæ, & novæ *Anemones*, *Primulæ*, *Gentianæ* species.

Anno 1745. Ad quartum Tomum operis WEINMANNIANI præfationem addidi, de iconibus plantarum a Germanis paratis.

In *Diario Bernensi, Abhandlungen und Beobachtungen durch die oeconomiche Gesellschaft zu Bern* anno 1763. n. 2. Fructicum & arborum Helvetiæ indigenarum catalogum dedi.

In eodem Diario anno 1764. opera rustica exposui, quæ Rupe susceperam.

Denique anno 1768. successit Bernæ *Historia stirpium Helvetiæ indigenarum* fol. Tom. 3*. Præfatio compendium historici naturalis Helvetiæ continet & potissimum Alpium. Methodus mea est, aliquanto perfectior, cum classes superiores a staminum ad petala ratione repetitæ hic in minores ordines dividantur, plerosque naturales. Genera subinde a LINNEANIS diversa, nomina sæpe. Plantæ omnes ad naturam descriptæ, nonnullæ in 48. tabulis depictæ. Subiecta est utilitas oconomica & medica, breviter omnia, ut vix quidquam critica dederim. Plantarum numerus paulo infra 2000. quem potuissent leguminibus auxisse, aliisque passim absque cultu provenientibus plantis edulibus. Novæ plusculæ, & multæ hic primum definitæ, potissimum in magnis generibus *Orchidum*, *Veronicarum*, *Gentianarum*, *Saxifragiarum*, *Graminum*, *Mulcorum*.

Ejus

Ejus operis nomina sola cum titulo *Nomenclatorû stirpium Helvetiæ indi-
genarum* prodierunt Bernæ anno 1768. 8.*. Pauculæ emendationes acceperunt
nuper natæ.

Mea est etiam in *Mém. de la Soc. Oecon. de Berne* anno 1770. P. I. descri-
ptio plantarum, quæ ad armentorum & pecudum pabulum feruntur, quas
inter & Sulla est f. Hedyfarum, & Faronche f. trifolium stellatum, & *Birdgras*
graminis paniculati sp. Scopus est, ita has plantas pabulares definire, ut de ea-
rum vera specie constare possit.

Inde *Agrostographiæ SCHEUCHZERI Supplementum*. Descriptiones ra-
riorum graminum, plerumque novorum, quæ inter plantas siccas SCHEUCHZERO-
RUM fuerunt. In *Miscell. Turin.* T. IV. editum esse puto Turin. 1771. 4.*.

In *methodo studii medici* botanices etiam aliquam historiam edidi, quæ
librum Amstelodami anno 1751. 4.*. vitiose excusum, Veneti in sua nova edi-
tione multo magis corruperunt.

§. MCCXXXVIII. *Iterum Germani aliqui.*

Fridericus ZWINGER, Professor Basileensis, *Theodori* filius, edidit anno
1731. *positiones anatomico botanicæ* 4.*. Pauculæ sunt adnotationes botanici ar-
gumenti.

IDEM in *BRUKERI memorabilibus* passim adnotationes botanicas, & cata-
logos stirpium in vicinia sponte nascentium adjecit.

Fungum longo petiolo in *As. Helvet.* I. descripsit.

IDEM patris Theatrum botanicum edidit, recognovit & auxit.

Johannus Godofredi UNGER & HAHNII Papiro frutes, Lipsiæ 1731. 4.*.*.
Philologia, & descriptio collectanea.

Melchior SCHERB, Helvetus, *De loco & situ plantarum* Basl. 1731. 4.*.*.

Samuel CORYLUS dictus *NITCHMANN* De *Corylo Jacobi* Leid. anno 1732.
fol. in *IKENII* thesauro.

Pharmacopœa Lewardienfis Leeuwaard. anno 1731. 12*.

Gottlieb STOLIE *Historie der medicinischen Gelahrtheit* huc referas, etsi non
fuit peritus Botanices Jen. anno 1731. 4.*.*.

Diffensatorium Borusso-Brandenburgicum anno 1731. fol. *SCHULZ*.

§. MCCXXXIX. *Transactiones Philosophicæ.*

In *Philosophicis Transactionibus* anni 1731. n. 418. *T. MADDEN* ostendit,
aquam stillatitiam Laurocerati ex pessimis venenis esse.

(*Bibl. Bot. Tom. II.*)

H h

Martini

Martini TRIEWALD De floribus in aqua, cui bulbi immerfi, maturius florentibus.

IDEM suam Caldarii fabricam descripsit in I. Trim. 1739. *Wetensjk. Acad. Handl.* & in Trim. II. de cultu Lupuli egit.

EJUSDEM De peregrinarum arborum in Suecia plantatione experimenta, ut Amygdalorum.

• EJUSDEM De vegetatione feminum melonum vetustorum. In *Pb. Transf.* n. 464.

EJUSDEM in *Wetensjk. Handl.* anno 1741. n. 2. De Melonum cultu.

EJUSDEM De Filicini cineris ad saponem parandum utilitate ib. anno 1742. n. 2. & De ferendo Secali tolto cum Hordeo.

EJUSDEM De viribus Camphoræ in Mania anno 1744. n. 1.

De palude conferenda ex rustici *Taps Matts* LAURENTII F. indicatione.

EJUSDEM De Agricultura Germaniæ borealis ib. n. 2.

EJUSDEM De Glycyrrhizæ cultu n. 3.

EJUSDEM De cultu Lathyri tuberosi n. 4.

• Anno 1745. n. 1. 2. 3. 4. & anno 1746. n. 12. De cultu Mororum & Serici in Suecia.

N. 420. *Cromwell* MORTIMERI Experimenta circa vim venenatam aquæ LAUROCERASI.

William HOUSTOUN Contrayervæ icon & descriptio n. 421. LINNÆUS inde DORSTENIAM dixit.

IDEM Catalogum M. S. plantarum Jamaicæ, Cubæ, Venetiæ, & Campechiæ, annis 1728. 1729. & 1732. lectarum ineditum reliquit.

In *Mercurio* anni 1731. Febr. reperitur epistola D. le BOEUF, Joignienfis, *sur la bonté des vins de Joigny*. Egregia esse vina & paria Altitudiorenlibus.

EJUSDEM *Lettre au sujet de l'ordonnance de Bocchus Mercurio* 1732. *Mars*. Colles patriæ suæ ad vina proferenda eximia paratos esse.

§. MCCXL. Galli.

Nicolai le ROY de St. AIGNAN Ergo *Ananæ alimentum medicamentum* Paris anno 1731. 4.*.

Lud. Job. le THUILLIER & *Rob. Hub.* LINGUET. Ergo *alimenta Saccharo condita salubria* Paris 1731. 4.*.

Catalogue du Cabinet les S. de la FAILLE en coraux &c. la Haye 1731. 8°.

§. MCCXLI.

§. MCCXLI. *Thomas, Short.*

Thomas Short Explanation of the technical words made use of in botany London anno 1731. ut video.

EJUSDEM *Medicina Britannica, Or a treatise on such physical plants as are found in the field, or gardens in great Britain* London. anno 1747. 8°.*, quæ secunda est editio, prior anni, ni fallor, 1745. Plantæ 329. secundum ordinem alphabeti recensæ, cum farragine virium medicatarum undiquaque collecta. Adjecta est appendix de modo, quo plantæ ad usus medicos colliguntur, præparantur, destillantur, ut vocant.

EJUSDEM *Discourse on Tea, Sugar, Milk, made wines, spirits, Punch, Tobacco, with plain and useful rules for gouty people* London. anno 1750. 8°.*. Ediderat, uti lego anno 1731. tractatum de Thea, quem hic puto repeti. Pondera indicat, quæ quæque species Theæ in aqua frigida, calida, aut in spiritu vini amiserit, & quæ putat particularum copiam indicare, quas quisque liquor solvit: plus autem Thea amittit in aqua. Extractum gummofum, grati odoris, paravit: sal fixus ex mediorum classe est. De viribus medicis fufe, quas in plurimis morbis admittit. Validius infusum Theæ viridis, scopo adhibet emetico. Saccharum valde laudat. Varia vina factitia describit, & hydromellis salubritatem commendat. Debilior & deterior est spiritus frumenti, quam vini spiritus. Tafia seu Rum salubrior est utroque, iterumque melior spiritus Orizæ Arak. Potum Punch commendat. Cerevisiam ex fabis pisive optimam coqui posse sperat. Cerevisiam cæterum in frigidis regionibus, in calidis vinum præfert. Multa alia non huc pertinent.

§. MCCXLII. *J. O. Radbek.*

J. Olai RUBEK, Olai filii, planta Sceptrium Carolinum dicta Upsal. anno 1731. 4°.*. Splendida species Pedicularis, quam Sueci nomine Regio decoraverat, cum bona descriptione, icone & caractere. Patri inventam tribuit.



LIB. X.

L I N N Æ U S.

§. MCCXLIII.

Hoc anno 1732. primum *Caroli LINNÆI* opusculum prodiit, viri, qui maximam in universa re herbaria conversionem molitus est, & qui omnino pene integre suo sine est potitus. A natura ardente animo instructus, acerrima imaginatione, ingenio systematico, opportunitatibus imprimis posteriore suæ vitæ parte usus copiosissimis, cum ex universo orbe undique ad eum certatim naturales thesauri confluerent, omnibus sui animi viribus, quas possidet maximas, in novam rei herbariæ constitutionem incubuit: seque vivente & superstite placita sua a plerisque suis coetaneis recepta vidit. Neque dissimulari potest, multo accuratius, quam prius solebat, ab eo singulas plantæ partes definitas esse, multoque magis naturam exprimere, quæ nunc dantur, descriptiones, etsi novam fere linguam ad eam rem excoGITatam fuisse fatendum est. Reliqua sigillatim addemus.

• Prima in *Act. Lit. Suec.* annorum 1732. & 1735. edita est *Flora Laponica*, ex itinere nata, quod eo ipso anno 1732. emensus est. Hic primum videas classes superiores a staminibus sumtas, inferiores a tubis, utrasque a numero, situ, & aliquando a proportione, quam nunc methodum sexualem vocant. Multæ potillimum apetalæ.

Inde anno 1735. edidit *Systema nature*, in cujus parte botanica eadem methodus redit, perque eam genera disponuntur, quam porro methodum vir Cl. tenuit. Summo labore genera constituta esse, & characteres redintegratos, palam est: ipse ordo a natura certe longissime recedit, qui naturales classes divellat, & plantas dissimilimas colliget, separet simillimas. Altera est editio anno 1740. 8.* hæctenus solorum nominum.

Germanice versa est ea editio, & Germ. atque latine edita a *J. Joachimo LANGE* Hallæ anno 1740. 4.* HUTH.

In editione IV. Paris anno 1744. 8.* ab auctore emendata, nomina Gallica accesserunt. Quæque etiam nova editio generum numero priores superat.

Editio

Editio eadem, cura Cl. AGNETHLERI Hallæ anno 1747. 8°. excusa est.

Editio VI. Holmiæ cum tabulis æneis prodit anno 1748. 8°. & Lipsiæ anno 1748. 8°.

Alia Holmiæ anno 1753. 8°. HARTMANNUS partem edidit, quæ spectat ad plantas, Suecice versam.

Anno 1756. 8°. Leidæ editio auctior successit, editioni VI. similis, in qua breves adfunt generum characteres, hætenus utiles, quod specificas notas cujusque generis contineant. Recusa est Luceæ anno 1758. 8°.

Editio X. Holmiæ anno 1759. 8°. multum præstat prioribus, cum species generibus subjectas habeat, absque equidem synonymis. Hæc editio Hallæ recusa fuit cura J. JOACHIMI LANGE anno 1760. 8°. 2. Vol. tum Lipsiæ anno 1762. 8°. & Vindobonæ 1767. 8°. nisi hæc ad sequentem facta est.

Editio XII. nuper Holmiæ anno 1767. 8°. edita*. Passim aliqua emendavit, ut in Epipactide, & multa addidit.

Adjecit huic editioni *plantarum Mantissem*, in qua genera novæ 45. species multæ, & emendationes, & descriptiones.

EJUSDEM *Musa Cliffortiana* Leid. anno 1736. 4°. Hartecampii floruerat in Georgi CLIFFORT horto, quo patrono LINNÆUS aliquamdiu usus est. Plena historia & character expeditus, etsi alii Cl. viri paulo aliter florem se habere repererunt: difficilis enim & paradoxa planta est.

EJUSDEM *Bibliotheca botanica* Amsterdam. anno 1736. 8°. Etsi parum plena est, neque subito potuit plena nasci, ingenii tamen sui auctoris veltigia fert, in tabulis inque tota dispositione.

Una prodierunt *Fundamenta botanica*, plantæ potissimum partes variis modis in classes & ordines conjectæ, earum definitiones: neccarium constitutum, non perpetuo sui similis particula. Deinde leges constituendorum generum, nominum, specierum, varietatum. Vires classicæ. Recusa sunt Paris anno 1744. 8°. Luceæ anno 1758. 8°.*.

EJUSDEM *Flora Laponica ex itinere anni 1732*. Amsterdam. anno 1737. 8°. Magno labore juvenis acerrimus deserta, paludes, sylvas, & montes Laponiæ peragraverat. Plantas in vasta regione legerat omnino 537. sed inter eas novas passim, & raras, boreales plantas. Utilitatem medicam & æconomicam ubique addidit, qualem ab indigenis percepit, adnotationes etiam botanicas interspersit, icones demum plufculas liberalitate Societatis privatæ Amstelodamensis adjutus adjecit.

EJUSDEM *Genera plantarum eorumque classes naturales secundam numerum, figuram, situm & proportionem omnium fructificationis partium* Leidæ anno 1737. 8°.*.

Et *Corollarium generum plantarum* &c. ibid. eodem anno 8°. Methodus, quam dixi, ut plerumque numerus staminum agmen ducat, aliquando proportio, ut in didynamiis, tetradynamiis, aut coalitus, ut in Syngenesia, in columniferis, in papilionaceis, aut situs, ut in Gynandriis, Monœciis, Dioœciis, Polygamis. Totus equidem cuique generi character naturalis præfigitur, ut tamen velles forsîm expressum, quod quodque genus peculiare habet, & quo separatur ab adfinibus.

Sepe recudi fecit, semper insigniter auctum opus, etiam emendatum, ut Leidæ anno 1742. 8°. Halle anno 1752. 8°. Holmiæ anno 1754. 8°. & 1764. Viennæ 1767. 8°. Ad finem, plerisque in editionibus, adjecti sunt ordines 58. naturales, subjecta genera incommoda, quæ nondum locum in naturali aliqua classe repererunt.

EJUSDEM *Hortus Cliffortianus plantas exhibens, quas in hortu secit & vivu Hortæcampi coluit* G. CLIFFORT Amsterdæ. anno 1737. fol.* Splendidum opus, pulchris ornatum tabulis æneis, ex liberalitate *Georgii CLIFFORT*. Hic incipit (ut in Flora Laponica) vir Cl. species generibus subjicere, & synonyma, in plantis fere peregrinis & hortenibus, quarum multæ raræ & novæ. Intercedunt passim adnotationes aliquæ botanicæ. Icones hic reperias *Colinsonia*, *Rauwolfia*, *Turnera*, *Diervilla*, *Parkinsonia*, *Bauhinia*, *Heliocapi*, *Browallia*, *Martynia*, *Amorpha*, *Dalea*, *Siegesbeckia*, *Milleria*, *Lobelia*, *Ambajeruni*, *Dioscorea*, *Kiggelaria*, *Cliffortia*, *Hernandia*, *Huwa*, *Rocella*.

EJUSDEM *Critica botanica, in qua nomina plantarum generica, specifica & variantia examini subjiciuntur* Leidæ anno 1737. 8°. Partem quartam fundamentorum botanicorum hic uberius deducit, quæ agit de nominibus plantarum. Generum nomina vult sibi stare, neque ab ulla similitudine deduci, neque barbariem sapere. Nomina Cl. virorum in plantis suadet dedicari, rectius, quam *VAILLANTIUS*. Nomina specierum jubet definitionem exprimere suæ plantæ: ideoque *RIVINIANA* & *BAUHINIANA* reject. IDEM tamen in posterioribus operibus præter nomina erudita *trivialia* introduxit, quorum vulgo usus esset, & quæ ipsa sunt *RIVINI* nomina. Multum hoc opere sibi confavit invidiæ *AUCTOR*, quo, ut puto, voluit rationem reddere, cur nomina in re herbaria recepta undique rejecerit.

EJUSDEM *Classes plantarum, seu systemata plantarum a fructificatione desumpta* Leid. anno 1738. 8°. Pars fundamentorum II. Exponit methodos hætenus notas, ab ipso retro *CÆSALPINO*: subjungit propriam, a calyce sumptam, nunquam tamen in ipsa re adhibitam: tum ordines plantarum 65. quos putet naturales esse, & methodos aliquas, quibus aliquæ classes in suos ordines & genera dividuntur.

Cum in locum *ROBERGII* successisset vir Cl. cepit dissertationes edere, fere omnes novis aut rebus, aut de rebus judiciis, conspicuas.

Oratio

Oratio inauguralis de necessitate peregrinationis per patriam hæc huc spectat Leidæ anno 1743. 8.* excusa, qua utilitas botanices ornatur, etiam ideo, quod ab exteris sæpe plantæ redimantur, quæ botanici in patria detexerint &c. Redit in *Amanitatum* T. II.

Inter disputationes prima nobis est de *Betula nana* Upsal. anno 1743. Fruticulus borealis hic descriptus & depictus, absque tamen charactere.

Oratio De telurii habitabilis incremento Upsal. anno 1743. 4.* & in *Amœnitate* T. II. Hic primum novam profert hypothesin, unicum individuum androgynarum plantarum, unum par sexu distinctarum a principio natum fuisse: inde reliqua individua sensim prognata. De fecunditate plantarum ex numero feminum, variisque adminiculis.

Ficus anno 1744. 4.* Species variaz, & varietates sexus, & caprificatio. Femininos flores fecundari polline ab insectis propriis adlato: nova unidique theoria, de qua nuperorum varia sunt judicia.

EJUSDEM *Peloria* anno 1744. 4.* Monstrum plantæ a KALNIO detectum: Flos Liniariz in aliam tubulosam figuram degenerat, & quinque nunc stamina habet, & quinque calcaria. In variis Antirrhinis ejusmodi flores a nuperis detecti sunt.

EJUSDEM *Oelänkska och gothlänska resa* Holm. anno 1745. 8.*. Germanice Leipzig 1764. 8*. Hall. 1765. 8*. Iter in insulas meridionales & calidiores Sueciæ, plantis raris plenas. Per universam quidem naturam vir Cl. rariora hic venatus est, in primis tamen etiam plantas, quarum characteres passim constituit, utilitates a paganis didicit, locos natales etiam inexpectatos detexit: potissimum ad tinctoriam artem utiles plantas indagavit.

EJUSDEM *Flora Suecica exhibens plantas per regnum Suecia nascentes* Holm. anno 1745. 8.*. Plantarum species 1140. cum utilitatis medicæ compendio, loco natali, passim etiam adnotationibus. Multas ubique veras meridionalium regionum species pro varietatibus habuit, quas ipse non legisset. Nonnumquam in alios scriptores asperius animadvertit.

Alia editio multum aucta prodit anno 1755. 8.*. Plantæ fere 1300. Adnotationes numerosiores.

EJUSDEM *Corallia Baltica* Upsal. anno 1745. 4.*. Ea ad polyporum opera refert: cæterum Gothlandica *Corallia* describit & depicta dat.

EJUSDEM & R. MARTIN *Planta Martinoburseriane* Upsal anno 1745. 4.*, herbas nempe BURSERI siccas in 25. volumina repositas, quas Petrus MARTIN recenserat. Redit hic earum catalogus cum nominibus LINNÆANIS, aut nostris. Duas Veronicas diversissimas conjungit 148. 150. Ad finem character est arboris, quæ gummi Guttæ fert.

EJUSDEM

EJUSDEM *Hortus Upsalensis* anno 1745. 4°. nuper nempe hibernaculis & tepidarius ornatus. Catalogus brevis, vitæ RUDBECKIORUM adjectæ. Prior RUDBECKIUS hortum condidit, alter patrem in adornandis Campis Elysiis adjuvit.

EJUSDEM *Passiflora* anno 1745. 4°. species 22. descriptæ, aut certe definitæ, præter 18. dubias.

EJUSDEM *De Anandria* anno 1745. 4°. Petasitis genus flore clauso, in Sibirica proveniens. Offendit suum stamineum tubum habere.

EJUSDEM *Acrostichum* anno 1745. 4°. Cum ei generi characterem fecerit, totum dorsum feminali scobe obtitum habere, describit 18. plantas filicinas, plerasque peregrinas, quibus ea nota est.

EJUSDEM & WAHLBOM *Sponsalia plantarum* anno 1746. 4°. nempe de fecundatione partium femininarum floris, quæ per masculum antherarum pollinem fit. Vivere etiam plantas, dormire, & alia similia habere animalium. Ubi tuba longior est staminibus, flos fere nutat. Antheræ ubique ita disponuntur, ut pollinem tubis inspergere possint. Recusa est disertatio Luceæ anno 1758. 8°. & in linguam Italicam conversa.

EJUSDEM *Flora Ceylanica, seu planta Indicæ Ceylonia* a P. HERMANNO ab annis 1670. ad 1677. lectæ, ab Augusto GUNTHERO orbi reddita. Stokholm. anno 1747. 8°. Pharmacopola Hafnienfis quinque volumina plantarum siccarum, in Ceylonia a P. HERMANNO lectarum, cum LINNÆO communicavit. Is pro suo in plantas amore eas scrutatus, numerosissima nova genera contulit, reliquas stirpes aut ad sua genera reduxit, aut quæ obscura erant & dubia deseruit. Novas passim descripsit, alias depinxit.

EJUSDEM *Wassgöta resa* Holm. anno 1747. 8°. Multa iterum ad plantarum characteres & vires medicas, aut venenatas, pertinentia huc pertinet; has potissimum in Phellandryo, Cicuta aquatica, Crambe. Theæ Suevicæ nemiunt &c. Zosteræ characterem descripsit &c. Germanice Lipsiæ 1765. 8°.

EJUSDEM *Nova genera plantarum* Upsal. anno 1747. 4°. Multa genera ex Ceylanicis HERMANNI, alia etiam aliunde ab ILL. viro repetita, etiam Europæa, ut Camphorosma, Inula, Zosteræ, Cervaria, Bufonia.

EJUSDEM *Vires plantarum* Upsal. anno 1747. 4°. Potissimum de viribus classicis plantarum agit. Afclepiadem pro suspecta habet, dulcicia laudat.

EJUSDEM *Hortus Upsalensis* Holm. anno 1748. 8°. Catalogus plantarum in Succia sponte nascentium, quas in horto coluit. Numerus insignis, & multæ plantæ, quarum genus unica specie contentum est; Sapor libri, qui horti Cliffortiani, nonnullæ etiam adnovationes & icones, nomina sæpe nova & genera commutata.

EJUSDEM *Flora œconomica* Upsal. anno 1748. 4°. Plantarum Suecicarum utilitas œconomica, & medica. Multa hic auctori propria.

EJUSDEM

EJUSDEM *De curiositate naturali* Upsal. anno 1748. 4.*; hominis charactere proprio, qui ex terra fit, per regnum vegetabile, per insecta, per aves sensim perfecta, quoad digna sit, quæ in hominem abeat.

Viridarian Clifortianum Amsterdani anno 1748. 8*. Non vidi.

Amnitates Academica ceperunt edi Holmiæ & Lipsiæ anno 1749. 8.* tomusque primus eodem anno etiam Leidæ 8.* recusus est. Continet dissertationes, quas recensimus: tum alias non hujus argumenti. Passim aliqua Auctor adjecit & monuit.

EJUSDEM *Materia medica*, L. I. *de plantis* Holmiæ anno 1749. 8.*. Plantas plurimas, & celeberrimas, ob utilitatem medicam, ut tamen verum earum genus ignoraretur, ad sua genera revocavit, ut Ipecacoanham ad Caprifolium, Cocculus ad Menispermum, Been album ad Centauream, Myrobalanos Embllicas ad Phyllanthum, Pareiram bravam ad Cissampelon. Varias etiam plantas ob vires medicatas celebrat, quas officinæ ignorant. Ginseng bacciferam a Ninseng umbellifera separavit. Salap ad Orchidem Morionem reducit. Sed totum opus legere oportet, quod fit inter optima auctoris. Cum *Lud. TESSARI Materia medica contraïta* prodiit Venet. 1762. 8*.

EJUSDEM *De Oeconomia Naturæ* anno 1749. 4.*. Ut ex Musco paludum terra utilis renascatur. Erucas hæcenus utiles esse, quod noxia Gramina coercant, quæ sola imperium pratorum sibi sumtura fuissent. Omnia in tellure demum ad hominis utilitatem conspirare. Ubi staminibus tuba longiora, ibi flores mutant, ut tubæ secundari possint; & secundari iidem eriguntur. Ubi flores masculi infra femininos ponuntur, ibi folia tenuissima, acerosa, impediunt, ne pollen feminalis sursum evolet, ut in coniferis.

EJUSDEM *Lignum Colubrinum* Upsal. anno 1749. 4.*. Triplicem antidotum esse Serpentum morsus, Mungos nempe Kampteri: Modira Caniram Horti Malabarici, Strychni speciem, in officinis cum nomine ligni Colubriini receptam, suspectam tamen: Demum Ophioxylon foliis quaternis LINN.

EJUSDEM *De radice Senega* Upsal. anno 1749. 4.* & ea occasione de multis Polygalæ speciebus, quo Penæam refert & Polygaloides. Demum de Seneca, seu radice gentis Zoumoutan, quæ sanguinem coactum apta sit dissolvere, ex TENNENTI experimento.*

EJUSDEM & LOEFLINGII *Gemma arborum* Upsal. anno 1749. 4.*. Multa gemmarum genera distinguit & describit; & modum, quo folia complicantur; & successionem foliorum, fructuumque, qui ex gemmis nascuntur. Classes, quas constituit, numerosis exemplis illustrat. Peregrinæ & calidæ plantæ fere gemmis destituuntur. Ipse gemmæ fiunt aut foliis, aut petiolis, aut stipulis, aut his omnibus. Ita quatuor classes nascuntur. Bulbi gemmæ sunt.

(*Bibl. Bot. T. II.*)

Li

EJUSDEM:

EJUSDEM & HESSELGREN *Pan Suecæ* anno 1749. 4.*. Catalogus nempe plantarum, quas equus, bos, capra, ovis & fus aut oblatas in cibum vertunt, aut vicilium retutarunt, in 2314. experimentis & 816. stirpium specibus. Duabus hic adnotationibus locus est; plurimas nempe plantas siccas edules fieri, quas recentes & succulentas armenta & pecora refutant: deinde aliis & aliis in regionibus alium his animalibus fuisse gustum. Equifeti radices mei porci rejecerunt.

EJUSDEM & Laurentii MONTIN *Splachnum* Upsal. anno 1750. 4.*. nempe de Musco Norvegico umbraculo maximo & patente: tum de alio Musco genere: denique de Bryo, quod vir Cl. Splachnis adnumerat, etsi non habet umbraculum; adjunctus est Juncus glauca biflora terminali.

EJUSDEM & P. J. BERGH *Semina Muscorum* Ib. anno 1750. 4.*. Negaeque femina Muscorum nota habuisse, etsi MICHELIIUS, & DILLENIIUS, & gemmas & pollinem capsularum utique accurate sunt rimati. Quæ etiam pro feminibus Vir Cl. habet, nos gemmis adnumeramus.

EJUSDEM *Skonska resa* Stokholm. anno 1751. 8.*. Itineris in Scaziam anno 1749. suscepti descriptio. De cultu paludum molliorum. De planta venenata *Stakan*, ex qua morbi epidemici armentorum quotannis fere oriuntur: Oenanthen innoxiam esse. De Mauna ex Gramine anatum parata. Character Subulariæ. Fungus muscarius cimices necat &c.

EJUSDEM *Philosophia botanica, in qua explicantur fundamenta plantarum, cum definitionibus variorum* Holm. anno 1751. 8.*. Opus magui momenti, & multi laboris, cujus fructus in breves aphorismos collecti hic habentur. Omittimus historica; sequuntur partes plantarum, & floris, & nectaria. Multa & pulchra de floribus plenis. Viventium a principio quamque speciem unico pare constitisse. Pro sexu stirpium & fecundatione tubæ per antherarum pollinem. Novis species nasci. A fructificatione (ut vocat) characteres sumi debere, habitum clanculum consuli. Florem tamen fructui præferri. Iterum critica de nominibus. Nomina trivialia. Contra varietates, quas plurimus admittit, ubi nos species videmus: & ideo fere pro varietatibus habet, quod facie differant, etsi fructificatione conveniunt. Notas distinctionum mavult a minimis fumere particulis. Vires classicas descendit. Terminos technicos iconibus explicat &c.

EJUSDEM *Planta Kamtschatenses variores* Upsal. anno 1751. 4.*. Planta: novæ ex Kamtschatka adlatæ; passim cum descriptione; nova etiam genera, ut Anabasis, Cimicifuga. Aliquæ etiam delineatæ.

EJUSDEM *De sapore medicamentorum* anno 1751. 8.*. Pro definitione variorum medicarum ex sapore.

EJUSDEM *Annotatum Academicarum volumen secundum* Holm. 1751. 8.*. Disputationes post primum volumen editas, cum duabus, quas diximus, orationibus continet, tum alia, & nonnullas emendationes.

EJUSDEM

EJUSDEM *Nova plantarum genera* Upsal. anno 1751. 4.*. potissimum ex KALMII itinere nata, ex conversis MITCHELLII generibus, ex nominibus aliorum auctorum mutatis, aliisve adnotationibus. Stellariam nunc a Corispermone separat.

EJUSDEM *Plantæ hybride* Ib. anno 1751. 4.*. Memorabile opusculum. Novas species plantarum perpetuo augeri: novasque imprimis ex adulterio gigni, quando pulvis antherarum alienæ plantæ tubas conspergit. Exempla adducit, Veronicam inter & Verbenam natæ plantæ: alterius ab Anemomorpho & Calendula genitæ, iterum alterius ex Primula & Cortufa. Multas etiam dudum notas stirpes huc trahit, ut violaceum Glaucium ex Chelidonio & Rhœadæ: Romanam Urticam, Cymbalariam &c. Verum certum est, hybridas plantas steriles esse, & difficillime propagari: plurima etiam exempla hic produci, ubi duo parentes spurii putati partus multis & terris & maribus remoti vivunt.

EJUSDEM *Obstacula medicinae* Ib. anno 1752. 4.*. Recte notat, quam neglexerit medici in stirpium virtutibus definiendis se gesserint, morbos non distinxerint, vires alienas tribuerint, plantas inertes, etiam noxias, pro utilis per errorem adhibuerint, ipsas plantas ignoraverint &c.

EJUSDEM *Plantæ esculenta patria* Ib. anno 1752. 4.*. Plantas recenset, quæ durissimis temporibus, & in annonæ summa difficultate, possunt in cibum recipi. Eo etiam Scirpium refert, Daucum, Charophyllum sylvestre, Polygonum, Fagopyrum volubile, Filipendulam, Glandes, ipsum Lolium, Empeprum, Tulipam. Sequuntur succedanea, Cicer pro Coffea, Calendula pro Croco &c.

EJUSDEM *Euphorbia* Ib. anno 1752. 4.*. Difficile etiam nunc genus describuntur & definiuntur 53. species, pleræque ad naturam.

EJUSDEM *Odores medicamentorum* Ib. anno 1752. 4.*. quorum multi in vegetabilibus habitant.

EJUSDEM *Rhabarbarum* Ib. anno 1752. 12.*. Crispam speciem, etiam olim in horto nostro dictam, pro vera habet & officinali.

EJUSDEM *Cui bono* Ib. anno 1752. 4.*. Apologia pro historia naturali; Muscorum & Lichenum utilitates Graminumque, tum plantarum perenniarum.

EJUSDEM & FORSKOHI. *Hospita insectorum Flora* Ib. anno 1752. 4.*. Catalogus plantarum cum insectis, quæ in quaque amant pasci, sæpe numerosissima.

In *Museo Tessiniano* Holm. anno 1753. fol.* aliqua medica sunt.

EJUSDEM magnum opus *Species plantarum, exhibentes plantas vite cognitatas, ad genera relatas, cum differentiis specieum, nominibus trivialibus, synonymia selectis, loci natalibus* Stockholm. anno 1753. 8.* 2.Vol.*. Primum adnotasse oportet, solas hic plantas recenseri, quas auctor coram habuerit, numerosissimas

simas adeo, etiam Europeas, onitti, quoties viri oculos fugerant. Deinde copiosissimum tamen esse catalogum, cum undique per discipulos, amicos, etiam ignotos, plantæ rarissimæ ad Cl. virum confluerint. Passim priora sua placita emendavit, & quas varietates dixerat, inter species recensuit. Rariores passim describit.

Idem opus retractatum & auctum vir Cl. anno 1762. edidit 2.Vol. 8.* potissimum Indicis & peregrinis plantis ditius. Studium idem. Iterum passim aliquas species recepit, quibus fidem negaverat, & tamen in plusculis pergit in sententia, quam nuper demum deseruit, ut plerasque nunc pro speciebus agnoscat, quas inter varietates relegaverat. Maximum opus, & æternum, plenius futurum, si aliis, etiam plantarum gnaris viris, fidem habuisset, qui in regione magis australi plantas septentrioni a natura negatas recentes & florentes viderunt.

EJUSDEM *Vernatio arborum* Upsal. anno 1753. 4.* Tabula, in qua dies, quibus 19. arbores in diversis Sueciæ provinciis florere ceperunt, & Hordeum satum, iterumque demessum est.

EJUSDEM *Incrementa botanices* Ib. anno 1753. 4.*. Merita de re herbaria patrum, fundatorum, systematicorum, & reformatorum, quorum ordo cum LINNÆO incipit.

EJUSDEM *Demonstrationes plantarum in horto Upsaliensi* anno 1753. ibid. anno 1753. 4.*. Catalogus plantarum horti, cum rariorum aliqua descriptione. Nomina trivialia.

EJUSDEM *Herbationes Upsalienses* Ib. anno 1753. 4.*. Quatuor parva itinera circa Upsaliam definiuntur, & in quoque recensetur, quæ plantæ repellantur, nominibus folis trivialibus.

EJUSDEM *Instructio Musei* Ib. anno 1753. 4.*. De plantarum exsiccatione, conservatione, de nonnullis celebribus hortis siccis.

Hic clauditur Volumen III. *Amanitatum Academicarum* Holmiæ 1756. 8.* excusum.

EJUSDEM *Plantæ officinales* Upsal. anno 1753. 4.*. Catalogus Linnæanus plantarum, quarum aliqua pars in medicinam recipitur: de modo, quo integerrimæ ferventur: de iis, quæ in Suecia possint provenire.

EJUSDEM *Censura medicamentorum simplicium vegetabilium* Ib. anno 1753. 4.*. Rejicit inutilia, commendat efficaciores plantas, quarum vires sæpe parum notas indicat.

EJUSDEM *Flora Anglica* Ib. anno 1754. 4.*. Catalogus Linnæanus nominum trivialium: cedere Sueciæ Floræ Sylvaticarum & alpinarum numero, superare eandem marinis (& calidiorum regionum plantis). Dubias aliquas subjicit, quæ nobis videntur certissimæ. Ejus.

EJUSDEM *Stationes plantarum* Ib. anno 1754. 4.*. nempe solum, quod quæque planta requirit, & in quo solo perfectionem sibi debitam attingit. Classes sunt aquaticæ, alpinæ, umbrosæ, campestres, montanæ; secundum has classes vir Cl. Floram Suevicam distribuit, nominibus trivialibus. Est autem multum in his arbitrarij. Betula uana alpes Helveticas fugit, torfacea sequitur humiliora, sic Trollius Europæus, Arnica, Acetofa major, Authericum, & perinde in alijs classibus res se habet.

EJUSDEM *Herbarium Amboinense* Ib. anno 1754. 4.*. Catalogus fere mille plantarum, sæpe cum nominibus trivialibus LINNÆI.

EJUSDEM *Horti cultura Academica* Ib. anno 1754. 4.*. Cælum & solum, in quo quæque planta crescit, & quorum utrumque in horto oportet imitari.

EJUSDEM *Centuria I. plantarum* Ib. anno 1755. 4.*. Inter eas multæ sunt, quas prius nollet recusaverat admittere; aliæ peregrinæ; nonnullæ hic descriptæ.

Centuria II. Ib. anno 1756. 4.*. Iterum multæ Europææ, nunc demum inter veras plantas admittit.

EJUSDEM & CRAMER *Somnus plantarum* Ib. anno 1755. 4.*. Somnum vocat complicationem foliorum nocturnam, quæ a lucis defectu pendere videtur, certe non a frigore. Formam definit, quam complicatum quodque folium induit, & iconibus exprimit, plantasque recenset, quæ quamque formam induunt.

EJUSDEM *Ficus Melitenfis* Ib. anno 1755. 4.*. Descriptio ad siccum fungum facta, cui authera solitaria est, calyx quadrifolius, semen unicum & tuba unica. Adhibetur ad vulnera, etiam ad jacturas sanguinis muliebres.

EJUSDEM *Metamorphoses plantarum* Ib. anno 1755. 4.*. Evolutionem plantulæ, & floris potissimum fructusque, comparat cum evolutione papilionis, qui intra erucam latuit. Deinde mutationes plantæ per ætatem obrepentes, ut repetitis Ranunculi ex globofo: tum florum plenorum, aliasque varietates adnotat.

EJUSDEM *Calendarium Floræ* Ib. anno 1756. 4.*; nempe pro cælo Suecico. Annum in duodecim periodos, non quidem menstruas, dividit; secundum eas plantas recenset. Primi flores, sementis tempus, messis, & foliorum lapsus accurate adnotantur. Prima floruit Corylus, Aprilis M. 12. Julio M. fœnum demetunt, M. Augusto Cerealia.

EJUSDEM *Flora Alpina* Ib. anno 1756. 4.*. Non quidem Alpes describit, sed montes boreales Lapponiæ & Norvegicæ. Catalogus plantarum parvus, non-mina trivialia: plantæ ipsæ pleræque montanæ potius, quam alpinæ.

EJUSDEM *Flora Palaestina* Ib. anno 1756. 4.*. Ex Friderici HASSELQUIST itinere nata; tum ex prioribus, SHAWIO aliisque. Desiderares nomina Arabica.

EJUSDEM *Flora Mouspelienfis* Ib. anno 1756. 4^o.*. Ex plantis a D. BOISSIER communicatis. Nomina iterum trivialia.

EJUSDEM *Specifica Canadensis* Ib. anno 1756. 4^o.*. In univcrsum medicæ artis laudem in specificis ponit. Inter ea Triostocpernum febrifugum, radix Seneca pleuritidi adverſa, Lappathum Britannicum ad ulcera dyſepulota efficaciæ, Spigelia ad vermes, Chenopodium ambroſioides adverſus eodem. Lobelia ex KALMII experimento adverſus lucm veneream.

EJUSDEM *De acetariis diæticis* Ib. anno 1756.*. Plantæ nempe, quæ in acetaria recipiuntur. Portulacam lapides adrodere, Cucumeres febrem intermittentem produxiſſe.

Hæc ultima eſt diſſertatio Tomi IV. *Amœnitatum Academicarum*, qui anno 1759. 4^o.* excuſus eſt.

EJUSDEM & HOLMII *Flora Danica* Upſal. anno 1757. 4^o.*. Nomina trivialia.

EJUSDEM *Panis diæticus* Ib. anno 1757. 4^o.*. Alia præter noſtra Cerealia etiam recenſentur, quæ panem ſubeunt, ut cortex pini, Lichen Islandicus.

EJUSDEM BUXBAUMIA Ib. anno 1757. 4^o.* vera nempe, cum nova deſcriptione, in quam ſtamen recipit, quod nobis eſt columella, etiam in aliis Muſcis a nobis reperta.

EJUSDEM *Transmutatio frumentorum* Ib. anno 1757. 4^o.*. Contra VERGINII inventum, qui repetita deſecione putabat Secale in Triticum mutari. Negat hic LINNÆUS, novas ſpecies in natura naſci.

EJUSDEM *Culina mutata* Ib. anno 1757. 4^o.*. Quæ nempe alimenta & condimenta in locum eorum ſuceſſerint, quibus præci Romani & Græci uſi ſunt, cum major nunc telluris pars cognita ſuos theſauros in Europam effuderit. Locos etiam natalis novorum olerum quærit.

EJUSDEM *Spigelia antihelmintica* Ib. anno 1754. 4^o.*. Varia adverſus vermes inteſtinales medicamenta. Deinde Spigelia iſta, quæ Arapabaca PISONIS, habetur pro *Indian pink* Americæ Septentrionalis, & adverſus idem malum laudatur. Icon addita.

EJUSDEM *Medicamenta graveolentia* Ib. anno 1758. 4^o.*. Catalogus plantarum graveolentium, cum eorum virtute medicata. In nervos agere, & fœtida quidem repercutere: nam habet graveolentia odore grato, ut Violam, Leucum &c.

EJUSDEM *Fructuum Suecicorum* Ib. anno 1758. 4^o.*. Rara intercedunt, ut Emerus. De viribus n.edicatis. Aliqui peregrini fructices, qui Suecico in aere durant.

EJUSDEM *Pandora infeſtorum* Ib. anno 1758. 4^o.*. Iterum Catalogus plantarum, & infeſta. quæ in quaque paſcuntur. EJUS-

EJUSDEM *Arbustum Suecicum* Ib. anno 1759. 4^o.*. Arbores 25. cum cultu, variisque ad earum historiam pertinentibus, secundum menses LINNÆANOS, quos non oportet oblivisci, sola de Succia veros esse. Utilitates etiam variz & peculiare passim hic docentur.

EJUSDEM *Auctores botanici* Ib. anno 1759. 4^o.*. Circa 80. celebriores auctores hic recensentur, cum ætate & scriptis.

EJUSDEM *Instructio peregrinatorum* Ib. anno 1759. 4^o.*. Breviter ostendit, ad quæ peregrinator utiliter advertat.

EJUSDEM *Plantæ tinctoriæ* Ib. anno 1759. 4^o.*. Plantæ colorem utcumque fundentes, sive tinctoribus utiles sint, sive pictoribus. Multa hic minus vulgo nota. Lycopus ad nigrum colorem facit, cortex Berberis ad ßavum &c.

EJUSDEM *Animalia composita* Ib. anno 1759. 4^o.*. Potissimum de Corallis. A nervis discrimini plantarum sumi & animalium.

EJUSDEM *Flora Capensis* Ib. anno 1759. 4^o.*. Auctores: genera propria: plantæ singulares, trivialium nominum Catalogus LINNÆANUS.

EJUSDEM *Flora Jamaicensis* Ib. anno 1759. 4^o.*. Auctorum catalogus: plantæ BROWNIANÆ, Linnæano ordine dispositæ, præter eas, quas LINNÆO non contigit vidisse. In generibus multa mutat.

EJUSDEM *Pugillum Jamaicensis* Ib. anno 1759. 4^o.*. Plantæ aliquæ BROWNIANÆ, descriptæ & denominatæ.

EJUSDEM *Nomenclator botanicus* Ib. anno 1759. 4^o.*. Plantæ aliquæ medicatæ, nominibus ex variis linguis distinctæ. Germanica valde vitiosa.

Hæc *Amnitatio Academicarum* Tonus V. complectitur, Holmiæ anno 1760. 8^o. editus*.

EJUSDEM *Generatio ambigua* Upsal. anno 1759. 4^o.*. Patrem in planta, & in animale, dare exteriorem fetus partem & corticalem, matrem interiorem. Sed Equæ ex Asino mulum parit, etiam cutæ & pilis matris similem.

EJUSDEM *Politia naturæ* Ib. anno 1760. 4^o.*. Musci sunt naturæ pauperes, gramina rustici, herbæ nobiles, arbores magnates. Insecta nimia regni vegetabilis incrementa coarcent.

EJUSDEM *Flora Belgica* Ib. anno 1760. 4^o.*. Ejus auctores; solum: plantæ rariores, tunc Catalogus LINNÆANUS, nominibus trivialibus, ex GORTERO sumtus & COMMELINO.

EJUSDEM *Plantæ Africanæ rariores* Ib. anno 1760. 4^o.*. Secundum ordinem suum, LINNÆUS centum Capenses stirpes describit: deinde catalogum nominum trivialium dat.

EJUSDEM

EJUSDEM *Macellum oliverianum* lb. anno 1760. 4.*. Plantæ aliquæ, quas nonnunquam fanes edules fecit, ut herba Costa, Buglossa: aliz vulgo esculentæ.

EJUSDEM *Notus Coffeæ* lb. anno 1761. 4.*. Plena historia botanica & medica.

EJUSDEM *Inebriantia* lb. anno 1762. 4.*. Plantæ hic narcoticæ recensentur, Opium, Peganum, Maslac, quod pro Banguæ Perfarum habet, aliud Banguæ Indicum, Datura, Betel, quam ignoraveram inebriare.

EJUSDEM *Termini botanici* lb. anno 1762. 4.* pene 700. a LINNÆO excogitati; mensura a digitis sumta, certe secundum staturam variabilis. Recusa sit Lipsiæ anno 1767. 8*.

EJUSDEM *Planta Alghimeria* lb. anno 1762. 4.*, a FEUILLEO Lilionarcissis accessa, hic delmeata.

EJUSDEM *Nectaris florum* lb. anno 1762. 4.*. Non solas foveas mellugine plenas hac voce designat, sed quidquid fere præter stamina & petala in flore est, etiam pilos, calstra.

EJUSDEM *Fundamentum fructificationis* lb. anno 1762. 4.*. Magni facit Vir Cl. inventum suum. Musam habet pro hybride, aliasque hybrides recenset, & suspicatur, multarum specierum genera fere eo pertinere.

EJUSDEM *Reformatio botanice* anno 1762. 4.*, quam sibi tribuit. In nominibus utique trivialibus RIVINUM imitatus est, varietates a speciebus adeo sollicite distinxit, ut nimis multas faceret. Recenset suos adscelas, his me liberaliter adnumerat.

EJUSDEM *Prolepsis plantarum* lb. anno 1762. 4.*; etsi præfigit annum 1760. Memorabile opusculum. Folia arborum producta esse anni ejusdem, quo adparent. Secundo anno oriri bracteas, sive folia floribus interposita vera folia, fed quæ a florescentia impediuntur, ne in folia convalescant. Tertio calycem, verum folium. Quarto petala, non satis a calyce diversa; stamina quinto: tubam sexto. Mirum inventum & sollicita inquisitione dignum. Plurimæ tamen arbores ante sextum annum florent & fructus ferunt, potissimum vites & Persica.

EJUSDEM *Fructus esculenti* lb. anno 1763. 4.*, quos inter nollem reperiî destinatas avibus acerbissimas baccas Rhamnoidis, fabulosas baccas Uvæ ursi &c. Numerosæ tamen plantæ hic recensentur, utrunque ad cibum apte.

EJUSDEM *De Prolepsi plantarum* diff. II. lb. anno 1763. 4.*. Iterum medullam a matre, corticem a patre esse: corticis alimento aucto fructificationem segnescere, subtrahendo augeri. Aquam minuere fertilitatem aucta portione corticis, calorem augere, propulsa foras medulla. Eam, quando in fructum convalescere nequit, abire in folia: nutrimentum nimium, stamina, tubasque, sulphæ iterum in folia convertere. Folia ex cortice oriri, ex libro calycem,

ex ligno stamina, tubas & fructus ex medulla; quinque adeo annis serius fructum adparere, quam folia. Aliqua tamen folia ex medulla oriri. Bulbi continent totam plantam involutam. In Anemones Sibiricæ radice primi, & fecundi anni, & porro, ad decimum usque, plantas distinctas contineri, quæ in annis prodibunt.

EJUSDEM *Lignum Quassia* anno 1763. 4.*. Ante multos annos in Surinamia notum, nunc in Europa innotescit, amarius, calidius, efficacius, Peruviano cortice. Genus pene est Fabaginis.

EJUSDEM *Raphania* anno 1763. 4.*. Raphanistrum declineat, huic crampas & tetanum epidemicos tribuit.

EJUSDEM *Annotinum Academicarum Volumen VI.* Holmiæ anno 1763. 8.*. prodit.

EJUSDEM *Hortus culinaris* Upsal. anno 1764. 4.*. Cerealium catalogus, oleorum, condimentorum, leguminum, arborum, florum.

EJUSDEM *Opobalsamum declaratum* Upsal. anno 1764. 4.*. Docti viri, quos Rex Daniæ in Arabiam misit, plantam Balsami Meccani detexerunt, Elementaræ adfinem, duarum specierum. Addit auctor novum genus Forskohlæ.

EJUSDEM *Spiritus frumenti* anno 1764. 4.*.

EJUSDEM *De potu Chocolate* anno 1765. 4.*. Laudat.

EJUSDEM *De potu Theæ* anno 1765. 4.*. Tandem obtinuit ut Upsaliæ floretet. Petala sex, stamina multa, fructus, ut KEMPFERUS. De Thea etiam aliqua habet in *Hist. de l'Acad. des Scienc.* anni 1763.

EJUSDEM *Purgantia indigena* anno 1766. 4.*. Huc etiam Valerianam numerat, & Lichenem apthosum. Violam suspicatur vires habere Ipeacocanhæ.

EJUSDEM *De necessitate promovendæ historiæ naturalis in Russia* anno 1766. 4.*. Flora Sibirica, pauperima. Addita icon novæ Fumaricæ.

EJUSDEM *De usu historiæ naturalis in vita communi* anno 1766. 4.*. Variarum rariores aut novæ; aut utilitates plantarum. Leviticum serpentes intoxicare. Dux plantæ ad finem sculptæ, Hyofcyamus & Christophoriana.

EJUSDEM *Ufus musculorum breviter adumbratum* anno 1766. 4.*.

EJUSDEM *Mantissa plantarum* Stockholm 1767. 8.*. Genera nova 45. primum emendationes, multæ species novæ vel nunc primum receptæ, quarum aliquæ, contra Cl. vñi morem, sunt varietates; aliæ novæ, multæ raræ.

In appendice Systematis naturæ T. III. edit. Holmiæ anno 1768. 8.*. plantæ aliquæ Helveticæ agnoscuntur, Scopolia ad Hyofcyamum reducitur.

EJUSDEM *Munda invisibilia* anno 1767. 4^o.*. Valde singularis alternatio vitæ animalis & vegetabilis in genere fungino. Videtur eo spectare, ut situs in cadaveribus animalculorum efflorescat: ex situ Fungi furgant.

EJUSDEM & H. TOENNING *Rariora Norvegiæ* anno 1768. 4^o. quem vide.

EJUSDEM *Fundamentum Agrostographiæ* anno 1765. 4^o.

EJUSDEM *De Colonia plantarum* 1768. 4^o.*. Plantis nempe ex aliis regionibus advenis ut Chrysanthemum Segetum ex Jutia, Melampyro ex Germania, ex Virginia Pyxidaria &c.

EJUSDEM *De mentha usu* anno 1769. 4^o.

Amenitatum Tom. VII. Catalogum etiam habet editionum operum suorum.

EJUSDEM & LUUT *Flora Akeröensis* anno 1769. 4^o.*. Plantarum nomina trivialia.

Disputationes omnes Cl. viro tribui, quas in *Amenitatibus* suo cum nomine edit. Quare exclusi Cl. PETERSEN de *corrice Peruviano disputationem*.

In *E. Svenska Vetenskaps Academiens handlingar.* anno 1739. dedit insignem dissertationem de plantarum cultu, ad locum natalem & soli naturam accommodato.

Anno 1740. n. 2. De plantis medicis Sueciæ indigenis egit, quæ aliunde petuntur.

N. 3. Centum plantarum in Gothlandia repertarum Catalogus.

Anno 1740. Trim. 4. De utilitate botanices in re œconomica.

Anno 1742. n. 1. De plantis tinctoriis Gothlandiæ & Oelandiæ.

N. 2. Descriptio Amaryllidis pulcherrimæ (Jacobææ); de magna utilitate Triglochinis.

N. 3. Commendatio Medicæ crocæ. Icon & descriptio Phascoli filiquis radiatis.

Anno 1743. De Uva ursi seu Jackashapuk Sinus Hudsonici.

EJUSDEM Sibirici Fagopyri icon & commendatio anno 1744. n. 2.

EJUSDEM Descriptio & icon Petiveriæ n. 4.

EJUSDEM *Linnaia, species Claytoniæ* anno 1746. Trim. 2.

Anno 1748. Trim. 4. De ferendis sylvis. Humido solo Abietes tradendæ sunt, Pini sicco.

Anno 1750. n. 3. De Slökorn, seu de frumento ab infectis eroso, & pleuororum excrementis.

ANNO

Anno 1753. Duas Nicotianæ species depingit.

Anno 1754. De albis Laponicis conferendis plantis peregrinis.

Anno 1755. Mirabilem Longifloram ZINNIO etiam dictam describit.

Et Lepidium Cardamines facie, hispanicum.

Anno 1756. Descriptio novi & singularis generis Ayenix, tum Gauræ, cum Iconibus.

Anno 1757. Trim. I. LOEFLINGIA & MINUARTA.

Anno 1762. n. 3. De cultu Rubi Åkerbår. Vere tegere oportet, ne folis radii nimis præcociter eum feriant.

Anno 1763. Trim. I. De Cerevisia.

In *Actiæ Literariæ Upsalienfis* anno 1740. dedit Orchidum genus constitutum. Classem Orchidæ in genera divisit, tum species recensuit. Coniunxit militares omnes; globosam cum compacta, Epipactides quatuor, Orchidem fucifloram & Muscifloram; tres Ophrides diversas: sed hæc pene omnia in posterioribus scriptis emendavit.

Anno 1741. LOBELIÆ Americanæ descriptio & icon.

Decem nova genera.

Anno 1743. Sidæ speciem depingit.

Anno 1750. f. tomo ultimo Scabiosæ speciem describit & Penthorum.

In *Act. Petropolitan. nov.* T. VII. Nitraria constituta.

Premium etiam meruit cum juberentur periti *sexum plantarum experimentis novis stabilire vel impugnare* Petrop. 1761. 4*.

§. MCCXLIV. A. F. Walther.

Augustini Friderici WALTHER, Professoris Lipsiensis, insignis anatomici, *Plantarum exoticarum in hiberniarumque, quas in horto coluit Catalogum* Lipf. anno 1732. 8*.*. Alphabeticus, solum nominum.

EJUSDEM *Designatio plantarum, quas horti (A. F. W.) complectitur, accedunt novæ plantarum icones* 24. Lipsiæ anno 1735. 8*.*. Iterum foris plantæ hibernicæ; perennes; & annuæ. Synonyma addit & nonnullarum rationum proprias icones. Hortus, ut privati, copiosus.

EJUSDEM *De structura plantarum Progr.* anno 1740. 4*.*. Fibræ, vasa, tela cellulosa: alia tenerior spongiosa natura, quæ tracheas replet. Medullæ fibræ, & cellulositas. Non dari arterias venasque, etsi vera vasa sunt in folio, flore &c.

EJUSDEM *De oleis essentialibus* Lipsiæ anno 1745. 4*.*. Varia ejus modi olea dixit, ut ex Galbano; Cæruleum, ex Sefeli montano J. B.

Kk 2

EJUSDEM

EJUSDEM *De Silphio* Lipsi. anno 1745. 4.*. Describit ad nummos veterum, & colligit, quæ de Silphio Syriaco & Cyrenaico reliquerunt.

§. MCCXLV. P. le Breton.

Hoc anno 1732. P. le BRETON cepit in *Diario Trivultienfi* Junii, Juillet, Aouſt, Septembre, Octobre, Novembre: & in anni 1733. Janvier, Mars, Avril, Juin, Aouſt, Septembre, Octobre & Novembre, catalogum dare alphabeticum celeberrimum plantarum, & potissimum arborum Americae, quas bene descripsit, etiam botanice, & sæpe PLUMERII genera addidit, etiam alias mera barbara nomina retinuit. Magui inomenti opus est, quod colligi mereretur & recudi. De indice etiam tribus generibus in eo diario egit.

§. MCCXLVI. A. G. Richter.

Adolphi Gottlob RICHTER *De corruptela medicamentorum* Dresd. & Lipsi. anno 1732. 8.*. De mangoniis Scammonei, Sennæ, Croci, aromatatum: de plantis, quas pro aliis Pharmaciopolæ substituant: etiam de oleis, aquis, sirupis, corruptis.

§. MCCXLVII. Balthasar Ehrhard.

Balthasaris EHRHARD, medici Memmingensis, plantarum studiosi, primum Ulmæ anno 1732. 8.* edita est *Mantissa botanologie Juvenili*. Plantas fecitas & chartæ adglutinatas vendebat. Earum hic catalogum dat, deinde artificia docet, quibus plantæ sicantur & conservantur.

EJUSDEM *Continuatio syllabi plantarum, quarum specimina seca botanophilis offeruntur* Memmingæ anno 1746. fol.*. Plantas alpinas habet fere 36.

EJUSDEM Plantæ itineris in Tiroliam suscepti *Phil. Transf.* n. 458.

Inde LONICERI *Herbarium edidit* Ulm. anno 1737. fol.* eique non mediocre appendicem adtexuit. Addit potissimum nuper detectas vires plantarum, præficus minus notas.

EJUSDEM *Unterrichte von einer zu verfassenden Historie der nützlichsten Pflanzen, Kräuter und Bäume* Memmingen anno 1752. 4.*.

Denique suscepit id populare opus, *Oeconomische Pflanzen-Historie*, quo plantæ utiles, secundum mensès & locos natales describere, virosque medicas, & æconomicos potissimum usus enarrare volebat. Tomo I. Ulmæ 1753. 8.* edito utilitatem Botanices ornat. Inde spontaneas plantas percurrit, deque laboribus hortensibus aliqua interponit, & de materie. Tomus IV. secutus est anno 1756.* similis saporis, inde reliqui. In Tomo VII. iter subalpinum describitur, plantæque ibi repertæ. Tomus XII. index est totius operis, & a n. 1761. prodit. Non ingratum lectu opus, neque absque propriis experimentis. Inter mortuus est labori auctor ante Tomum V. quem *Phil. Fridericus Gmelin* continuavit. In

In *Eph. Nat. Cur.* Vol. VIII. n. 90. De vici modo agendi.

In *Oeconom. Nachricht* T. VIII. plantas 78. ab ORTHIO pro noxiis recensitas nominibus adjectis declarat.

§. MCCXLVIII. *J. Gerard Wagner.*

J. Gerardi WAGNER, celebris clinici, *arborum sacri perfectioris specimen sive Laurentii ex omni antiquitate erutum* Helmstad. anno 1732. 8.*. Philologica collectio.

§. MCCXLIX. *Galli.*

Hyacinthi Theodori BARON, Decani, *Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis ex mandato facultatis medicæ, in lucem edita* Paris anno 1732. 4.* & *J. Baptiste Thomæ MARTINENQ*, Decani, editio auctior & emendatio Paris anno 1746. 4.*, & Francofurt. anno 1750. 8.*. Catalogus medicamentorum simplicium, adjectis, quæ ex quaque arte Pharmaceutica præparantur, aut composita medicamenta, quæ ea simplicia ingreditur. Deinde formulæ præparationum & doses.

EJUSDEM *Hyacinthi Theodori BARON & G. & Lud. Guilielmi le MONNIER* diff. *An semib Cacaoletæ potus* Paris 1739. 4.*.

GUENIN *tr. de la culture parfaite des Oreilles d'ours* Paris anno 1732. 12.*. Bruxelles anno 1735. 12.*. 1738. 8.*. absque nomine. Simplex & inornatus. Ex feminibus provenire auricularum pulchras varietates: ignorat autem matrem harum plantarum ex albis advenisse, quod vel ipse amor frigeris demonstrat, cum optime in nivem semen spargatur, mensibus Decembri & Februario. Nota pulchriorum varietatum: præferri præter, sive unicolores, maxime quarum color unicus tamen per suos gradus diluit. Cultum docet, atque quoniam facilem.

§. MCCL. *William Ellis.*

William ELLIS, qui ruri vixit & agrum coluit, per literarum tamen potius commercia & frequentia itinera, varia artificia ad agri cultum & instrumentum pertinentia didicit, quam ex propriis experimentis. Non displicet Youngio. Bona multa habere, alia ridicula (x) alia. Semina vendebat, arbutiferas, aromata. Multa scripsit. Ejus *Practical farmer or Herefordshire husbandman containing many improvements in husbandry* prodiit Londini anno 1734. 8.*. De variis Tritici speciebus: de Hordei semente ope murie perficienda, de utilitate methodi Tullianæ, de herbis fœnum artificiale præbentibus, de arboribus fructiferis in agris, de fimo, de aratorum varietate. Hec in sola, quam possideo, parte II.

K k 3

EJUSDEM

(x) KALM, Relâ I. p. 195.

EJUSDEM *The modern husbandman or the practice of farming*, per menſes prodiit ab anno, (mihi anno 1741.) ad annum 1744. octo voluminibus demum in unum collectis. OSB. Non botanicus, nominibus uſus, quæ vix certis plantis adplices. Scopus eſt oftendere, quomodo ex quaque villa plurimum emolumentum poſſit obtineri, variis ſementibus, variis aratris, ſeni vario genere, pecudum cura, alio modo. Germanice *Anleitung für einen Landmann, oder neue Abhandlung von dem Ackerbau und der Gärtnerey* Leipzig 1750. 8°. 1756. 8°. ut lego.

Agriculture improved or new experiments in husbandry for the month of April London anno 1736. 8°. **SEQUIER** & pars ad *Auguſtum* *. Utilitas aratri duplicis nuper inventi. De Graminibus artificialibus, ſimo &c.

Chiltern and vale farming explained according to the laſt improvements of the practical farmer London anno 1733. 8°. **SEQUIER**. 1745. 8°. 1747. 8°.*.

The London and country Brewer: London anno 1738. 8°. 2.Vol. ob Avenæ deſcriptionem **SEQUIER**.

Video etiam citari ejus *complet planter and cideriſt* 8°.

EJUSDEM *The timber tree improved* London anno 1742. 8°. 1747. 8°.*. Germanice Lipſiæ anno 1752. 8°.*. De *Quercu* potiſſimum, quam neque proſunde vult depangi, neque transferri. De *Fago*, cujus materies maceratione a veribus liberatur. De *Fraxino*, *Hippocaltano*, *Oxyacantha* ad ſepes utiliſſima. Nomina mala, ut vix dignoſcas, quas plantis velit. Vix credas in Anglia *Guajacum* facile convaleſcere.

§. MCCLI. *Angli Varii.*

N. COKER *Survey of Dorſetſhire, containing the natural hiſtory of the country* London anno 1732. fol.

John RUSHWORTH *two letters, ſhewing the great advantage of the bark in mortifications* London anno 1732. 12°.*. Primus, ni fallor, potentiſſimas corticis Peruvianæ adverſus gangrenam vires revelavit.

John DOUGLAS *Short account of mortifications and the ſurprizing effects of the Bark* London anno 1732. 8°.*

Natural hiſtory of the Arbor vita London anno 1732. Si huc facit.

G. SMITH *Inſtitutiones chirurgicæ, or principles of ſurgery* Londin. 1732. 8°.*. Materies medica chirurgica, per claſſes virium.

§. MCCLII. *G. F. Müller.*

Ger. Friderich MÜLLER, noſtri olim **GÆLINI** in magno itinere comitis, *Sammung Ruſſiſcher Geſchichte*, cujus primum volumen Petropoli produit anno 1732. 8°.*.

8°. Etsi scopus historicus potius est, passim tamen aliqua ad rem herbariam pertinent. Ita in T. VII. SCHÖBERI Floræ variz. Cl. LERCHII ad easdem adnotationes, quibus plantas circa Astracā & Terek nascentes explicavit, etiam potissimum magnam cucurbitacearum plantarum varietatem.

In Tomo IX. *Gotslob Friderici Wilhelmi JUNKER* De re naturali regionis Tanain inter & Borysthenem positæ relatio, de plantis utilibus ibi provenientibus, de arboribus etiam ignotis.

§. MCCLIII. Germani Varii.

Jacob. Bernh. Antonii RAUCH De usu & abusu Croci Austriaci Vienn. anno 1732. 4°. Cultum etiam & modum crescendi breviter describit.

Adami Joseph BESENECKER *Cerevisia Austro Viennensium mechanico clinice elucidata* Viennæ anno 1737. 12°. huc analysi, elementa varia eorumque proportio.

Bernhardi FELDMANN *Comparatio plantarum & animalium* Leidæ anno 1732. 4°. Fecum multa habent cum plantis communia, nervos cum plantarum fibris. Sed tota disputatio legi meretur.

Francisci Josephi GRIENWALDT *Vita plantarum* Altdorf anno 1732. 4°.

Henr. Job. BYTEMESTER *Auctarium curiositatum naturalium* Helmstat. anno 1732. 8°. Si huc facit.

Conrad. IKEN *De Lilio Saronico.*

J. Jac. HALLER *De Mamma occulto.*

J. Heinrich SCHRAMM *De operariis in vinea.* Omnes in collectione *Theol. Philol. IKENII & HASÆ* Amsterd. 1732. fol.

Litteræ ad amicum de *KLEINII & BREYNIII Opusculis* Amsterdam 1732. 4°. Si huc faciunt.

Aug. Frideric. COELER *De Umea seu Musco cæciani homani* Leid. 1732. 4°. Plantam suam non satis definit.

Suzanna EGERIN *Leipziger Kochbuch* Leipzig anno 1732. 8°. 1753. 8°. etiam Suecice vers.

Pharmacopæja Leidensis Leid. anno 1732. 8°.

Gottfried KLEINER's Gartenlust im Winter, durch Betrachtung verschiedener Gartenpflanzen H. Schrift Hirschberg anno 1732. 4°. nisi Theologici argumenti est.

J. Con-

J. Conradi Gmelini De rebus foliorum per putredinem præparandis. In *Coma. Lit. Nor.* 1732. n. 34.

Die kleine Theetafel — Bericht vom siebenfachen bewährten Kräuter-Thee Hamburg anno 1732. 8°.

§. MCCLIV. Galli.

In *Mémoires de l'Académie des belles Lettres & Inscriptions* T. VI. continetur P. Bernardi de MONTFAUCON Tractatus de papiro, ejus proventu, & chartæ scriptoriæ præparatiõe. Venetiis recufum est opusculum anno 1746. 8°. Italicæ.

§. MCCLV. Natalis Antonii Pluche.

Vulgo l'Abbé PLUCHE, vir pius & ingeniofus. Ejus *Spéctacle de la nature* Paris anno 1732. & feqq. 12°. 8. Vol.* prodiit, tum Anglice verfum a D. HUMPHREYS anno 1736. ad 1748. Italicæ Venez. 1752. 12°. 14. Vol. Germanicæ vertente M. v. SCHMIDLIN anno 1760. 8°. 2. Vol. Belgicæ per le CLERQ. Haag ab anno 1737. ad 1748. Hispanicæ per Stephanum de PEREIROSI Madrid anno 1752. 4°. Dialogi, ex quibus juvenis, quati ludendo, hiftorium naturalem difcat. In Tomo I. fabrica plantarum ad fenfum GREWII & MALPIGHII defcribitur; vegetatio, partes floris, fexus, plantæ aliquæ utiles.

Tomo II. Horti flores præcipui, eorum cultus, & icones. Inde arbores domesticæ & familiares, pariter depictæ, tum oleraceus hortus, & fructus, Segetes, vinum, materies, etiam focî, & arbores eo pertinentes S. III. Prata & plantæ pecoribus alendis utiles. De generatione plantarum. Commodum undique & amœnum Compendium.

In *Phil. Transf.* n. 456. egit De ufilagine.

§. MCCLVI. P. Sarrabat.

P. SARRABAT S. I. sub nomine de la BAISSÉ, *Differtation fur la circulation de la Sève des plantes, qui a remporté le prix, au jugement de l'Académie* (de Bordeaux) Bordeaux anno 1733. 8°.*. Minime contemnendum opus, & per experimenta natum. Plantas in fuccum Phytolacæ demerfit; color adfcendit in corticem radicis, magis tamen in fibras teneras: imbibit adeo fuccum nutritium cortex radicis, magis tamen partes radicis tenerissime. Medulla nihil refoebet, & plantæ ea relecta aquæ bene vivunt. In ipfo flore venæ reticulatæ colorem induunt, & folia in nervis purpura variantur, & Stamina rubeant, ut necesse fit fuccum alentem celeriter eo venire. Sed etiam inverfæ plantæ & in aquam fubmerfæ, fuccum colorantem bibunt, ut tamen minus alte adfcendant; & ali quidem planta per fummitates poffit, fed minus recte. Alimentum proprias per fibras ligneas adfcendit, ut eæ fibræ venæ ficut nutritiæ, & neque cortex, neque medulla, ad alendam plantam faciunt. Hinc, denuto cortice, planta tamen alicur, proprio experimento. Succus celeriter

ter ascendit, sed in plicis & extremis florum moram patitur. Ex fibris ligneis succus tinctus etiam in foliorum nervos, sed fere solos venit, foli enim fere tinguntur, nisi sero. Cortex a ligno tingitur & nutritur, per vias transversas, neque cortex venas rubras habet, ut quidem lignum. Parum est, quod per medullam ascendit, neque supra primum nodum, & a parte quidem superiori, cum superne medulla vigeat, dum inferne sicca est. Necessè est ergo, succum descendere: Nam dissectis foliis Tithymali partes supremæ lacte exhauriantur, non infimæ, & eadem magis succulente sunt, imæ pene sicca. Quare succus plantarum absoluto suo motu descendit, & ramo bifido superius uno furculo in aquam demersò aliter alter furculus, descendente succo: & de reflecto Chelidonio aut Tithymalo succus coloratus (per phytolacem) descendit. Cum casu in trunco Juglandis cavea nata esset, in eam truncus arboris radicem emisit.

§. MCCLVII. *Angli Varii.*

A treatise shewing the nature and method of planting manuring and dieting a vineyard London 1733. 8°.

Compendium account of the art of breeding and nursing of the Silkworm London 1733. 4°.

On the preparation and restauration of malt liquors London 1733. 8°. *Oeconomia cerevitiæ.*

§. MCCLVIII. *Galli Varii.*

Enan. Manrit. du VERNEY An panis jurulentus ad spissitudinem glutinosam percoctus insalubris Paris 1733. 4°.

J. Damianus CHEVALIER & J. A. DUVAL An vini potus salubris Paris 1733. 4°.

Petri MALOET & Jac. Fr. VANDERMONDE An a tabaco naribus assumpto penitentiariis quadam cephalalgia species alique adfectum Paris 1733. 4°.

§. MCCLIX. *James Alleyne.*

James ALLEYNE New English dispensatory London 1733. 8°*. Prima pars huc pertinet, qua materies medica traditur. Plantæ ad RAYI methodum per classes recensentur, adduntur vires medicatæ, quas hic auctor passim minus ornate prioribus, in eo utilior; recte etiam de iis medicamentis monet, quæ obsoleta sunt. Ab Oenanthe convulsiones natas vidit, absque funesto tamen eventu.

§. MCCLX. *J. Phil. Burgrav.*

J. Philippi BURGGRAV Lexicon medicum universale Francofurti 1733. fol.*. Opus amicus nostræ, vastum opus molitum, praxi clinica impeditum, non ultra literam B. progressus est. Plantas medicas fuscè & abunde tractat, ut criticam etiam ex veteribus historiam det; deinde descriptionem: tunc analysin; demum vires medicas, plenum opus futurum, si absolvisset.

EJUSDEM Bedenken von dem Werke der Erzeugung ib. 1737. 4°*. *Oeconomia vegetabilis.* Fructus prægnantes, geminati, coaliti.

(Bibl. Bot. T. II.)

L I

§. MCCLXI.

§. MCCLXI. *Thran* & *Eichrodt*.

Christiani THRAN Index plantarum horti Caroliniani tripartitum anno 1733. 8.* Hortulanus diligentissimus in titulo nominatur, audio tamen medicum Cl. J. Frid. EICHRODT calamum commodasse. Prima parte peregrinæ & teneriores plantæ, altera perennes traduntur, tertia annuæ: Multæ raræ intercedunt, plurimæ tamen varietates. THRANIUM princeps in Africam cum HEBENSTREITIO miserat.

Cl. EICHRODT *De tertianaria herba* Basil. 1737. 4*.

Novam editionem dedit *Horti Caroliniani, in tres ordines digesti* titulo *Josephus RISLER* pharmacopeus Löhrach. anno 1747. 8.*, ita tamen, ut pene novum opus sit, multum auctum & mutatum, hesperidibus numerosissimis instructum, tum aliis pesegrinis.

§. MCCLXII. *J. Georg Gmelin*.

In *Athoriam Nat. Curiosor. Vol. III* anni 1733. plusscula botanici argumenti continentur. Hic primum reperio opusculum veteris amici *J. Georgii GMELIN* Tubingensis, qui decennali itinere per Sibiriam perfecto innumerabiles plantas novas detexit, quarum exigua pars prodit, plurima latet. Icones vidi pulcherrimas, vivis factas coloribus, quarum elegantiam sculptores non sunt adsecuti. Hic agitur de colore coccineo, ex ligno Fernambucensi educendo obsl. 83.

Iter Sibiricum magnificentissime publicis sumptibus sustentatus, & pictoribus aliisque adiutoribus instructus, decimo anno absolvit. Redux cum aliquamdiu mecum vixisset, & plantas meas perlustrasset, sollicitè etiam suas stirpes cum Europæis, earumque auctoribus contulisset, edidit Petropoli anno 1747. 4.* primum, & anno 1749. alterum Tomum Floræ Sibiricæ. In præfatione tabulas dat aliquas plantarum Europæ & Sibiricæ communium, aliarum, quæ utriusque propriæ, aut demum ad exiguum terræ tractum quasi fixæ sunt. Ex ROYENI classibus hic Lilia adparent, & Gramina, Amentacæ & Umbelliferæ. Plurimæ novæ, etiam genera novæ, rariorum descriptiones & icones; multum criticæ botanicæ, vires medicæ etiam ex indigenarum indicio. In Tomo II. plantæ flore composito & tricocæ. Genera vir Cl. passim mutat & perficit, quæ omnia enarrari nequeunt.

Tomus III. a *J. Georgio GMELIN* elaboratus, a nepote ejus *Samuële Theophilo GMELIN* post multos annos excusus est, Petropoli anno 1768. 4.* auctus classe siliquosa, ringente, & columnifera, auctus etiam ex catalogo plantarum peculiaribus a *J. GMELINO* relictis, & ex codicibus *STELLERI*. Classes hic reperiuntur apetalarum: fructiflorarum: calyciflorarum: ringentium; & siliquularum. Studium simile, icones numerosæ, ad naturam depictæ, critica cum aliis scriptoribus comparatio, rariorum historia, utilitates passim medicæ & œconomice. Plantæ novæ & rarioræ multæ.

Ejus-

EJUSDEM *Sermo de novorum vegetabilium post creationem diviforum exortu* Tubing. anno 1749. 8°. Itineris primo compendium. Pro sexu duplici plantarum. Polyphi cum plantis analogia. De plantis hybridibus. LINNÆI tamen exempla vix admittit, cum species pro hybridibus habitæ in regionibus nascantur, quibus alter pater deest. In Delphiniis putat hybrides haberi.

EJUSDEM *Disputatio, cui titulus Rhabarbarum officinarum* Tubingæ anno 1752. 4°. Extractum gummosum pondus resinofum superare. Ut Kiachtæ sollicitè ematur. Ad Wolgam Lapathum rotundifolium nasci. Rheum verum non esse Rhabarbarum glabrum AMMANNI, non crispum. De Rhei veri vi medica.

EJUSDEM *De Coffea* ibid. anno 1752. 4°. Ut ejus potus cum cortice Peruviano conjungatur.

EJUSDEM *De innocuo & egregio corticis Peruviani in febribus intermittenti- bus usu* Tubing. anno 1754. 4°.

In ejus *Reise durch Sibirien*, seu quatuor voluminibus Gottingæ ab anno 1749. ad annum 1752. excusi itineris * parum ad rem herbariam pertinet, cum aula Russica eas divitias Floræ suæ Sibiricæ servatas vellet. Aliqua tamen de vi vulneraria Anacamperotis purpureæ.

EJUSDEM *Aliqua de plantis Russicis Comm. Lit. Noric.* anni 1733. hist. 33. 35.

Ad GMELINUM, puto, pertinere *Das Leben Georg Wilhelm* STELLER'S Frankfurt anno 1748. 8°. Adjutor fuerat GMELINI; Americam adierat, maximos labores ad rem herbariam augendam exhauserat, quando eum in reditu mors occupavit.

Ex programmate publico Tubing. 1749. fol. Germanice versa est *Kürze Nachrichten von J. Georg GMELIN* Gotting. anno 1749. 8°.

§. MCCLXIII. Hispani. Itali.

Pedro LOZANO *Descripcion chorographica del terreno rios arbores y animales de las provincias del gran Chaco* Cordua anno 1733. 4°. Pars Americæ inter Peruvianam & Paragay hic describitur, non neglectis etiam plantis, quas nobiliores fert.

§. MCCLXIV. Misc. Nat. Cur.

J. Georgii HASENEST, medici Onoldensis, *Dementia ex usu Belladonnae* Eph. Nat. Cur. Vol. III. obs. 85.

Vol. IV. obs. 45. De serenitate animæ ex Opio.

J. Friderici WEISMANN De utilitate Populi, ejusque balsamo & spiritu
Vol. III. n. 92.

J. Godofredi HEIDENREICH Plantarum ad confinia Sinenfis Imperii reper-
tarum Catalogus *ib.* obs. 114.

J. Friderici BOELII De vi sternutationem movente Valerianæ obs. 125.

§. MCCLXV. P. H. G. Mabring.

In *Comm. Lit. Noric. ann. 1732. & 1733.* primum adparet Pauli Henrici
Gerhardi MOEHRING Anatomie vegetabilium; foliorum nempe in aqua mace-
ratorum sceleti.

Anno 1735. p. 220. De vi Allii adversus hydropem.

Et p. 386. De nonnullis plantarum monstris.

Anno 1736. p. 20. Hippocastani corticem febrem non domare.

Pag. 250. De plantis fasciatis.

Anno 1737. p. 163. De Asparago fasciato.

Anno 1740. hebd. 6. De discrimine Fumaræ cavæ & solidæ.

Anno 1742. Emondavit Illecebri characterem obs. 1.

Et n. 10. Verbasci speciem accurate definiivit.

Anno 1743. hist. 12. Rhagadiolorum duorum characterem dat.

Hist. 4. De duabus Digitalibus.

N. 15. De Senecione Artemisiz folio & duabus Filicibus.

Anno 1744. hist. 4. De Atriplice maritima palmata.

N. 49. De Sago.

N. 50. De Filice & Polypodio.

Anno 1745. De Lampfana orientali maxima.

EJUSDEM *prime lineæ horti privati* Oldenburg. anno 1737. 8*.*. Adnexa
genera, Corrigiola, emendatior, Arniea, Volubilis (Fagopyrum alatum), Al-
finauthemon, alia.

In *Philos. Transact.* n. 455. Descripsit characterem Salicorniæ, Ruppizæ,
Illecebri, Hippuridis, tum Verbasci & Jacobicæ speciem.

In *Actu Naturæ curiosorum* Vol. VI. obs. 84. Cotule species, ad oram
maris Frifaci nata. Obs. 85.

Obf. 85. De Valerianis cornucopioideis.

Obf. 117. Narthecii-genus constitutum, & potissimum Narthecium flaminibus villosis.

Obf. 118. *Caucalis Mauritanica*, vulgari similis, fructu majori.

Vol. VII. n. 117. 118. 119. *Hypericum palustre villosum*, & quadratum, & humile.

Vol. VIII. n. 123. *Fucus caule teretifolio*, singulari, oblongo, marginibus undulatis.

§. MCCLXVI. *Comm. Lit. Nor.*

Christophorus Maximilianus CNOFF in anno 1733. *Commercii Lit. Noric.* hebd. 26. De innocio infuso Laurocerasi.

Jac. Christophor. SCHEFLER ib. heb. 26. De mortibus ex bacis Solani.

§. MCCLXVII. *Germani Varii.*

J. Rudolph. TIDEMAN De *Sambuco* Groning. anno 1733. 4.*. Practici argumenti. Contra editorem historix plantarum *BOERHAAVIUM*.

J. Christ. EHRMANN De *Cunino* Argentor. 1733. 4.*. IDEM edidit *MAPP* alfaticam floram.

J. Christoph. HUBER. De auro vegetabili *Pannonia* Hall. 1733. 4.*. præfide *Cl. ALBERTI*.

J. Samuel LEDEL's *Succintha Mama excorticatio*, oder *Betrachtung des Schwadens* Sorau 1733. 8.*. *ZOCHA*.

Merkwürdige Naturalienkammer mit lateinisch- und deutschen Erklärungen Leipzig 1733. fol. Si huc facit.

THARSANDER's *allgemeiner, sehr curiöser und immerwährender Haus- und Reise-Calender*, oder *economisches und jedem nützlichendes Haus- und Handbuch* Berlin 1733. und 1751. 8.*.

W. Guil. MUYS De *veneni eorumque antidotiis* Franeker anno 1733. 4.*.*, etiam de vegetabilibus.

J. Friderici KORONZAI De *erroribus ex ignorantia botanices ortis* Hallæ anno 1733. 4.*.*. *Astragalum pro Galega vendi*, *Thelypterin pro Helleboro nigro*.

Friderich Gottlob HAUPT *Pharmacopola*, ad compositionem *Mithridatii* & *Theriaca Andromachi* inuitat Berol. anno 1733. 4.*. *PLATNER*.

Ambrosii ZEYHER *vernünftige Anweisung zur Oeconomie, und vernunftmäßige Verbesserung des Feldbaues* Frankfurt 1733. 4.*. 1757. 8.*. 1764. 8.*. *Nimumium* tribuit *murix nitri*.

J. BuxTORF *Theses anatomico botanicae* Basil. anno 1733. 4.*.*

J. Henrici RESPINGER *Theses anatomico botanicae* Basil. anno 1733. 4.*.*

J. Jacobi HUBER *Positiones anatomico-botanicae* ibid. anno 1733. 4.*.*

IDEM anno 1738. partem magnam alpium Rheticarum adiit, plantasque collectas ad me retulit.

EJUSDEM Progr. *De Cicuta* Cassel. anno 1764. 4.*.* Plantarum, quæ pro Cicuta habentur, discrimina.

Clandii PASSAVANT, M. D. filii nostri olim hospitis, *Theses anatomico-botanicae* Basil. anno 1733. 4.*.*

Job. Gottfried de HAHN *De veris Mesua Syri scriptis non deperditis, sed sub J. DAMASCENI nomine conservatis* Breslav. anno 1733. 4.*.*

§. MCCLXVIII. J. Frideric. Cartheuser.

J. FridERICI CARTHEUSER, Professoris Francofurtensis ad Viadrum, *Specimen amenitatum naturæ & artis, oder Kurze Abhandlungen aller Merkwürdigkeiten der Natur und Kunst* Halle anno 1733. 4.*.* & *Amenitatum naturæ* T. I. Halle anno 1735. 4.*. equidem nihil habet botanici.

Sed ejus *Rudimenta materiae medicæ rationalis* Francofurti ad Viadrum anno 1741. 8.*.* & *Pharmacologia theoretico-practica; medicamentorum officinulium usitatorum præparatio, natura, modus operandi &c.* Berolini 1745. 8.*.* Præparata quidem medicamenta describit, sirupos, electaria, pilulas, tincturas, olea & alia ejusmodi; tum sub quoque titulo medicamenta magis usitata; sed eo ipso labore utilitatem simplicium medicamentorum docet, quæ in essentias, aquas, sirupos transit. Cæterum Chemiæ & Boerhaavianæ, & Stahlianæ, & Neumannianæ peritus.

EJUSDEM *Fundamenta materiae medicæ, tam generalis, quam specialis. Pars prior* Francofurti ad Viadrum 1749. 8.*.* Paris 1752. 8.*. Venet. 1755. 4.*. Pars posterior Francof. ad Viadr. 1750. 8.*.* Classes medicamentorum secundum virtutes medicatas. Deinde simplicem medicamentorum analysin tradit, ad NEUMANNI morem, in quatuor cujusque uncis institutam. In viribus medicamentorum parvus est, & verus, & multa habet propria. Acrimoniam Naturæ & ejus classis in acido elemento ponit: perinde Sedi. Oleum Caryophyllorum non acre esse. Sarsaparillam & Chinæ radicem inutiles esse, non ita terrestres Hederæ. Extractum Liliæ convallii alvum ducere &c.

Nova EJUSDEM operis editio prodiit Francof. Viadr. 1767. 8.*. 2.Vol.*. multum aucta & emendata. Ita, ut de plantis agamus, de Saccharo, Acriviola, radice Mungo, Scrophularia, ligno Colubrina Nephritico, Hernodactylis, radice Seneca, Nardo, Botry, Culilavan, utroque cortice Winterano, Liquidambar, Car-

Cardamomis, Vanilla, Scozoneta, Saponaria, lichenibus nonnullis, Uva ursi, Spondylis, Alchemilla, Camphora, multa nova hic reperias. Gallice prodiit Paris anno 1769. 12°. 4. Vol.*

EJUSDEM *De generis quibusdam plantarum principii botanica plerumque neglecta* Francof. ad Viadr. anno 1754. 8°. 1764. 8°. Bonus libellus, Camphoram ad hæc principia (elementa) refert, & eo nomine Camphoram Thymi insignit; porro sales volatiles oleosus Benzoin, Zingiberis, Majoranæ: Ceram non apum solutum, fed arboris ceriferæ Chinenfis, Koris marini, Nucis moschatæ, Butyrum Cacao, Sebum Chinenfe, Sebum Gales, Cinnamomi, saponem Sapindi &c. Saccharum vulgare, tum Aceris, Aloës, Algæ Islandicæ, Betæ, Dauci &c. Spiritum balsamicum acidum Sideritidis, Marrubii albi.

EJUSDEM Disputationes botanicae & chemicae argumenti plusculæ sunt.

EJUSDEM *De Catharticis quibusdam selectioribus* Francof. ad Viadr. 1742. 4°.

EJUSDEM *De insigni Camphoræ activitate medica* anno 1745. 4°.*

EJUSDEM *De eximia Myrrha genuina virtute* anno 1746. 4°.*

EJUSDEM *De salibus plantarum nativis* anno 1747. 4°.*

EJUSDEM *De esculentis in genere* anno 1747. 4°.*

EJUSDEM *De ligno nephriticis Colubrino & semine Santonico* anno 1749. 4°.

De cortice Caryophylloide Amboinensi, vulgo Cutilawan Francof. ad Viadr. anno 1753. 4°.*. Lauri speciem, ex Rumpho describit. Libra una dat drachmam olei ætherei, & aromaticam aquam thillatiam. Odor olei ex Saiffafra & Caryophyllis mistus est. Plus habet extracti aquosi, quam resinosi. Aroma est, quod vim cordis & ventriculi augeat &c.

EJUSDEM *De Marrubio albo & Alchemilla* anno 1753. 4°.*. Analysis NEUMANNIANA: extractum spirituofum grate balsamicum, & tamen pene emeticum; aquofum false amarum, ingrati odoris, minoris efficaciz; vinofum extractum gratum, nec debile. Sic Alchemilla similis analysis.

EJUSDEM *De oleo Cajeput* anno 1754. 4°.*. Ab Indis ex Cardamomo parari, ex majori ejus aromatis specie. Non dat supra 5. guttas, & in hydropse utile reperit. Ex rotundis Cardamomis oleum paravit simile, fed debilius.

EJUSDEM *De Cardamindo* anno 1755. 4°.*. Iterum analysis: vires antiscorbaticæ, nephriticæ.

EJUSDEM *De sale Sodæ* anno 1756. 4°.

EJUSDEM *De principis balsami nativis* anno 1756. 4°.

EJUSDEM

EJUSDEM *De Chenopodia Ambrosioides* anno 1757. 4.*. Iterum analysi; oleum inde habuit æthereum, ad sebi modum coactum, & spiritum copiosum camphoratum.

EJUSDEM *De radice Saponaria* anno 1760. 4.*.

EJUSDEM *De Branca Ursina Germanica* anno 1761. 4.*.

EJUSDEM *De Saccharo* anno 1761. 4.*.

EJUSDEM *De Lichene Cinnereis terrestri* anno 1762. 4.*.

EJUSDEM *De Chocolata analepticorum principe* anno 1763. 4.*.

EJUSDEM *Theses quædam diætetica miscellanæ ad esculenta ac potulenta spectantes* Francofurti anno 1763. 4.*.

EJUSDEM *De simplicibus balsamicis & aromaticis* anno 1764. 4.*. De variis oleis essentialibus, de resina, Camphora.

EJUSDEM *De Amylo* Francof. ad Viadr. anno 1767. 4.*.

§. MCCLXIX. *Christian Reichardt.*

Christianus REICHARDT, Consul Erfordiensis & Pharmacopola, ad secundum Tomum iconum ex viris plantis expressarum KNIPHOFII descriptiones addidit Erford. anno 1734. fol.

EJUSDEM *Historische Nachricht von denen bey Erfurt gelegenen dreyen Brunnen, deren Beschaffenheit, Cultur &c.* Erford anno 1745. 8.*. In fossas locum aquosus distribuitur, in quibus Silybrium (vulgo Nasturtium) aquaticum, ad usus culinares colitur. Accurate cultus docetur, etiam aliqua ejus herbæ historia traditur.

EJUSDEM *Abhandlung von allerley Saamenwerk* Erfurt anno 1750. 8.*. Contra macerationem seminum, & contra imaginarium semen Brassicæ, quod Fungis constat. Tabulas pro tempore sationis, pro diurnitate vis germinantis, pro pondere feminis, ad agri mensuram comparata. Ramosarum plantarum semina rara esse debere. Ut tenuia semina optime serantur. De Brassica cauliflora sollicitè scribit. Redit in T. I. sequentis operis.

EJUSDEM *Gartenschatz* T. I. Erfurt anno 1753. 8.*. non differt a priori. T. II. ibid. anno 1753. 8.*. De seminatio, cultura arborum & hesperidibus. Per experimenta nata omnia. Nitrum tamen ad fertilitatem facere. Fossionem ad vites colendas laudat. Magis serotinae arbustulae sylvestres, quam domi ex femine natae. Anulus in ligno non definire annua incrementa. Vidit utique radices in ramos abiisse.

T. III. ibid. eodem anno De oleribus, de bulbis, & radicibus. Novum instrumentum ad eruendas herbas noxias. Avenam spontaneam Viciis satis destrui,

destrui, Sonchum repetita refectione, per varios menses. Coriaceam scobem optime incrementa plantarum precipitare. De causa, quæ brassicas corrumpit, ne in capita conglobentur. Bona femina esse, quæ trita oleum fundant. De Raphano maculato, nova specie &c.

T. IV. ibid. anno 1753. 8.*. De horto oleraceo & medicinali, Anifonempe, Majorana, aliisque herbis ad medicinam utilibus: de Carthamo, qui plurimus circa Erfordiam colitur: de cultu Hatisidii, Nigellæ, Papaveris, Thymi, Melissæ &c. LINNÆUS non placebit, quod Spinachie plantas mares vult avulsas. De Caro culta, cui radix bulbosa.

T. V. ibid. anno 1754. 8.*. In præfatione Cl. adfinitis noster, & auctoris gener DARIUSII, experimenta aliqua de feminibus maceratis recenset, quæ feliciter cecidisse videntur. Liber ipse tradit artem 18. continuis annis, eundem agrum, absque ulla requiete conferendi, postquam abunde lætaminis natus, & profunde aratro subactus fuerit. De aratione. Stipulæ non secundant. Semine utendum maturo & obesissimo. De leguminibus. Cicer Costicam æmulari. De Medicæ, Onobrychidis & Trifolii cultu & utilitate, cum iconibus. Mirum Medicam pro feno inutilem dici, & Cordum, quod nobis pinguisimum, Erfordie pro deterrimo feno haberi. De pratorum cultu, fossione, Geminis canini destructione.

T. VI. anno 1755. 8.*. De floribus & herbis coronariis, & de Lupulo. Fulse de Auriculis: de Ranunculo & Anemone, & de bulbosis floribus, Hyacinthis etiam potillimum.

EJUSDEM *Einleitung in den Garten- und Ackerbau* T. I. Erfurt 1758. 8.*. De re hortensi agit, multaque emendat, quæ AUCTOR aliter se habere expertus erat, quam in priori opere dixerat. De fimis, inter quos bubulum præfert. De Primulis, quas credit Auriculis palmam prærepturas. De oleribus, de Brassica pro alendo pecore late per integros campos ferenda. Iterum de cultu Sifymbrii aquatici, re alibi ignota. De viticultura.

T. II. Erford. anno 1759. 8.*. De agro, Cerealibus, leguminibus, plantis medicatis, feno artificiali, vitibus & pratis. Alternas variz sementis vires laudat: & Margam ex fossis extractam. De Aniso & Carthamo Erfordie vulgo cultis, & de Sorgo. Appendices variz, peritorumque dubia.

EJUSDEM *Gemischte Schriften* Erford 1762. 8.*. Boni fenis varia cogitata, ad rem hortensem, œconomicam. De beta radice marmorata; male a MILLERO rapis accenseri, quæ mens sit varietas beta rubræ. De brassica radice napiformi, pane ex ea pisto: eandem melius aliis rapis alere, Dauci radicem equos reficere. De pane ex pastinaca hortensi, gravi, bono tamen, si farina fecalina admisceatur. Brassicam capitatam hibernam ab æstiva non differre. Contra cultum medicæ. Arboribus nocere: difficillime eradicari, susfocari a gramine. Vaccas multo utilius in stabulo pasci. Herbarum alique, quas

pecora amant. Aliæ noxiæ, aut inutiles. Ut arundo extirpetur, refecando sub aqua, ut aqua subeans radices putrefaciat. Carum nocere in pratis, quod incredibile. Urticam quatuor vel quinquies posse pro pecore demeti. In Pimpinella errat, quæ enim verno tempore in vino infundebatur, erat sanguiforba, non faxifraga. De conserva prata occupante. Triticum æstivum aristarum pauciorum aquam in farina pati: posse corrigi. Contra cerealium in alias species commutationem. Pro vino Erfordienfi: fuisse ubi Burgundico non cederet: ut præparetur, super bonas baccas rubras effuso vino albo optimo, & una fermentato. De vino enulato. Equus occisus a propinato Capfico. De conservandis per hiemem plantis & radicibus. Cerei flores. Usus æconomicus caulium lactucæ. PETRI de Carduo Benedicto compendium. Mirum posse edulem reddi contundendo. Rose Salignæ. T. DAVID TIMME Epifola de cultu rhois vulgaris in collibus apricis. Multiplex ejus arboris utilitas. Varia tritanea reperiri in collectionibus SCHREBERI p. 354.

§. MCCLXX. Itali.

Caroli AFFEYAT *il semplice ortolano in villa, e l'accurato giardinieri in città — con un trattato de garofani* Milano anno 1734. 12°. SEGUIER.

Antonii Joseph RODRIGUEZ, monachus, in Palæstra critico-medica Pampelon. 1734. 4°. In T. II. 1738. excuso, tituli sunt *Catharsis y medicamentos purgantes. Vomito y medicamentos emeticos, narcoticos.*

J. Antonii TARGIONII TOZZETTI *de præstantia & usu plantarum in medicina* Pisis anno 1734. fol.

IDEM, celebris nunc medicus Florentinus, Florentiæ 1748. fol.* editit *Catalogum plantarum horti Cæsarei Florentini* MICHELIANUM. Præmisit luculentam præfationem, in qua historiam horti dedit, quem Laurentius GMINUS Cosmi jussu anno 1544. condidit. Celebres inter custodes Joseph CASABONA & MICHELIUS. Ipse TARGIONII, post suscepta itinera, aliquandiu horto præfectus fuit anno 1737. decessit de munere anno 1745. Alter labor TARGIONII appendix est. Multas plantas rariores descripsit, peregrinas & Italicas; plantas etiam bene multas addidit MICHELIANIS. Aliqua etiam genera constituit, ut Rhaponticoïdaltrum, placenta nuda diversum.

EJUSDEM *Relazioni d' alcuni viaggi fatti in diverse parte della Toscana per osservar le produzioni naturali e gli antichi monumenti d' esse* Firenz T. I. anno 1751. 8.*. Finis viro quidem non fuit potissimum plantas legere, legit tamen pluculas, nomina longiora, & pene descriptiones addidit. Itinera in vallem Eranam, & Pisas suscepta. Multas rarissimas plantas hic reperias, subinde etiam varietates. Catalogum plantarum agri Pisani Arnus exundans hausit. De Olei conficiendi modo, & Olivæ morbo. De mortibus ex Fungis venenatis. De horto Pisano & ejus præfectis.

Tomus

Tomus II. ibid. anno 1751. 8°. In Pifanum agrum, & Volaterranum. MICHELI de marinis plantis sententia. Dari dioicas crebris floribus, & Monocasiis paucis. Et flores & fructus Fuci membrana obduci, quæ femina dimittit floresve. Globosa illa sunt, aere plena, floris filamentis similia. In fructu polypti nidulantur. Sola cum aqua in arena, silicibus contritis, testis ovorum, & carbonis polline femina germinasse. Uvæ spontaneæ dulces.

In III. Tomo Firenz. anno 1751. 8°. Massam Carraram petiit, & insularem illam oram maritimam, inde in alpestria Garfagnana transit.

Tomus IV. Firenz. anno 1752. 8°. continet iter porro alpinum. De Moris a M. Ducibus dudum cultis, & civibus suis commendatis: de quatuor aut quinque varietatibus Mori albæ: de earum succo saccharino.

In Tomo V. Florent. anno 1752. 8°. De Manna potissimum agitur, quæ ex Fraxino & Orno decorticata obtinetur. Ea Manna plurimum utuntur apes. Porro de Manna Calabrina.

Tomus VI. Firenz. anno 1754. 8°. Iterum de ea ora maritima.

Inferuntur hic itinera MICHELI in agrum Senensem, hunc plenum plantis, inter quas varietates plufculæ: aliud in montes Piſtoricæſes, multis plantis alpinis divites.

Denique additamenta TARGIONI ad quinque priores Tomos. Utique etiam album Hyofcyamum venenatam viam habere.

Novam editionem prodire lego, in cujus primo Tomo oleum fagi vehementer laudetur Florent. anno 1768. 8°.

EJUSDEM *Prodromo della Corografia e della Topografia fisica della Toscana* Firenz. anno 1754. 8°. De prima facie botanica orbis terrarum. Primæ stirpium species primævis in alpiſibus habitant, inde in colles descenderunt. Plantæ uſibus humanis aptæ omnes sunt ad unam in Europa peregrinæ. De agri cultu: ei olim dediti Hetrufci. Enumeratio viroſorum, qui plantas invenerunt. Proniſſa eſt L. GHINI, Andree CÆSALPINI, P. A. MATTHIOLI. Hiſtoriam integram botanices Hetrufcæ delineat, nunquam daturus, cum clinicæ ſere medicinæ ſe addiderit. Plurima tamen hic memoria exiſtat auctoſorum Hetrufcorum, qui in plantis laborarunt.

EJUSDEM *Ragionamenti ſull' agricoltura Toscana* Lucca anno 1759. 8°. Sermones ſunt dicti in Academia Georgophilorum. De ſolo Hetruriz, recordata monumenta, alias laudanda. Quam terram macilentam dicere oportet, quam pinguem. Filices pro ſigno habet terræ pinguis. Quo modo deterior terra corrigatur. Arundinis cultus. Quinquies in Hetruria arant. Cura cinaræ. Maltiz ex ora maritima Piſana. De Tritico molli, & de duro illo Siculo, multo meliori. Caſci ovilli a Tithymali paſtu venenati.

§. MCCLXXI. P. J. Malouin.

Paulus Jacob. MALOUIN, *Chymie médicinale, contenant la manière de préparer les remèdes les plus usités* &c. primum Parisiis anno 1734. 12°. alio titulo, *Traité de Chymie* &c. tum duobus voluminibus 12°. anno 1750.* denique anno 1755. 12°. 2.Vol.* prodiit, & Germ. Altenburg. 1764. 8°. Tomi I. pars III. tota de plantis est, deque earum partibus, elementis, & præparatione varia. Passim minus cognitæ vires medicatæ docet, ut succi Borræginis ad pleuriticidem. Nimia adfusa aqua minuit vires olei. Ex Enula Camphora. Fufe de vinis Gallicis. Laudes confectiois Hametch &c.

EJUSD. *Art de Moiner de vermicellier & de boulanger* Paris anno 1767. fol.* De vario frumento, de ejus molitione, de alica veterum, de particulis organicis ex farina natis, de usu fermentationis ad subigendum viscidum, de pane ex aliis plantis facto, de Segò &c.

§. MCCLXXII. J. Julii Hecker &c.

J. Julii HECKER, viri scholastici & theologi, *Einleitung zur Botanik* Hall. anno 1734. 8°.*. Methodum RIVINI in tabulas disposuit, genera cum brevi caractere adjectit. Recensuit, quæ ad usus humanos ex plantis educantur. Plantas medicatas, cum aliqua descriptione & usu methodico, secundum literarum alphabeti ordinem enumerat.

EJUSDEM *Specimen Floræ Berolinensis* Berlin anno 1742. fol. sunt icones, fuliginis ope, de ipsis plantis expressæ, non ingrato spectaculo.

Gustavi HARMENS & FIELSTROEM *De medicina Lapponum*, Londini Gothor. anno 1734. 4°.*, & in mea collectione *disp. præf.* T. VI. Medicamenta Lapponum recenset, Lichenem Eryngii folio, Angelicæ caulem, Pini refinam, Agaricos ad cauteria utiles.

§. MCCLXXIII. Angli.

The flowergarden displayd — above fourhundred representations of the most beautiful flowers coloured to the life: — the second edition, with the art of raising flowers in the depth of winter as it is practised by Sir Thomas MORE London anno 1734. 4°.*, prior anno 1732. 4°. prodiit SEQUIER. Plantarum hitoria brevissima, icones confuse in muscaria dispositæ. MORII artificium est plantarum aliunde vernarum in bona terra hortensi, latoque vase terreo suspensarum.

GUIL. HUGHES *The flowergarden* London 1734. 12°.

Georg THOMSON *Short method of discovering the virtues of plants* London anno 1734. 8°.*. Per sapes, odores, similitudinem characteris: ex HOFMANNI ejusdem sensus dissertatioe.

MID-

MIDDLETON's *fourthorderd new receipts in Cookery* London 1734. 8°.

The Lady's companion in Cookery, Pastry, preserving, pickling, condying London 1734. 8°.

In T. III. *Æd. Edimburgensium* dicitur de cortice Conessi ad dysenteria specifico.

§. MCCLXXIV. Germani.

Balibazar Ludwig TRALLES De virtute Camphora refrigerante Hallæ anno 1734. 8°. practici est argumenti.

EJUSDEM *De Opio* eximium opus, cujus I. Tomus anno 1757. 4°. Uratislaviz prodiit. Vires constituit, quas Opium in corpore humano exferit. Secundus Tomus prodiit anno 1759.* Tertius anno 1760.* Quartus ann. 1762.*

EJUSDEM *Versuch eines Gedichtes über das Schlesiſche Riesengebürg* Breslau anno 1750. 8°.*

Henrici CANNEGIETER De herba Britannica in PROCOPIO memorata Haag. anno 1734. 4°.* alibi a nobis indicata est.

In *Comm. Lit. Noric.* anno 1734. hebd. 33. *Christophorum FRITSCH* Pira florentia describit.

Sign. Frid. DRESIG & STEGER De cicutâ Atheniensibus panâ publica Lips. 1734. 4°. Erudita diff.

Abraham KRIEGL diff. De Spongiorum apud veteres usu Lips. 1734. 4°.

Cosmus Conrad. CUNO Observationes durch Microscopia der Inſecten Augspurg 1734.

J. F. BACHSTROEM Observationes circa Scorbutum Leid. 1734. 8°.* De virtus vegetabilis necessitate.

J. Baptista KARCHER De Anetho Argentorati anno 1734. 4°.*

J. Lud. CALANDRINI Theses de vegetatione & generatione plantarum Genevæ anno 1734. 4°. SEQUIER.

Wohlbewährte Garten-Geheimnisse, wie Pflanzen und Gewächse zu traßiren, nebst sympathetischer Wirkung der Natur, und einem Anhang von der wahren Baumzucht, insbesondere den Zwerghäusern und andern Gärtnerweyen, aus dem Französischen übersetzt Nürnberg anno 1734. 8°. 1738. 8°. Wien anno 1752. 8°. 1754. 8°. 1756. 8°. cum appendice de arborum cultu.

Guldene Kunstfarte zu allerhand Curositäten, Künsten und Wissenschaften Nürnberg 1734. 8°. 1755. 8°.

Die sorgfältigen Vater anno 1734. Descripserunt montes Suedicos, & plantas aliquas. De pino humili, de lichene violam redolente.

§. MCCLXXXV. *Phil. Trausf.*

In *Phil. Trausf.* n. 432. *Gustavum* COURTEIS De plantis in aqua florentibus.
Vincentium BACON De morte ex Napello.

§. MCCLXXXVI. *Galli Varii.*

In *Mem. de l'Acad. Royale des Sciences* CLAUDIUS BOURDELIN, nepos, de-
 dit, Mémoire sur le fel lixiviel de Guajac.

Létre sur la Bière Valenciennes 1734. Satis bene, ex hordeo hiberno cum
 lupulo optime coqui. Modus & encheireses. Clarificatio cum decocto pedum
 bubulorum absque noxa est.

COLONNE *Histoire naturelle de l'Univers* Paris anno 1734. 12°. 4. Vol.
 Habet etiam de plantis proprium libellum, homo credulus.

N. FEVRE *Catalogue du meilleur fruit*, Mercure de France ann. 1735. m. Aouft.

Catalogue des arbres & arbrisseaux, qui peuvent se cultiver en pleine terre
 Paris anno 1735. 8°. In FALCONET: catalogo tribuitur Bernardo de JUSSIEU.

§. MCCLXXXVII. *M. M. Ludolf.*

Michael Matth. LUDOLF Anfangsgründe der Arzneywissenschaft, zum Grunde
seiner Lektionen über die Materiam medicam und botanicam Berolin. 1734. 8°.

EJUSDEM *Catalogus plantarum Berolini demonstratarum* Berolin. 1756. 8°. *.
 Nomina TURNEFORTII, synonyma LINNÆI & aliorum. Subjecta est syno-
 psis duarum dissertationum de *methodo botanica*.

In *Mém. de l'Acad. de Berlin* anno 1745. etiam compendium exstat disser-
 tationis de *methodo botanica*, de qua stamina rejicit & cotyledones.

§. MCCLXXXVIII. *J. Wilhelm Weinmann.*

Hoc anno prodiit *multilinguis phytanbozaiconographia index* Aug. Vindeji-
 corum anno 1734. fol. primæque tabulæ vasti operis. Pharmacopæus Katis-
 bonensis magno animo immenſum opus suscepit, quod a morte demum Cl.
 viri perfectum est. Tabulæ sunt 1025. vivis coloribus pictæ. Sed dudum vir
 alioquin mitissimus C. J. TREW adnotavit, species a varietatibus minime di-
 stingui, flores in iconibus vix exprimi, neque fuisse in auctore eam peritiam
 rei herbariæ; ut veris generibus suas plantas subjeceret. Sermonem & descri-
 ptiones Cl. DIETERICH addidit, ego præfatus sum. Belgice interim anno 1736.
 edi ceptum est, addente aliqua Cl. BURMANNO.

§. MCCLXXXIX.

§. MCCLXXIX. Belgica.

PIETER le CLERCQ *naturkundige aanmerkingen van de Kon. Societ van London getrokken* Amsterdam 1735. 4°. 2.Vol.

Uytgelezenen natuurkundige afhandelingen Amstelodami anno 1734. 8°. & sequentibus * editæ, nihil habent proprii, sed excerpta ex Anglicis diariis de noxa Napelli, & aquæ Laurocerasi, de florentibus in aqua plantis; ex BRADLEYO aliqua, &c.

PETRI van BAALEN *De cortico Peruviano ejusque in febribus intermittenribus usu* Leid. 1735. 4°.*

Kweekschool voor liefhebbers der booven en tuynen Leyden 1735. 4°.

§. MCCLXXX. C. E. Kuhnhold.

Christiani Ernesti KUHNHOLD Dreybunders selbſt gemachte Experimente, wid dem Trachte Herrn Zeigers entgegengesetzte Oeconomia experimentalis Erfurt anno 1735. 4°.*. Multa longo ulu expertus, neque ignarus mathematicum aut Chemiz, cæterum repetitor. Pes cubicus terræ absorbet 23. mensuras cerevisiaris aquæ. Semina macerata sæpe deterius provenire. In agro 6. 553. 600. pedum quadratorum requiri unctuosi libras 10500. id fere ex urina repeti. Contra oleum vegetabile ZEIGERI, nempe lixivium ex calce. Inutile esse feminum macerationem, si unctuosum in agro defuerit. Solutione vitrioli insecta abigi. Belgas suam in floribus felicitatem debere fimo vaccino prioris anni, in fossa putrefacto. In lapidibus nitro imbutis decimam partem esse nitri, quod in lixivium transeat. Non placet auctori seminator, neque in terra humida locum potest habere. De cujusque terræ & foli commodis & incommodis. In arena quintam vel sextam partem farinæ lapideæ se reperire. Fimus ante omnia pratis debetur, & ab iis perficiendis bonus colonus incipit. Aliqua de Marga lapidea, & de cespite bituminoso, cujus utile sit latamen. Valde laudat Solanum tuberosum, cujus mirifica sit multiplicatio.

§. MCCLXXXI. J. M. Gesner.

Hujus anni est eximia editio *rusticorum J. Matthie GESNERI* Lipsi. anno 1735. 4°.*. quam cum iis rusticis diximus. Ipse, etsi minime rusticis operibus adfectus, tamen ut ingenio valebat, multa ad declarandam veterum agriculturam contulit. Nuper audio recudi, cura Ven. ERNESTI.

§. MCCLXXXII. Itali.

Ricordi & agricoltura tratti di migliori autori di coltivazione accomodati al Clima di Toscana Ediz. III. Firenze anno 1735. 8°.

§. MCCLXXXIII. Germani.

Burchardi Davidi MAUCHART Butyrum Cacao novum & commendatissimum experi-

experimentum Tubing. anno 1735. 4.*. *Melioris notæ disputatio.* Aliqua primum de arbore Cacao, deinde de butyro. Analyfes nucleorum Cacao. Post ab eadem mitiori igne aquam, butyri habetur pene sexta pars; & paulo plus olei exprefsi. De eo ipfo butyro stillat ad ignem aqua fpirituofa, acidula.

EJUSDEM *De clarificatione vini turbidi* ibid. anno 1742. 4.*. De vinis per 248. annos Argentinx fervatis.

Heinr. STEK *Erbauliche Gedanken von den Nelken* Augspurg anno 1735. 8°.

Wolfgang. Adolph. SCHROENII *Syntagma de rebus rusticis & economicis* Erford. anno 1735. 8.*. Collectio ex veteribus.

P. FRIEDEL's *Philosophifche Garten-Gefellfchaft, d. i. heiffame Betrachtung des Buchs der Natur* Halle 1735. 8°.

Cbr. Steph. SCHEFFEL, Professoris, *de mifto pharmonomia deque majori medicina certitudine ex usu fimplicium medicamentorum pra compositis adquirenda* Grifswald 1735. 4.*.

J. Gottlob HERTEL *De transpiratione plantarum* Lipf. 1735.

Israel HIEBNER's von SCHNEEBERG *Geheimriß der Sigillen, Kräuter, Steine* Frankfurt 1735. 4°. Erfurt 1751. 4°. Alchimifta.

Frid. Ulrich STISSER's *Einleitung zur Landwirthfchaft der Deutschen* Jena 1735. 8°. ZOCHA.

EJUSDEM *Forß- und Jagd-Hiftoria der Deutschen* Jen. 1737. 8°. *Laudari* video. Prodiit etiam Leipzig 1754. aucta a H. G. FRANCKEN.

Icon Aleës Americanz mucronato folio, quæ Ratisbonæ floruit 1735.

§. MCCLXXXIV. Sveci.

Lawentii LILJEMARK *Berättelse om blommar och det atskilliga delars verkan och gagna förwenkas utur* Tournefort Upsal. anno 1735. 4.* cum iconibus lignis.

§. MCCLXXXV. Comm. Lit. Norv.

In *Commercio Literario* Norico J. Samuel de BERGER, Vir ILL. olim amicis nofter, *hebd. 4.* De corticis Peruvianii usu egit.

Et n. 20. De Sambuci utilitate in febribus inflammatoriis.

ILL. & desideratiffimi WERNHOFF *De vi corticum Aurantiorum antifebrili non fatis certa testimonium hebd. 13.*

§. MCCLXXXVI.

§. MCCLXXXVI. *Benedictum Maillet. Alii.*

Benedictum MAILLET, Consul olim gentis Gallicæ in Ægypto, reliquit commentarios, ex quibus J. B. le MASCRUER hæc collegit, cujus etiam stylus est *Description de l'Égypte* &c. Paris anno 1735. 4°. 2.Vol. la Haye anno 1740. 12°. 2.Vol.*. In opere, passim fabuloso, pertinet ad rem herbariam LÉtre IX. Tom. II. qua agitur de præcipuis & celebribus plantis Ægypti. Etiam hic niteris Catharum pro Loto haberi, Papirum pro Musâ.

IDEM MASCRUER cum LUPÏ opere de Æthiopia relationem dedit SAVERIEN.

J. Ant. MILLET & Barbol. MURRY *E. legumina præ cæteris alimentis salubria* Paris 1735. 4°.

Andræ PICQUER *Medicina vetus & nova continens pharmacium Valencia* 1735. 8°. 1743. 4°. habet materiam medican secundum clasæ.

§. MCCLXXXVII. *J. Atkins.*

Job. ATKINS, Chirurgi, *relation of his Journey to Guinea, the Brasil and the Westindies* London 1735. 8°.* & prius anno 1723. 8°.

EJUSDEM *Observations on the coast of Guinea* London anno 1758. 8°.* Vix adtingit rem herbariam.

§. MCCLXXXVIII. *Galli aliqui.*

In *Mém. de Trévoux* anno 1735. Aug. Epistola habetur, qua VERGINII nupera inventa refutantur. In agro nempe Avena confito, hac refecta, succedit altero anno messis triticea, cujus culmi ex proprio grano nati radices habebant, cum Avenæ radicibus confusas.

Bernardi de JUSSIEU, summi botanici, quem vero nimia modestia a scribendo deterruit, de Pilulariæ caractere, plenissima historia in *Mémoire de l'Académie* 1739.

Catalogue des arbres & arbrisseaux qui se peuvent élever aux environs de Paris Paris 1735. 12°. ad imitationem similis catalogi Londini editi, cum nominibus Gallicis.

EJUSDEM Lemnæ pariter ex inis eruta historia *Mém. de l'Acad.* anni 1740.

IDEM *Mém. de l'Acad.* anni 1741. De quadam tela, quam recte ad Conservam refert.

Anno 1742. De plantagine monantha.

EJUSDEM & MUNIER *E. omni tempore & asate salubris poem Coffea* Paris anno 1743. 4°.

(Bibl. Bot. T. II.)

N II

IDEM

IDEM & COLLOT dedit anno 1725. 4°. disputationem in hæc verba, *Ergo ut in America, ita in hac regione apalachinæ potus salubris?* Commendat vir C. Recufa est anno 1743. De editione operis TOURNEFORTII conf. p. 5.

§. MCCLXXXIX. J. Bapt. du Halde.

J. Baptista du HALDE S. I. multa volumina des *Lettres édifiantes & curieuses* edidit.

EJUSDEM *Description géographique, historique, & physique de l'Empire de la Chine & de la Tartarie Chinoise* Parisiis anno 1735. fol. 4. Vol. edidit, splendidum opus, Hagæ anno 1736. 5. Vol. 4°. recusum, etiam Germanice versum & Rostoci anno 1747. 4°. 4. Vol.* redditum, & Anglice 8°. 4. Vol. Historici quidem potissimum est argumenti, naturæ tamen etiam dona interponuntur, & aliqua de re herbaria. In Tomo II. arbores aliquæ utiles & celebriores obiter depinguntur, & de Mori cultu agitur. In Tomo III. dicitur de libro botanico Chinesum Principe *Pensao*, ejusque quasi Compendium exhibetur. Deinde de Ginseng, de Thea, de nucleo Theæ, de Rheo & aliis plantis medicatis Chinesium, de arbore cerifera, saponaria, de plantis tinctoriis. In Tomo I. & IV. aliqua itineraria exstant Jesuitarum, quæ hæctenus etiam aliqua ad rem herbariam pertinentia continent, ut messis militaris radices Ginseng.

Excerptum ex eo opere compendium sensim prodiit *Nachrichten, wie mit dem Seiden- und Maulbeerbaume zu verfahren*. Wolfenbüttel 1753. 8°. HEISTER.

§. MCCXC. Christianus Gottlieb Ludwig.

Christianus Gottlieb LUDWIG, Silesius, Professor nunc Lipsiensis Primarius, Africam cum HEBENSTREITIO adierat: inde redux plantas coluit, & passim in botanicis laboravit. Primum de *vegetatione plantarum marinarum* disputavit Lipf. anno 1736. 4°.* diverfoque inde modo nutritionis.

EJUSDEM De *sexu plantarum* progr. anno 1737. 4°.*. Pro duplici plantarum sexu. De fecundatione palmarum per pollinem masculum, quam in regione Scherid cominus viderat.

EJUSDEM *Methodus plantarum sexualis* LINNÆI anno 1739. 4°.*. Contra eam methodum dubia.

EJUSDEM De *minuendis plantarum generibus* Lipf. anno 1737. 4°.*.

EJUSDEM De *minuendis plantarum speciebus* anno 1740. 4°.*. Varias causas adducit, quæ varietates in plantis efficiunt, monetque, ne pro speciebus nobis imponant.

IDEM *Radicum officinalium bonitatem ex vegetationis historia judicandam esse generatim ostendit* Lipsiæ anno 1743. 4°.*. De succi in radicibus preparatione. Bonam radicis conditionem ex cortice fere adparere.

IDEM

IDEM *Radicum bonitatem &c. speciatim ostendit* Lipsi. anno 1743. 4.*. Per exempla, ad Glycyrrhizam, Pentaphyllum, Rubiam, Esulam, Ipeccacoanham &c.

EJUSDEM *De colore florum quadam observata* anno 1756. 4.*. Radix fere alba; foliorum viridium fuccus sæpe albus. Color a sole ruber, a frigore albus, &c.

EJUSDEM *De colore florum mutabili* anno 1758. 4.*. Ut evanescant striz coloratæ florum Sinapi, ut flores albi violaceum colorem induant, Verbascum lactefcente flore in flavum ut per horti cultum transeat; & alia id genus.

EJUSDEM *De colore plantarum species distinguente* anno 1759. 4.*. Sæpe color varietas est, alias verum discrimen, ut in Fraxinella.

EJUSDEM *De rei herbariæ studio & usu* Lipsi. anno 1768. 4.* cum ad eorum botanices rediret.

EJUSDEM *Aphorismi botanici* Lipsi. anno 1737. 8.*. Compendium historiz botanices. De methodo, generibus constituendis & speciebus. Anatomie plantarum. De modis, quibus vires medicatæ plantarum deteguntur.

EJUSDEM *Institutiones regni vegetabilis* ibid. anno 1742. 8.*, & auctius anno 1757. 8.*. Pars I. historica, ad methodum pertinet. Plantam ab animale differre motu succorum per cellulosam telam; motusque causâ a calore, non ab interno motore nata. Sedes & fons characterum & discriminis plantarum. De methodo naturali dubitat. Nomina multa TOURNEFORTIANA, a similitudine sumta, tuetur, nominata fabricando, ut per omnes ætates plantæ conveniant. Pro hybridibus. Methodus LINNÆI a petalo ejusque numero, inde a staminibus, tunc a tubis, denique a fructu. In secundo tomo anatomie plantarum & œconomia vegetabilis describitur, sollicitè & accurate. Partes plantarum magno studio descriptæ & divisæ, earumque fabrica anatomica. Cuticula interna, externa, tela cellulosa. Vasa succifera variz figuræ, etiam triquetra. Materies utriculosa in cavis caulibus, vasorumque. Ab aère potissimum vis secundans fimi pendet. Diversitas in succis plantarum sit a diversa fabrica vasorum & cellulosa telæ. In vasis & medulla est, & lignæ fibræ. Ut succus plantarum in vasis perficiatur. Nectaria videntur nimis spissos succos excernere. Contra evolutionem, ex mutationibus, quæ ex variis causis plantæ crescenti superveniunt. Bulbi non gemmæ, sed radices sunt. De tracheis dubitatur; neque a sola aqua planta nutritur. Rete foliorum simplex in Acere; duplex in Aquifolio; triplex forte in Citro. Foliolum succum præparatum partim caulî reddit. Vasa aerea sunt vasa succosa contracta, cellulosa tela exsucca. Plura non licet hic repetere.

EJUSDEM *Definitiones plantarum* Lipsiæ anno 1737. 8.*. Eadem auctæ & emendatæ anno 1747. 8.*. Characteres ex omnibus partibus plantæ sumti, ut in methodo naturali: species pleræque Tournefortianæ, tamen & superæ.

N n 2

Classes

Classes a petalis eorumque numero & regularitate: deinde a flaminibus, tubis. Methodum naturalem rejicit.

Easdem *Definitiones Georgium Rudolph. BOEHMER* emendatas & auctas edito anno 1760. 8°.*, ditavit nuperis, etiam *BROWNII* generibus. Multa utiliter emendat. Valantiam ad Gallium reducit. Basellam aliter describit. Vitalicam ad Aretiam refert. Centaurium a Gentiana separat. Passim alia genera conjungit, quæ omnia non possumus persequi. Fungi ex *GLEDITSCHIO*, Musci a *DILLENIO*.

Ad Diarium *das allgemeine Magazin*, & ad *Commentarios Lipsienses* multum contulit. Collectionem imaginum plantarum, fuligine expretarum, moderatus est Hallæ anno 1760. & sqq. fol. *Comm. Lips. X. P. 2.* Titulus est *Erypa vegetabilium usibus medicis præcipue definitorum &c. virium & culturae brevium descriptio.*

In *Advers.* n. II. *GREDDINGI* extant experimenta facta cum extracto stramonii, dato a gr. i. ad 30. in diem. Rarissime epilepsiam sanavit, somnum dedit bonum, appetitui non nocuit, sed oculis. Sitis fecit sæpe maximam, & ventris tormina. Alvum non adstrinxit, urinam sæpe largiter movit: paucos levavit.

IDEM *CL. GREDDING Adv. IV.* Belladonnæ vires exploratæ somnum fecit placidum, urinæ copiam auxit, oculos inflammavit, epilepsiam non sustulit.

§. MCCXCI. *Johannes Burmann.*

Johannes BURMANN, ex familia nobili & opulenta natus, & eruditione varia celebri, noster olim amicus, in conservandis & ornandis Clarorum *Viroorum* operibus multum laboris, & sumtus impendit, potissimum vero in iis, quibus plantæ Indicæ describuntur. Primum anno 1736. editionem Belgicam *Herbarii WEINMANNIANI*, additis Africanarum plantarum tabulis, ditavit.

Inde edidit anno 1737. *Theaurum Ceylanicum*, Amsterdam 4°.*, quem olim laudavi. Ad plantas liccas *Pauli HERMANNI*, & *Johannii HARTOGI*, catalogum recensuit, adjunctus etiam delineationibus a *J. Friderico GRONOVIO* & a *G. CLIFFORT* acceptis; porro collectione *W. Adriani van der STEL*; & thesauro *WITSENIANO*, tam iconum, quam plantarum ab *HERMANNO*, *HARTOGIO* & *OLDENLANDIO* lectarum. Ita Catalogum plantarum Ceylanicæ Insulæ elaboravit, cum synonymis, & rariorum & novarum iconibus & descriptionibus. Genera nova, qua erat modestia, pauca constituit, quæ sunt *Antidesma*, *Aro Orchis*, *Leucas*, *Melastoma*, *Micrococcos*, *Moringa*, *Mussaenda*, *Urinaria* (*HERMANNI*). *Cinnamomum* verum depictum dedit, tum aliam speciem, & *Lignum Colubrinum* de *Ligulstri* generis. *Manghas* venenato lacte plenam arborem, *Grana Tiglia*, & plurimas plantas medicatas, & suæ utilitate celebres descripsit; plantas horti *Malabarici* explicuit, novasque numerosas addidit. *Classis umbellifera* præparata est, & *Cruciatæ* in *Ceylania* fere desiderari videntur, nisi *Sinapitruum* velis. Ad finem Catalogus adjectus est plantarum Africanarum *HERMANNI*, *OLDENLANDII*, *HARTOGII*.

Ex

Ex codicibus WITSENI & A. vander STELL natæ sunt *Decades X. rariorum plantarum Africanarum*, quarum quatuor anno 1738. inde sex anno 1739. Amstelod. 4.* sunt editæ. Genera copiosum numerum fere specierum habent, Euphorbia, Tichymali, Stapeliz, Apocyna, Cotyledones, Oxalides, Gerania, a quibus vir Cl. Pelargonio flore difformi separat, Rapunculus & Rapuntium, Chamelææ, Thymelææ, Xeranthema, Chrysocomæ, Polygalæ, Gnaphalia. Pentagoniam, Caryophyllæam, Oosterdyckias, Serrariam, nova genera fecit. Aliquæ hic umbelliforæ. Sideroxyton hic etiam occurrit. Omnes species descriptæ & depictæ, plurimæque earum novæ.

RUMPFIANO operi addidit interpretationem latinam; adnotationes, nomina botanica, harmonias aliorum auctorum.

Demum PLUMERIANAS posthumas tabulas suo sumtu sculpi & edi curavit, iisque descriptiones adjecit, & nupera nomina, & priora: ita de novo orbe perinde bene meruit, ut de prisco, & utriusque divitias patefecit, numerosas, vix notas, sua tamen utilitate celebratas plantas, plurimas novas exhibuit.

In *Nov. AË. Nat. Cur.* T. II. anno 1761. depinxit & descripsit duo nova genera, Wachendorffiam, quam & seorsim edidit, & Ferrariam.

Nuper *floram Amboinensem* f. Indicem in omnes icones herbarii Amboinensis edidit, & simili cum titulo *floram Malabaricam* f. Indicem in hortum Malabaricum Amsterdam 1769. fol.* in quo pleræque plantæ Indicæ sua ad genera reducuntur.

§. MCCCXII. M. C. Hanow.

Michaelis Christophori HANOW, celebris physici & Professoris Gedanensis, *erläuterte Merkwürdigkeiten der Natur* Gedan. anno 1737. 4.*, sed prodierunt anno 1736. 4*. Breves libelli, singulis hebdomadibus editi, physici fere argumenti, pauca botanica hæcenus continent, de pomis, & pisis conservandis, de anacampserote ex sicco nata asere, absque terra, de plantis hieme virentibus, de horto Card. Eiltensis, de Manna Schwaden.

EJUSDEM *Danziger Erfahrungen* anno 1739. 4*.

EJUSDEM *Nützliche Danziger Erfahrungen* anno 1740. 4.*.

EJUSDEM *Abgefonderte wöchentliche und monatliche Danziger Erfahrungen* Gedan. anno 1741. 1742. 4.*.

EJUSDEM *Wiedervereinigte Danziger Erfahrungen* ibid. anno 1743. 1744-1745.

EJUSDEM *Zum gemeinen Nutzen eingerichtete Danziger Erfahrungen* ibid. anno 1746. 1747. 1748.

EJUSDEM *Danziger Nachrichten, nebst gelehrten Anmerkungen* ibid. anno 1749. 4*.

EJUSDEM *Danziger Erfahrungen zur Beförderung der Einsicht in die Natur und Kunst* 1750. 1758. 4.*.

Omnium idem fere est fapor, quem primo loco dixi.

Hæc collecta sunt in *Seltenheiten der Natur und Oeconomie*, &c. & edita a J. Daniele TITIO Lipsiæ anno 1753. 8.* & 1755. 8.* Tomus I. ad animalia pertinet. Badiagam hic descriplit. Ejus globulos negat esse ova.

Tomus II. aliqua continentur ad plantas facientia, fasciata, prolifera, & nonnullas rariores. Fasciata a coalitis caulibus interpretatur, Martagon bulbiferum frequentissimum est. De Pisang & nucæ Cocos. De ultima gine duplici & Secali conniculato. De Peziza, &c. De Fungis & plantis fungosis variis. De pane ex Solano tuberoso factu. Aliqui negant Secale corniculatum aut nocere, aut fetido esse odore.

In Tomo III. iterum aliqua ad peregrinas aliquas plantas, Rosam de Jericho, Aurantium prægnans, Citrium prægnans, flores decolores, annulos ligni, spicas Cerealium multiplices, Fungos plantarum putrefcentium.

IDEM in *physices dogmatica*. T. III. Hall. anno 1766. 4.* egit de plantis, & primum de earum fabrica & vita. Deinde peculiariter de arboribus, quarum fabricam & usus æconomicos tradit.

Alia est collectio *Opisculorum Pars I.* quam etiam J. D. TITUS edidit Hall. 1761. 4.* Progr. fere non hujus argumenti sunt.

EJUSDEM *Physica dogmatica* Tomus III. Hall. 1766. 4.* continet Phytologiam generalem, & Phytologiæ specialis partem, qua arbores describuntur, noster enim auctor arbores ab herbis separat. Tradit ergo fabricam plantæ, & vitam. Partes plantæ proprias definit, radices, caulem, folia, florem. Deinde aliquas nobiles arbores scorsim describit, ut Palmas. Inde arbores coniferas: tum alias raras, ubi Baobab ad Populos refert, que malva est: porro arbores nostrates Europæas, cum utilitate varia, sæpe cum PLINI locis. Platanus germanis ignota est, & *Maholder* nomen est Aceris. Exoticas intermiscet celeberrimas. De ligno præduro, lente crescente, nigro, in Islandiæ petrosif reperito, quod casu aliquo hinc in aqua descendere dicit, inde aqua leviozem esse.

Inde Tomi IV. Hallæ 1768. 4.* excusi pars prior plantas continet herbaceas, fabricam partium, plerumque cum LINNÆO comparatam. Admittit principium vitale, obscura perceptione corpus suum regens & formans. Methodi variz, classes, monstra: neque enim hic ad peculiare species descendit.

§. MCCXCIII Galli.

*Recueil de Létres, Mémoires & autres pièces, pour servir à l'histoire de l'Académie des Sciences & belles lettres de Beziers, Beziers anno 1736. 4.** Aliqua hæc de Rhapsontico Gallico Cl. BOUILLET.

Catalogue des places excellents fruits, qui se cultivent dans les pépinières des Champs-Élysées de Paris, avec leurs descriptions Paris 1736. 42°.

Abbé

Abbé BELLET *Catalogue de différentes espèces de raisins, qu'on cultive à Sainsepoix en Perigard, en Languedoc, à Cadillac & aux environs de Bourdeaux* anno 1736. missus ad Acad. Burdigalensia.

Analyse de plusieurs polychrestes ultramarins, leurs usages & propriétés Paris 1736. 8°. MEAD. 12°. FALCONET.

In *Mém. de Montpellier* anno 1736. de motu florum plantarum cichoreacearum.

De la GUERINIERE *Ecole de la Cavalerie* Paris 1736. fol.

Jac. Franc. VANDERMONDE & St. VAST, *Ergo infirmis a morbo viribus reparandis Ginseng* Paris anno 1736. 4°. Americanum idem cum Sinico esse.

§. MCCXCIV. *Angli Varii.*

Nic. SALMON *Antiquities of Surrey with some accounts of the natural history of the country* London anno 1736. 8°. - Aliqua de Lupuli cultu habet. Dedit etiam *Antiquities of Essex*.

The compleat family piece — the gentlemen and farmers best guide London anno 1736. 12°. SEGUIER.

Hoc anno ad ornandam agriculturam Societas coaluit Dublini, quæ hebdomadatim suas adnotationes edidit, & prima est Societatum, quæ ad agri colendi artem colendam coaluerunt. Pars earum schedarum a D. THEBAULT Gallice versa prodiiit Paris 1759. 12°. quæ agit potissimum de lini cultu, & de sicera: lupulo, emendandis paludibus.

A description of a great variety of animals and vegetables extracted from the best authors of natural history London anno 1736. 8°. SEGUIER.

The manner of raising, treading, pulling of flax practised in Flanders. In I. *Interest of Scotland* anno 1736. edito.

In *Phil. Transf.* n. 442. & 443. Johannes BELCHIER habet experimenta ossium in vivis animalibus Rubia tinctorum.

Pharmacopœa Collegii Regii Medici Londinensis anno 1736. 8°. OSB.

BAYLEY's *Dictionary rusticum, being a new and compleat husband dictionary for the uses both of city and counntry* London 1736. 8°.

Catalogue of plants in the gardens near London Lond. 1736. fol. LAMB.

§. MCCXCV. *Itali & Hispani.*

Francisci ARISI *Il Cioccolate trattenimento* Cremon. anno 1736. 4°. Si huc facit.

Antonii CAMPILLO, *Pharmacopolæ, Faro Medico Ehpagirico theorico pratico* Saragoff. 1736. 8°.

Phar.

Pharmacopœa Taurinensis Torino 1736. 4°. RAST.

Caroli de AQUINO Nomenclator agricultura Rom. anno 1736. 4°. FALCON.

J. Jac. ZANICHELLI Enumeratio rerum naturalium, quæ in Museo Zanichelliano reperuntur Venet. anno 1736. 4°. Zoophyta, Marina.

EJUSDEM *Intorno alle facultà del Hippocastano* Venez. anno 1733. 4°. Arborem describit, deinde corticis amari pulverem. Variis in experimentis eandem cum Peruviano cortice faciem induere, & eadem dare elementa; duabus etiam drachmis sub introitum paroxyfimi datis, febres intermittentes profugasse. Recusum est in *Opusc. Scient. e jilolog.* T. X.

EJUSDEM *Osservazioni intorno all abuso della Coffea ed alla virtute di un nuovo Te Veneziano* Venez. anno 1755. 4°. Historiam naturalem Coffeæ dat, culpatur, ut olim N. ANDRY, quod torreatur, oleumque empyreumate corrumpatur, ei oleo frequentes convulsiones imputat, quæ nostro ævo invalescunt. Theam Euganeam non nominat, cui gratiam tribuit Chinesi majorem.

Patris ut alias indicavimus, posthumum opus edidit.

Mariani SEGUER Epistola de febrifugo J. J. MANGETI edita cum ETTMULLERI operibus Genevenlibus anno 1736. fol.

§. MCCXCVI. G. H. Burghart. Alii.

Michaelis MORGENBESSER diss. quæ premium meruit propositum, pro solutione quæstionis, *was des Schöpfers Absicht bey den Blumien gewesen* Leipzig anno 1736. 8°.

Gottfried Heinrichi BURGHART Iter Saboticum, oder Reise auf den Zobtenberg Breslaw. anno 1736. 8°. Habet etiam plantas in hoc monte sponte nascentes, cum nonnullis ad earum utilitatem spectantibus.

EJUSDEM *Dritthalb hundert Anmerkungen zur Abhandlung vom Seignettischen Salze* Breslaw. anno 1749. 8°. hætenus huc spectant, quod is sal ex vegetabilium cineribus & succis præparetur; sed cum cheniciis melius recensetur.

EJUSDEM *Wohleingerichtete Destillier-Kunst* Breslau anno 1748. 8°. & *neue Zusätze zur wohleingerichteten Destillier-Kunst* ibid. anno 1748. 8°. Aliqua parte ad vires medicatas plantarum pertinet, ut ad myrrhæ fumum, quem adversus ephelides laudat; aliqua adversus corticem Chinæ Chinæ.

Medicorum Silesiacorum satura, quarum specimina Uratislaviz ab anno 1736. ad annum 1742. 8°. octo prodierunt, & tribuuntur Cl. viro, quem modo diximus. In eo Diario Lolii comelcti symptomata, Liliium fasciatum polyanthon legas. De Siliqua dulci & Abelmofch. De Sale volatili plantarum.

Caroli

Caroli Wilhelmi SACHS Calycis Alkekengi sceletus. Lilium polyanthos. Rosa proifera.

Christ. Henrici Timothei BURGHART experimenta cum succo Aloes florentis facta. Dulcissimus, sed nauseosus, ingrati odoris, acefcit cum putredine, vomitum movet, & inspissatus alvum ducit.

Gotsfried Wilhelm. MULLER De odore Fungi sadaveroso.

§. MCCXCVII. *Des Landes.*

DES LANDES *Recueil de differens traités de physique & d'histoire naturelle* Paris anno 1736. 12°. Mca editio secunda dicitur, & est annorum 1748. & 1753. 12°. 3.Vol.*. Primus Tomus, præter libellum de conservatione frumenti, continet tractatum de veloci vegetazione plantarum; mera collectanea. In tertio LAWRENCII est libera traductio.

§. MCCXCVIII. *Belge &c.*

Servatii Augustini VILLERS Hygieine Lovan. anno 1736. 4°. hæcenus huc spectat.

CORNEL, LEONHART van AMSTERDAM Cibi potus & condimentorum plerimorum consideratio medica Leid. 1736. 4°. PLATN.

BROKMAN Humboldtbock Norkoping 1736. 4°. 2.Vol.

§. MCCXCIX. *Sam. Urlsperger & Bolzim.*

Samuelis URLSPERGER *Ausführliche Nachrichten von der Colonie Salzburgerischer Emigranten in America.* Multæ particule. Prima, ut puto, Halle anno 1736. prodit, et editio mea, quæ sex numeros continet, anni est 1741. 4°.*. Verus auctor *J. Martinus BOLZIUS* V. D. M. vir judicio valens; neque incuriosus, et naturalis historię impetitus fuit. Passim adæq; bona aliqua ad plantas utiles Americæ pertinentia intercedunt.

Continuatio I. anno 1738. 4°.*. Hic de Persicis spontaneis, & aliis naturæ dotibus: de Anguria, Castanea, Uva. De arboribus coniferis & picis coclione.

Zweyte Continuatio Hall. anno 1739. 4°. De Saffras.

Dritte Continuatio Hall. anno 1740. 4°. De oleribus suis; sed potissimum de morbis epidemicis, quos miseri exules passi sunt.

Vierte Continuatio Hall. anno 1740. 4°.*. Denique contra præjudicatum boni viri opinionem adhibitus cortex Peruvianus, & sanata febris.

(Bibl. Bos. T. II.)

O o

Fünfte

Fünfte Continuation Hall. anno 1740. 4.*. De fementæ, de Goffypii cultu.

Sechste Fortsetzung Hall. anno 1741. 4.*. Tandem exfulibus propriæ mæssis contigerunt, Mayz, Oryzæ, Solani tuberosi. De vitibus spontaneis, Moris nigris, Perficis absque nucleis.

Siebende Continuation Hall. anno 1741. 4.*. De agri cultu : tempore fementis, Prunis spontaneis indigenis, grati faporis, valde reptantibus. Panis ex Mayz, bonus si Tritici nonnihil admisceas.

Achte Continuation Hall. anno 1744. 4.*. Farina ex Oryza pulcherrima. Initia cultus Mororum & Serici. Vitium cultus optime succedit, inoculatis vitibus Maduranis in indigenas.

Neunte Continuation ibid. anno 1743. 4.*. Bonæ fapidæque Uvæ spontaneæ. Perfica eximia : ex iis spiritus stillaticius.

Zehnte Continuation ibid. anno 1744. 4.*. Hortus botanicus conditus. MEYERI chirurgi excursionses botanicæ.

Eilfte Continuation ib. anno 1748. 4.*. Cerealia Germaniæ in nova Georgia quicherrime creverunt, sed absque aratro & equis. Fabæ. Iter in Carolinam.

Tomus II. Sex sequentes numeros continet.

Zwölfte Continuation ib. anno 1746. 4.*. Rupa enormia, quorum unum duos homines fatiet. In pinetis agrum meliori fructu coli.

Dreyzehnte Continuation ib. anno 1747. 4.*. Mori speciem Hispanicam majori cum quæstu coli. Serici prima mellis.

Vierzehnte Continuation ib. anno 1749. 4.*. Cydonia optima. Arbores cito florere, cito perire. De eduli Avena paludum. De Thea indigena boni faporis. De variis Cucurbitis.

Fünfzehnte Continuation ib. 1749. 4.*. De Indici quæstuoso cultu : a nullo animale lædi. Cypressi rubræ & albæ. Laudes radicum Potatos. De Myrtocerifera, lentoque colligendarum baccarum labore. Clima Oryzæ favet & Fabis, sed illam cum labore coli.

Cum alio titulo idem opus continuatum est *Das Americanische Ackerwerk Göttes*. Ejus I. pars prodiit Augustæ Vindeliæ anno 1754. 4.*. Serici cultus auctus. Rubigo frequens, occupatur præmatura fatione. De Cassine Creekiis familiari. Uvas melius in præaltis palis crescere.

Zweytes Stück ib. anno 1755. 4.*. Facilis cultus Mororum & abundans.

Pars III. Habet culturam Indici.

Pars IV., que anno 1767. successit, præparationem docet Indici.

Hæc fusius recenséo, qui magna cum voluptate hunc librum legerim.

S. MCCC.

§. MCCC. *Jobantes Amman.*

In *Commentariis Petropolitanois*. Tom. VIII. *Johanni* AMMAN Scaphufini, *J. Coenadi* filii, primitivè leguntur. Plantæ exoticæ plusculæ, cum iconibus. *Melilotus* filiqua membranacea: tum nova genera *Lemtopetaloides*, *Ricinocarpodendron*, *Siphonanthemum*, *Petrospermadendron*, *Michelia*.

IDEM De *Ficubus* ex arboris trunco natis.

Anno IX. *Alfinanthemum* THALII. *Betula* folio subrotundo, cum bonis iconibus.

Anno X. *Filicaltri* genus constituit, & aliquot filices eleganter depingit.

Anno XI. *Bermudianæ* species, & *Cassix*, & *Fungi*.

T. XIII. *Lapathum orientale* humile femine pulchro.

EJUSDEM *Stirpium variorum in Imperio Russico sponte provenientium icones & descriptiones* Petropol. anno 1739. 4^o.*. Plantæ partim novæ, a GME-LINO, & a MESSERSCHMIDTIO descriptæ, qui jussu Augustæ propiorem Sibiriam solus percurerat, partim ab ipso AMMANNO, ad plantas ex seminibus provenientes factæ, quas HEINZELMANNUS & GMELINUS ex Sibiria miserant. Stirpes omnino 284 plurimæ novæ, etiam nova genera, *Amethytina*, *Argusia*, *Alpalathus*, *Cymbaria*, *Quadruncinata*. Icones plusculæ, ad siccas plantas factæ, & plerarumque descriptiones.

§. MCCCII. *Jacobi Loghan.*

In *Philosoph. Transactionibus* anni 1736. n. 441. J. LOGHAN experimentum reperitur de *Mayz* granis sterilibus, cum masculæ spicæ amputatæ fuissent.

EJUSDEM Præsidis in consilio Pensylvanico, *Experimenta & meletemata circa generationem plantarum* Londini anno 1747. 8^o.* prodierunt, latinè & Anglice. Descriptio floris *Mayz*, & experimenta eadem. Pro duplici plantarum sexu, quem MILLINGTONO tribuit. De germine in farinosam partem seminis radices agente. Vertit C. MYLIUS in *Physic. Belnfig.* T. III.

§. MCCCIII. *Selestæ Francofurtensis.*

Hoc anno cepit edi novum *Diarium, selecta nempe medica Francofurtensis Anatomen, Chirurgiam, materiam medicam, medicinam illustrantia* Francofurti ad Viadr. anno 1736. 8^o.*.

Tomus I. De cortice *Mandragoræ*, ejusque vi narcotica. De *Papavere*, *Alline*, &c.

Tomus II. anno 1740. *J. Andreas HARNISCH* De vermibus *Raphano* expulsi: & de duobus hydropticis *Pimpinella nigra* sanatis.

Tomo IV. anni 1747. *Barthold Ludwig HYCKEL* De noxia a nimia ingurgitatione radicum Solani tuberosi uatis.

IDEM De effectibus Stramonii egit *Comm. Lit. Noric. ann. 1744. n. 2.*

Et *J. Andreas HARMISCH* in eodem Tomo IV. *seleForum* De utilitate Pimpinellæ nigrae, succo cæruleo, in erysipelate suppurato & exulcerato.

EJUSDEM *Meditationes botanico-medice de Pimpinella nigra* editæ sunt Lipsiæ anno 1757. 4.*. Plantæ descriptio. Vis spiritum vini tingens. Vis alexipharmaca & diuretica. Exempla in achoribus, arthritide vaga, malo hysterico, catarrho suffocativo, testiculo venereo, variolis malignis, febre petechiali, ulceribus malignis, &c.

§. MCCCIII. *Germani Varii.*

J. Jac. BOSE De potioribus morbificis ad varios scriptura locos Lipsiæ diff. I. anno 1736. 4°. II. anno 1737. 4°. HEFF.

J. Jacobi KIRSTEN, Professoris Altdorfii, De Styrace Altdorf. 1736. 4.*. De variis generibus Styracis liquidæ & siccae.

EJUSDEM *Alba Ligustica cadunt*, *Vaccinia nigra legitur* Altdorf. 1764. 4.*. Ligultrum esse & baccas ipsius Ligultri.

EJUSDEM De oleo Salviæ & Copaivæ *At. Nat. Cur. Vol. V. obf. 163.*

Vol. VI. obf. 141. Cerei scandentis descriptio, qui Altdorfii floruit.

EJUSDEM De *Areca Indorum* Altdorf. anno 1739. 4.*. De Catechu ex ea præparata, de essentia. Additæ icones, etiam fructus Siriben.

EJUSDEM De exiguo pretiosorum quorundam medicamentorum effectu.

Andrea Danieli BRUCH *Observationes prædica de radicibus fructibus Jussiperi decocto* Argentor. anno 1736. 8.*. Ad fœtida ulcera, gonorrhœam malignam, dolores ischiadicos, malignum de utero liquamen, ozœnam, etiam exemplis adductis.

Christophori Andrea HEDER De *Hedera teriostri* Altdorf. anno 1736. 4.*. Aqua odorem herbæ retinet. Inde spiritus stillavit pene alcalinus & empyreumaticus, tum oleum: inutilis, præter aquam, analysis. Laudes nimia.

J. Frid. RUBEL *Vera vini . . . constitutio in Franconia*, & imprimè *Swinfurti*, Schweinfurt anno 1737. 4.*.

EJUSDEM *Physicalische Beschreibung von den Eigenschaften des Weins in Francken* Nürnberg 1754. 8*.

EJUSDEM *Merkwürdigkeiten aus dem Reiche der Natur* Frankfurt 1762. 4*.
Si huc facit.

EJUSDEM

EJUSDEM *Materia medica selectissimarum venediorum simplicium & compositorum* Bareith 1738. PLATNER. Rocufa est Nürnberg 1764. 8°.

Vorstellung und Recommendation des rothen Melnickier Weins, als ein bewährtes Mittel wider das Podagra und die Steinfühmerzen Nürnberg und Prag anno 1736. 8°. HUTH.

§. MCCCIV. J. Gottlieb Gleditsch.

J. Gottlieb GLEDITSCH, Lipsiensis, Professor Berolinensis, vir industrius, & in experimentis solers & felix, de re herbaria optime meruit. Primum ejus opus est *Catalogus plantarum, qua in horto Gen. von ZIETEN Trebnizii coluntur* Lipsi. anno 1737. 8°. Nomina. Plantæ, ut in horto privato multæ, etiam cum varietatibus. Admissæ spontaneæ.

Inde *consideratio epicrifeos SIEGESBECKIANÆ* Berlin. anno 1740. 8°. Defensio LINNÆI non incommoda. Aliqua peculiaria de florum cultu.

EJUSDEM *De methodo botanica* disp. Francof. ad Viadr. anno 1742. 4°. recusa Lipsiæ anno 1742°. De viribus medicatis: quæ conferventur, quæ in siccata planta pereant. De efficacia loci natalis; generis nullam esse constantem vim, quæ in omnibus speciebus dominetur. Laudat RIVINIANAM methodum pro tironibus. Methodum nullam vires plantæ indicare.

Porro *de Fuco subglobofo sessili & molli lucubratorinacula* Berlin. 1743. 4°. Plantarum palustrium catalogus. Globosæ & gelatinosæ plantæ bona descriptio, aliæque species adfines.

In *Commentariis Academia Scientiarum Berolinensibus* multa edidit nostri argumenti.

Anno 1748. p. 60. De utilitate corpusculorum diaphanorum, quæ MICHELIVS in Amanitis reperit. Laminæ breviores in utraque pagina plenæ sunt feminibus, & corpusculis pellucidis, verrucarum similibus: & de extremo earum margine antheræ dependent. Corpora pellucida in duris Fungis nulla sunt, & videntur, dum intumescunt, dimovere laminas, cogereque superficiem feminalem, ut aërem & pollinem antherarum admittat. Videntur etiam officio fungii spongiorum corpusculorum, quæ tubarum finem obducunt.

Anno 1749. Ut ex putredine plantæ generis fungosi oriantur, ut per aërem earum femina ferantur, & speciem suam propagent.

IDEM Palmam infecundam polline masculo sicco, & aliunde adlato, fecundavit.

IDEM primas lineas dat systematis plantarum a situ & origine staminum sumti. Constantiorem esse alius methodis. Nullum dari genus, cujus species aliæ stamina habeant petalo adfixa, alia thalamo. In Cucubalo & Silene tamen a receptaculo stamina venire. Exempla methodi in liliaceis, vasculosis monanguis, gramiibus.

Anno 1751. Pneumonanthen constituit, genus a Gentiana flaminibus coalescentibus diversum.

Anno 1754. Plantarum catalogum dat, quibus per experimenta propria reperit, coria durari posse. Describit Malum humilem floribus apetalis femineis.

Anno 1755. De ramo Abietis fasciate.

Anno 1756. De Ustilagine, cum ruptis glumis. Partem mali esse a messe præmatura, & a semine imperfecto.

Annis 1757. & 1758. De aliquibus, quæ plantæ tum animalibus communia habent.

Anno 1759. De Ægolethro. Pro specie habet Erigerontis fetidi.

Anno 1761. Vol. 17. De monstruosa fructificatione Iridis palustris angustifoliæ, in qua plurimi flores minores steriles coacervantur: tum de Lilio albo monstruoso.

Anno 1763. Carpopolum descripsit.

Anno 1764. Tom. 20. describit Thyrsines nomine Hypocistidem veterum.

Anno 1766. Tom. 22. Definit Zietenæ characterem, quæ Stachydi adnatis maximo calyce differt.

In Tomo 23. s. anni 1767. describit triplex & postremum potissimum experimentum palmæ Chamæropis per inspersum pollinem masculum fecundatæ, quo fit, ut ejus fructus fecundi sint, & in novam plantam convalescant. Idem in Lentisco experimentum bene successit, & in pistacia.

IDEM *Mém. de Berlin* 1768. s. Tom. 24. de caricum utilitate, quorum cespites excisi, & congesti, bonas dant semitas per palustria ducentes. Aliquæ etiam hujus classis species describuntur. Laudat ballamicam indolem Caricis arenariæ.

Anno 1769. Albucæ & Alethridis characterem ex vivis plantis emendavit.

Eorum plurima recusa edidit, titulo præfixo *Vermischte physikalisch-botanisch-æconomische Abhandlungen* T. I. Hall. 1765. 8°. De plantis ad rem coriariam utilisibus numerosis, adstringentibus, cum vitriolo martis cruleum colorem dantibus, aut nigrum. Bona experimenta cum iis plantis fecit. De transplantandis coniferis arboribus jam maturis. De ferendis glandibus. De Palma infecunda, quam Vir Cl. insperfo polline alterius speciei fertilem reddidit. De ustilagine ejusque sede. De herbis fericium ferentibus nostratibus, deque herbis ovibus pabulum suppeditantibus. Repetit hic & emendat Thyrsines characterem.

T. II. anno 1766. 8°. De plantis, quas apes amant, inter quas non quæreres herbas nasturcinas, Linariam; Populum, Poma, Rosas suspicarioris. Laudat cultum Sperguliæ, Rubiæ, Lupuli, Croci. Enumeratio plantarum ad sepes idonearum.

EJUSDEM

EJUSDEM Tom. III. Berlin. anno 1767. 8°. De *Ægolethra*, de *Fuco* molli. Ornatus de *Malis*, quæ absque flore fructus, cum maturis nucleis ferunt. De *fabuletis Marchiæ*, quæ pinis conferere suadet vir Cl. De plantis in arenosis nascentibus. De plantis, quas oves amant. De *Caricis* usu ad coercendas paludes.

Alia collectio nuperior est, *Vermischte Bemerkungen am der Arzneywissenschaft, Kräuterlehre und Oeconomie* T. I. Riga f. Leipzig anno 1768. 8°. Experimenta curiose capta de declinatione plantarum versus horizontem. De analogia plantarum & animalium. De cultu arboris *Draconis*, & curanda ejus putredine. De necessitate legum, quibus collectio stirpium tutior & accuratior reddatur.

EJUSDEM *Betrachtungen über die Beschaffenheit des Bienenstandes in der Mark Brandenburg* Riga & Mittau 1769. 8°. *Auctius*, quam prodierat in miscellanæ. De melle plantarum potissimum etiam *Melanthi*. Ab antheris ceram colligi, potissimum longis & copiosis, a nectariis & plantarum tubis imis mel fugi. Verna mella dare fringulam. Apes amare *Fagopyrum*, *Sinapi*, *Lupulum*, *Serpyllum*. *Tilias* eximium mel suppeditare. Catalogus plantarum, quæ a primo vere ad autumnum apes nutriant. *Taraxacum* noxas thymali coercere. De vero *Rheo* palmato. Plantas flavo colore tingentes eum colorem continuo prodere. *Borraginem* ab apibus præ aliis amari.

In *Flora Lipsiensi* Cl. *BOEHMERI* genus doriferum per subtiles characteres disposuit.

EJUSDEM *Methodus Fungorum* Berlin. anno 1753. 8°. Genera fere *Linnaæana*, specierum immensum compendium. Characteres ex *MICHELIO*. Varietates plurimas facit, *Erinacum* cum *Polyporo* conjungit. Nomina longa, cum descriptione bona. Coloribus vix utitur.

EJUSDEM *Systema plantarum a staminum situ* Berolin. anno 1764. 8°. Classes tantum quatuor, a situ staminum sumptæ. *Thalamostemones*, *Petalostemones*, *Calycolstemones*, *Stylostemones*, demum *Cryptostemones*. Ordines inde a numero staminum, a conjunctione: tunc a flore, vel calyce. Genera *Linnaæana*. Characteres breves, passim correcti. *Rapuntium* a *Lobelia* separatum, & alia genera nova. Filices ex imo subrutæ, & noviter constitutæ.

EJUSDEM *Anleitung zu einer vernunftmäßigen Erkenntniß der rohen Arzneymittel* Berlin anno 1767. 8°. Plantæ, quæ in usu sunt frequentiores, recensentur, cum viribus medicatis. De efflorescentia salina *Atriplicis*, *Cerasi*. *Analytes* passim, & vera *judicia*.

EJUSDEM *Alphabetisches Verzeichniß der gewöhnlichsten Arzneygewächse* Berlin 1769. 8°. Plantæ usitatæ, aliquæ etiam raræ & parum notæ: vires etiam minus vulgatæ, ut *Caricis arenariæ* efficacia *Sarsaparillæ zemula*.

In *Commercio Literario Novico* anni 1741. n. 37. characterem dat *Equiseti*.

§. MCCCIV. J. Blakstone.

J. BLAKSTONE, pharmacopœæ, fasciculus plantarum circa Harefield sponte nascentium cum appendice ad loci naturam spectante Londini anno 1737. 12°.*.
 Nomina, synonyma, loci natales. Plantæ multæ vulgares, raræ aliquæ, ut Cardamine impatiens, Pervinca major, Fritillaria, Geranium lucidum, Gramen sparium juncifolium, Hypericum pulchrum & lupinum, Juncus montanus palustris, &c.

EJUSDEM Specimen botanicum, quo plantarum plurimarum Angliæ indigenarum loci natales illustrantur Londoni anno 1746. 8°.*. Adiantum petraeum perpusillum, Sibthorpia, Bifolium minimum, Brusica spuria exilis, Bupleurum minimum, Cardamine hirsutior, Caryophyllus pallidus, Centunculus, Chamærubus saxatilis, Cirsium Anglicum & Britannicum, Echinophora, Epimedium; Fungos etiam aliquos depingit, Geastrum, Echinum infundibuli formam.

§. MCCCVI. Germani.

In edicto Regio Hanoveræ anno 1737. edito remedio adversus incrementum Chrysanthemi segetum docentur.

FRID. WILHELM's, Königs in Preussen, revouirte Holz- Maß- und Jagdordnung Berlin 1737. fol.

Reisen auf den Schleßische Riesengebürgen von 1696. bis 1737. Hirschberg 1737. 4°.

Die bezauberte Coffee- und Thee-Welt Frankfurt 1737. 8°.

J. Georg SCHENKEN compendioses Kochbuch, nebst einem Küchenzettel Langensalza 1737. 8°. 1747. 8°. 1756. 8°. 1766. 8°. &c.

Beschreibung des grünen Gewölbes in Dresden Frankfurt 1737. 4°.

Eliefer, der in seiner Haushaltung bemühte Hauswirth und sorgfältige Bauernmann Berlin 1737. 8°. editio II.

VIDALIN de beneficiis regni adversus Islandos Lipsiæ 1737. fol. etiam historiam naturalem ejus insulæ tradit.

In *Comm. Lit. Noric.* anni 1737. p. 82. J. Jacobus GEELHAUSEN egit de butyro Cacaæ, ejus præparatione, & noxa, cum sumtum in globulos induraretur.

In *Eph. Nat. Cur. Vol. IV.* anno 1737. J. Adam RAYMANN Artemisiæ albam optimum præbere fomitem obs. 8.

IDEM contra uvas inauratas *Eph. Nat. Cur. Cent. IX.* obs. 41. & *Vol. VI.* obs. 129.

J. Chri-

J. Christian SENKENBERG De Lilio convallium Gotting. anno 1737. 4.*. Varietates plantulæ. Tum vires medicæ, amaror eximius, vis flernutationem movens; analysis; vis baccharum in variis morbis, etiam ad epilepsiam, febresque intermittentes.

J. Gottl. WORM Ostindianisch- und Persaisische Reise Dresden anno 1737. 8o. In Java militaverat, legatum in itinere Persico erat comitatus. Ipse brevissime scripsit, ut idiota. Sed *Caspar Weiss* V. D. M. inmensum addidit commentarium, in quo plantæ nobiliores Indiæ fuscè describuntur, opera collectitia.

§. MCCCVII. *Succi.*

Rud. Christoph. TRACHT De succedaneis Upsal. anno 1737. 4.*. De Accia, cum icone, & Pruno noltrate. De Peto & Hyofcyamo. De Cedro & Junipero, Vite & Groffularia, Saccharo & Melle.

Petri HAMNERI Vires medicæ plantarum quarundam indigenarum Upsal. anno 1737. 4.*. Catalogus alphabeticus, cum brevi virium medicarum enumeratione.

§. MCCCVIII. *L. P. Krause.*

Ludwig Philipp. KRAUSE, hortulani non incelebris, *kluger und sorgfaltiger Gärtner* Langensälze anno 1737. 8°. 1741. 8.* 1744. 8°. 1763. 4°. non valde candidi, qui se excuset, quod non aperiat hortulanorum arcana: supersticiosi, qui multum tribuat signis cælestibus; nominum corruptoris (*y*): nimii miraculorum præconis, qui plantam ex diversis compolitam ajat provenire, si diversarum specierum stirpes in unam scrobem dederis. Ablactationem pro plantis exoticis valde laudat. Catalogum cæterum habet plantarum hortensium, cum cultu, & varietate florum. Dixit etiam opera menstrua, hortum olæra-cum, arboretum, & arbores cultas, sigillatim, earum morbos, Lupuletum, &c.

EJUSDEM *Catalogus herbarum, arborum & fructuum*, Berolin. 1753. 8.*. Plantas venales habet, & suas indicat.

In *Philos. Transact.* anno 1737. n. 446. *Guilielmus ARROT*, Chirurgus Scotus, describit quatuor corticis Peruviani varietates. Putes albam diversam esse arborem a vera.

In *Essays of a Society at Edinburg* pauca fere botanici sunt argumenti. *J. STEDMAN* agit de Opii noxis & virtutibus T. IV.

SMITH'S Compleat housewife London 1737. 8°. OSB.

§. MCCCIX.

(*y*) Toram vocat *Napellum cerealeum*,

(*Bibl. Bot. T. II.*)

P p

S. MCCCIX. C. Aug. a Bergen.

Caroli Augusti a BERGEN, nostri olim amici, & Professoris Francofurtani ad Viadrum, adnotatio de Fungo corylino orbiculari *Comm. Lit. Nor. 1737.* ibid. p. 179.

Anno 1739. hebd. 35. De Alchimilla (Knawel) coccifera, quæ uberius repetit in epittola de *Alchimilla supina ejusque Cocco* Francof. ad Viadr. anno 1748. 4.*. De planta, sed imprimis de infecto.

EJUSDEM Programma *utri systemati Tournefortiano, an Linnæano, prima partes deferende sicut* Francofurti ad Viadrum anno 1742. 4.*. Censura in TOURNEFORTII classes minus naturales, aut certas. Petalorum numerum magis ludere, quam staminum, &c. Verbaſci ſtamina duo inferiora eſſe abſque pappo.

EJUSDEM *Lapù Lydim medicamentoriorum bona nota regni vegetabilis, quoad radices, ligna, herbaque* ib. anno 1744. 4.*. Bonas notas malasque indicat.

EJUSDEM *Lapù Lydim, quoad fructus, ſemina, reſinas, gummis reſinas, & gnommoſa concreta* Francof. ad Viadr. anno 1745. 4.*. De Acaju, nucẽ Bepẽ, Cacao, Daçylis, Faba S. Ignatii, Jujubis, Macerẽ, Nucẽ Moſchata, & aliis exoticis.

EJUSDEM *Lapù Lydim &c., quoad baſama, ſuccos expreſſos, integras plan-tas* anno 1746. 4.*. De Copaiua, baſamo Peruviano, Tolutano, Opobal-famo, Stryace, Terebinthina, &c. ex bonis omnino fontibus.

EJUSDEM *De Fuligine* anno 1750. 4º. cum analyſi.

EJUSDEM *De Aloide* Francofurti ad Viadr. anno 1753. 4.*. De charactere, quem tamen nolter ZINNIUS aliquantum diverſum reperit. Flores minores habet pro germinibus ſorum futurorum. Deinde in aliis vaginis veras gemmas reperit, flores adeo omnes androgynos.

EJUSDEM *De Petafſide* anno 1759. 4.*.

EJUSDEM *Catalogus ſirpium indigenarum, aque ac exterariorum, quas hoſtus medicus Francofurti ad Viadrum complectitur* Francofurti ad Viadr. 1744. 8.*. Adjectæ adnotationes aliquæ. Character Paſſidoræ flore cæruleo magno.

EJUSDEM *Flora Francofurtana* Francofurti ad Viadr. anno 1750. 8.*. Methodum RIVINIANAM ſequitur, inferiores ordines magis elaborat. Characteres dat generum, quæ Tournefortiana ſunt. Mannæ Gramen oſtendit non eſſe Daçylon.

In *Hamburg. Magaz. T. V.* artificium deſcripſit, quo pulcher cæruleus cœlor ex ligno Braſilico paratur.

In *Nov. Ab. Nat. Cur.* edidit T. II. descriptionem Cardiacæ gigantæ, Laburni, Euphorbii cerei effigie : suam etiam Aloidis descriptionem emendavit.

§. MCCCX. *Varii.*

M. PATOUILLARD De noxis radicum Hyofcyami *Hist. de l'Acad. des Sciences de Paris* anno 1737. p. 72.

BILLOT De enormi vite ex farmento nata in testam depositio.

J. Francisci le FEVRE De natura, usu & abusu Coffeæ, Chocolatæ Vefuntione anno 1737. 4°. Collectitia. Lego, thesæ de Thea, Caffea, Chocolata, jam Vefuntione anno 1726. prodidiisse.

DEIDIER *matiere medicale ou l'on traite des medicamens naturels simples & composees* Paris 1738. 12°.

In *Diario Trivulmino* anno 1737. *Mense Septemb.* Methode pour rendre plus efficace l'usage du Quinquina. Non aperit consilium.

De MONVILLE S. I. Sur la culture du Cacao, & la recolte du Cacao, *ibid.* eodem anno p. 826.

P. d'ENTRECOLLES De medicina Sinenfium & eorum remediis. *Chenopodium Belveder edule* esse.

Antonius COCCHI, vir eruditissimus, scripsit *Elogio di Piet. Ant. MICHELI* Firenz. anno 1737. 4°. FALCONET.

In *Diario Journal Helvétique*, pluscula sunt botanici argumenti, ut anno 1737. de Musco, anno 1738. & 1740. de longa ætate arborum, annis 1738. 1747. de agricultura, annis 1738. de historia vitis : alias de nullefolii alpini noxis : de plantis circa Estavayer nascentibus.

§. MCCCXI. *La Court.*

Byzondere Aanmerkingen over het anleggen van Landbuizen, Lusthoven, Plantagien Leid. 1737. 4°. ZOCHA. Gallice versum opus audit *Agréments de la Campagne ou remarques sur la construction des maisons de Campagne, des Jardins, avec les ornemens — de la manière de cultiver les arbres fruitiers, — des moyens d'avoir des Meûns en plein air &c.* Leid. 1750. 4°. Paris 1752. 12°. 3. Vol. Germanice *Anmthigkeiten des Landlebens* Göttingen 1758. 4°. Auctor (la COURT) experientiam citat quinquaginta annorum, & utique frigidis anni 1684. meminit, & una experimenta anni 1733. citat, neque obscurum est, peritum, & expertum, virum hæc monumenta reliquisse. Belgam fuisse sentias, cum aliquæ voces non bene gallice redduntur. In præfatione mirum experimentum adducit, eandem arborem, sola ex diversa ratione putandi, in Citrum abire, vel in Aurantium arborem, ut debiles rami citrina poma, aurantia

rantia fortes proferant: ita pirus subinde mala ferre, pira malum. Late rem hortensem tractat, etiam vites, laboriose in Belgio colendas: deinde elementa plantarum, artificia, quibus calefiant, &c. Tunc olera, hesperides, porro peregrinas plantas colere docet. Fimum pinguem pro plantis macris, pro falsis falsum requiri; refocillari morientes arbores fimo columbino. In Ulmo manifestum esse, suam cuique ramo esse radicem, interire enim ramum, qui refectæ radici respondet. Aurantium ad tria secula durare. Poma & Pira nuperorum Gallorum audacter cum veterum Pomis comparat. Pauciores species hesperidum agnoscit, quam priores hortulani, addit tamen aliquas, & icones dat. Mangostan coluit. Bonus in uniuersum liber, & fidem meritorus lectoris, ut tamen auctor botanicen vix ædigerit.

§. MCCCXII. *Germani Varii.*

Philipp. Adolph. BOEHMER De cortice Cascarilla Hall. anno 1738. 4°. Icon ex *CATESBY*, descriptio (Cascali) a *SEBA*. Analysis. Aqua odorata, oleum æthereum, extracta gummosa & aquosa, spiritus acidus, &c.

Georgii Augusti LANGGUTH Antiquitates plantarum ferarum Lipsiæ anno 1738. 4°. Erudita collectio & poetica, de Rhamno, Lauro, Casia, Myrrha, Thure, Amono, Opobalsamo, Cupressis, Picea, &c.

EJUSDEM De immoderatiore Tabaci abusu anno 1750. 4°.*.

EJUSDEM De cortice Peruviano ibid. anno 1758. 4°.

Antonii ROSCHMAN Regnum animale, vegetabile & medicum Tirolense Occipont. 1738. 4°. Ad rupes glaciales, plantas aliquas, animalia & mineras.

Fürstliche Anstaltordnung Mictau anno 1738. fol. Laudatur agricultura.

J. Jac. BURKEL De gratiola Argentor. 1738. 4°.

v. KREYFELDT De cortici Peruviani virtute antihydrica Duisburg anno 1738. 4°.

C. F. BEHRENS Reisebeschreibung von die Welt Leipzig 1738. 8°.

Von den drey berühmtesten Verfahren des Volkes Thee, Coffee, commoden Tage, und Hansapothecke 1738. 8°. Cosinopoli 1756. 8°. Nomen *DETHARDINGII*?

Der wohlunterrichtete Koch Frankfurt 1738. 8°.

Christ. WILLER's himmlische Instruenz und reicher Segen in den Kräutern 1738. 4°.

§. MCCCXIII. *Belge.*

Pharmacopœa Hagana insaurata & aucta Haag 1738. 4°.

§. MCCCXIV.

§. MCCCXIV. *Sueci.*

J. ENGSTROM & LANGE *De Quercu* Londini Gothor anno 1738. 4.*.
Species varix, hystoria œconomica, vegetatio plantarum, &c.

Stephen BENNET'S *Berättelse om lins planterande, spinning, wifning, &c.*
Abo 1738. 4*.

§. MCCCXV. *Thomus Shaw.*

Thomus SHAW D. D. *Travels and observations relating to several parts of
Barbary and Levant*, Oxford. anno 1738. fol.*. Eximii peregrinatoris opus,
multa habet ad rem nostram spectantia. Et primum Africæ plantas esculen-
tas, fructus, Legumina, Cerealia; aliqua de plantis Arabiæ, deque rubri
maris Corallius. Denique Catalogus plantarum, quas in Oriente reperit, pene
700. a DILLENIO correctus, in quo multe novæ, aliq̄e etiam delineatæ.
Testimonium pro sexu Palmæ & imprægnatione. De Ficuun simili impræ-
gnatione. De Loto veterum. De variarum plantarum vi medicata. Gallice
prodiit Haag. 1743. 4*. 2.Vol.

Supplementum Oxonii anno 1746. fol.* accessit. Huc facit explicatio pa-
pimenti Prænestini.

Nova editio totius operis Londini anno 1757. 4*. *, cum auctariis aliqui-
bus, ab auctoris morte prodiit. Id doleas, catalogum plantarum ad 230. plan-
tas, celebriores aut novas, diminutum fuisse. Germanice Lipsi. 1765. 4*.

§. MCCCXVI. *G. H. Bebr.*

Georgii Henrici BEHR, medici Argentensis, *Lexicon physico Chémico medi-
cum reale* Argentor. anno 1738. 4*.

EJUSDEM & OTTO *De Cardio benedicto* Argentor. 1738. 4*.

EJUSDEM *Zwey Bücher von der Materia medica* Argentor. anno 1748. 4*.*.
Plantas secundum virum medicatarum classes disposuit: descripsit vires, etiam
poemata adjecit. Fusillime de vinis.

§. MCCCXVII. *Galli &c.*

MICHAULT *Létre a M. Bri sur la situation de la Bourgogne par raport a
la botanique* anno 1738. 8*. Eandem esc Burgundiæ altitudinem, quæ est al-
pium, & plures plantas alpinas in ea Provincia pervenire.

Traité historique & pratique de la cuisine Amsterdam 1738. 12*. 2.Vol
1758. 12*. 2.Vol. ut lego.

Hieronymi MONTERO de ESPINOSA *el certamen da los mayores medicos da
Espanna* Saragossa 1738. De Cina, de opio.

§. MCCCXVIII. C. Deering.

C. DEERING *Catalogue of plants naturally growing in England more specially about Nottingham* Nottingham anno 1738. 8°. Adjutus fuit a DYLLENIO, a D. MEDLEY, & ab aromatario TUTIN. Plantas paucas dat, Fungos & Mucos aliquos, cæterum vix novi quid, & admittas plantas suspectas. Vires medicatas aliquas, & observationes botanicas adserpsit.

§. MCCCXIX. J. E. Probst.

J. Ernst PROBST *Verzeichniß der in- und ausländischen Bäume, Stauden und Küchen-Gewächse des Caspar Böffschen Gartens* Leipzig 1738. 8°. 1747. 8°. HEIST. In tres classes, ut WATHERIANUS, divisus catalogus. Nomina absque synonymis, fixe non satis definita, varietatum multum.

Wörterbuch, worin die Kräuter-Namen und Beynamen der Kräuter aus dem Lateinischen ins Deutsche übergetragen sind. Und ein Verzeichniß der Gewächse Leipzig 1741. 8°. Pro hortulanis minus eruditus. Ad nomina latina cum accentibus, & respondentibus nominibus Germanicis. Catalogus ad prioris modum, in quatuor ordines dispositus, latinus, multis cum varietatibus.

§. MCCCXX. *Comm. Lit. Nor.*

In *Comm. Lit. Noric.* anno 1738. J. Christophori BAUMLIN De efficacia Scillæ egit p. 181. 188.

Hebd. 42. De noxis radicis non satis notæ, pro Paltinaca comestæ, quam anno 1740. n. 11. AUCTOR habet pro Paltinaca annosâ.

Anno 1741. n. 5. describit florem Zingiberis.

§. MCCCXXI. *Phil. Transf.*

In *Phil. Transf.* n. 450. anno 1731. Job. MAUD vidit oleum Sassafras in crytallo coivisse.

In n. 451. Thomas STEWARD vult Stellam illam terrestrem, quam DAMPIER medicamento adversus hydrophobiam addebat, neque Lychnidem esse, neque Lichenem, sed Plantaginera Coronopum.

In prælectione CROONIANA, quæ pro appendice adjecta est, Alexander STUART iconem dat Rosæ de Jericho, & de ejus vi expansibili & contractibili agit.

J. BURTON *A treatise on the nonnaturals — and a short essay on the Chincough* York 1738. 8°.

§. MCCCXXII. C. M. de la Condamine.

In *Commentariis Academiae Regiæ Scientiarum Parisiæ* hujus anni Carolus Maria de la CONDAMINE describit arborem, cujus cortex Peruvianus dicitur, Bore

lore pentapetaloide ferrato, pentastemone. Addit historiam inventi. Circa Tarqui alia Chinchonæ species nascitur, petalis majoribus, magis purpureis, quam Lochæ, cui vero AUCTOR minus confidit *Introduç. bijor.* p. 82. 83.

EJUSDEM *Relation d'un voyage fait dans l'intérieur de l'Amérique méridionale, depuis la mer du Sud jusqu'à la Guyane*, &c. Paris anno 1745. 8.*. Germanice in collectione mea, & in *Hamburg. Magaz.* T. VI. Passim aliqua botanici argumenti intercedunt, ut de vasis ex resina elastica Cahutschue in formis ad desideratam figuram fictis; de oleo Palmæ Ungurave, de oleo Andirora, de veneno ex plantis scandentibus parato, quo sagittæ tinguntur.

BARTHELEMI d'HUISSIER d'ARGENTCOURT, qui anno 1738. obiit, *Catalogue des plantes de Bourgogne.* Codex M.S. superest. *Bibl. kistore de la France.*

§. MCCCXXIII. *Eliz. Blakwell.*

Elizabetha BLAKWELL, uxor infelicitis medici, qui aliqua etiam in agricultura molitus est, & funesta morte periit, ad vitam sustentandam, ex amico conilio, plantas medicatas, quas officinales vocant, a RANDIO & MITLERO acceptas delineavit, & aqua forti xeri inscripsit, ad quingentas. Pleraque etiam exempla vivis coloribus pinxit. Plerumque, ut nulla ab hypothesi secunda, naturam ipsam fideliter expressit, est ubi erravit. In characteribus florum ubique defecit de ea minuta curiositate, quæ nostro ævo solet requiri. Intercedunt aliqua plantæ valde rare. Virium medicatarum breve adiecit compendium. Idem opus est, quod TREWIUM ornatus edidisse monuimus.

§. MCCCXXIV. *S. Schaafebnidt.*

In *Diario medicinsche und chirurgische Nachrichten*, quod Samuel SCHAAFSCHMIDT ab anno 1738. Berolini edidit 4.*., & cujus sex Tomi prodierunt; aliqua de Thea, aliisque dieteticis intercurrunt.

§. MCCCXXV. *A. Conr. Ernsting.*

Arthurii Conradi ERNSTING M. D. *Phebandrologia physico-medica, seu Exercitatio de medicamento novo Peerfaat* Brunswic. anno 1739. 4.*. Bona icon radicis, & seminis; folia enim paulum a pictore congesta, neque anguli fatis expressi sunt, quem cum præcipuo nervo interceptiunt. In Saxonia inferiori semen habetur pro remedio vulnerum & ulcerum. Noster pro antipyreto habet. Ejus analysin suscipit, extrahit tincturas, igne spiritum & saltem aliquem volatilem abigit, cum admitto, ut solet, acore.

EJUSDEM *Prima principia botanica, oder Anfangsgründe zu der Arzneywissenschaft* Wolsenbüttel anno 1748. 8.*. Lexicon technicorum, ut vocant, terminorum, & partium plantæ, cum iconibus. Bibliotheca botanica, alphabetico ordine. *Systemata botanica*, ab ipso retro C. GESNERO. Methodus auctoris, Boerhaavianæ adfinis.

EJUSDEM

EJUSDEM *Der vollkommene und allzeit fertige Apothecker Helmstätt* 1741. 4.* Lexicon, in quo & simplicia medicamenta reperias descripta, cum viribus medicatis, & quæ ex plantis componuntur.

EJUSDEM *Historische und physikalische Beschreibung der Geschlechter der Pflanzen* Lemgo anno 1762. 4.*. Fusillimum opus, quo Auctor partes genitales plantarum, ad Linnæi potissimum sensum, describit, plantarumque nuptias: omnia etiam huc pertinentia colligit, tum quæ ad vitam plantarum spectant. Hinc inde sua aliqua adspersit, ut ad Sphæriam flavam; fecalis a resectis staminibus sterilitatem, vacuasque Siliquas (ubi tria ad singulam glutinam non duo stamina debent numerari, alibique Linde scribi pro Limtree Leimbaum. Plantas etiam cum animalibus comparat. Varietates brassicæ in alias species degenerantes vidit, & speciem Repts habet pro hybrida ex brassica fusca (Braunkohl) & brassica napo proveniente. Ad finem catalogus est specierum Linnæanarum.

§. MCCCXXVI. *Sam. Trowel.*

Samuel TROWEL of husbandry and gardening London anno 1739. 8°. Germanice, *Abhandlung vom Ackerbau, der Gärtnerey, &c.* Leipzig anno 1750. 8.*. Edidit, & appendixem supplevit, *Wilhelmus ELLIS: translator* notis nonnullis illustravit. Totam tere rem rusticam in compendium contraxit. G. ELLIS sua inventa prædicavit, suum aratrum, quatuor rotis instructum, cum quo & feminatrix cista & simo plena conjungitur, deinde Gramina propria, quæ nemo agnoscit. Palsim tamen utiliter aliqua monet. Macerationem feminis rejicit, & fuliginis annis siccis sparse usum. Multum laudat repetitam arationem, Avenam, cibrationem feminis, & cum calce mitionem. Sambucum ad vinum coquendum commendat. Jam TROWELLII conjectura est, insecta pollinem feminalem ad alienas plantas transvehere, ita novas species producere. Vertio vitiosa.

§. MCCCXXVII. *Pharmacopole aliqua.*

Münstersche Apothecker - Tax und dispensatorium Münster anno 1739. fol.

Pharmacopœia Madritensis protomedicatum auctoritate elaborata Madrit. anno 1739. 4°. CAP. de VII.

VALENTINI COLLEGI PHARMACOPOLARUM *Officina medicamentorum* Sagaroffa fol.

Subrogavit autem Protomedicatus Madritensem pharmacopœam, & lege fanxit, ut ad ejus normam medicamenta in Hispania elaborentur. CAP. de VII.

Dispensatorium medicum pharmaceuticum Pragensis, Prag. 1739. fol. PLATN.

§. MCCCXXVIII.

§. MCCCXXVIII. *Eberh. Ferber.*

J. Eberhardi FERBER, Medici, hortus Ageronensis, secundum methodum sexualem LINNÆI Holm. anno 1739. 8.*. Hic primus, ni fallor, novam methodum secutus, nova nomina imitatus est. Hortus privatus, adjectæ spontaneæ. Videtur potius *J. ROHMANNI* labor.

§. MCCCXXIX. *Angli aliqui.*

J. BRICKWELL Natural history of North Carolina Dublin anno 1739. 8*. Etiam arbores & fructus adigit.

Catalogue of American trees and Shrubs who will endure the Climate of England London anno 1739. fol. cum nonnullis iconibus. IDEM ut puto, quod anno 1729. p. 229.

§. MCCCXXX. *Galli.*

Instructions pour les jardins fruitiers & potagers, avec un traité des Orangers Paris anno 1739. 4*. 2.Vol. BARBEIR.

Les dons de Cœmus, ou les délices de la table, &c. Paris anno 1739. 12*. & *Suite des dons de Cœmus, ou l'art de la cuisine réduite en pratique* ibid. anno 1742. 12*. 3.Vol. BURETTE.

Camilla FALCONET & J. Er. BERTIN Non E. potus Theæ ad sanctorum dietam pertinet Paris anno 1739.

J. Franc. COUTHIER Non ergo a vino Burgundico arthritis Paris 1739. 4*.

EJUSDEM & Ant. GARNIER E. Parisini frequens potus Theæ frequenti potus Caffæ Jalubrier Paris 1749. 4*.

Mémoire sur le baume de la Mecque, absque loco & anno, circa hæc tempora produisse, quo aliqua descriptio & virium medicarum elogium continetur.

§. MCCCXXXI. *J. Browal.*

J. BROWAL, postea Episcopi Aboensis, examen epicriscos in systema plantarum sexuale Linnei Abo anno 1739. Leid. anno 1743. 8.*. Pro sexu plantarum, ex Palmarum amoribus, experimentis in Mayz factis. Contra objectionem a feminibus sterilibus sumtam. Inde pro methodo sexuali. Ita ad alias objectiones a classibus non naturalibus, a numero incerto repetitas, & quæ alia sunt a SIEGESBECKIO dicta, noster respondet. Pro aphorismis, & nominum constitutione.

EJUSDEM De agricultura Tavastensium Abo anno 1741. 4*. bona disputatio.

EJUSDEM De emolumento ex itinere per provincias patrie instituto Abo anno 1749.

(*Bibl. Bot. Tom. II.*)

Q 9

§. MCCCXXXII.

§. MCCCXXXII. *G. L. de Buffon.*

In *Mém. de l'Acad. des Sciences de Paris* anno 1739. *Georg. Ludov. le Clerc* de BUFFON De conservatione sylvarum, quæ consilia hæctenus ad rem herbariam pertinent.

EJUSDEM Experimenta de robore ligni, in diversis arboribus facta.

EJUSDEM anno 1749. Consilia ad ferendas arbores. Debere juniores plantas spinis & rubis protegi (quod verum esse novi), juniores arbutulas detruncari, ubi primum terram perforant. Solam Quercum & Fagum cultum mereri.

In *Disc. sur la manière de traiter l'histoire naturelle*, quæ pars est magni operis, contra LINNÆI artificialem methodum dicit.

§. MCCCXXXIII. *Car. Sauvages.*

Car. SAUVAGES de la CROIX, de vi venenata Actææ, Coriariæ, &c. De vi corrosiva olei Plumbaginis, & ejus utilitate ad cæcros inveteratos.

§. MCCCXXXIV. *K. Svenska Acad. Handlingar.*

Hoc anno *Nova Scientiarum Academia in Suecia* coaluit, primasque dedit in semeltri posteriori transactione, quæ porro per singulos annos, cum titulo *K. Svenska vetenskaps Academiens Handlingar* Holmiæ prodierunt. Recusæ Germanicæ, vertente viro ILL. A. G. KRÆSTNERO.

J. Andrea CELSII experimenta de dilatatione variorum lignorum a frigore.

J. MORÆI Historia funesti usus Napelli cærulei.

EJUSDEM De pratorum cultu circa Fahlun anno 1742. trim. I.

In Tomo II. *Jacobi FAGGOT* Consilia ad agriculturam.

EJUSDEM *Swenska akerbrukets hinder och hjälp* Holm. anno 1746. 8.*. Eximium librum nolui illaudatum dimittere, etsi aliquanto remotior a botanicis, & politici potius argumenti est. Fructus Sorbi acupariæ & Padi, ad destillandum spiritum commendat.

Anno 1750. n. 3. De Semente in calidum cinerem sparfa.

Martini STROEMER De congelatione arborum, & de ea impedienda.

§. MCCCXXXV.

§. MCCCXXXV. Germani Varii.

In Actis Eruditorum anni 1739. p. 1. Ludov. AHLEFELD De Fungis ex Salice nascentibus. Ob baccas, putes Polypori ab infecto compuncti dformationem esse.

Caroli Frederici LOEW Epistola, qua de Flora Panonica conscribenda consilium communicat Sempronii anno 1739. 4.*. Invitat, ut sibi auxilium præstent, medicos Hungaros: sed res nullum successum habuit. Redis in Vol. V. Añ. Nat. Cur. app.

In Comm. Lit. Noric. anni 1739. hebd. 1. anonymus de Nostoch agit.

Josias WEITBRECHT hebd. 10. De viribus olei Cajeput.

Elias Fredericus HEISTER, Laurentii filius, de hortorum Academicorum utilitate dixit Helmstad. anno 1739. 4.*. Laudes hortorum, & liberalitatis, qua J. Henricus a SPREKELSEN pulcherrimis plantis hortum Helmstadiensem donavit.

EJUSDEM De Phellandrio Epb. Nat. Cur. Vol. V. obf. 139.

Erhardi REUSCHII Progr. de hortorum Academicorum utilitate Helmstatt. anno 1739. 4.*.

IDEM latine hesperides Noricæ convertit, & præfatus est, de præcipuis hesperidum auctoribus.

Christ. Benjamin HÜCKHEL's neueste Weltbeschreibung, nebst neuen Zusätzen von J. DANIEL BARTHOLOMÆI T. I. Ulm 1739. T. II. 1753. 4*. Etiam memorabilia cujusque-regionis habet.

Christ. Heinr. HÄNEL De Camphora Leid. anno 1739. 4*. Practici scopi.

EJUSDEM In Comm. Lit. Noric. anno 1741. n. 50. De vi corticis Peruviani adversus gangrænam.

Salomon de MONCHY De Opio Leid. anno 1739. 4.*.

Georg. Matthea BOSE Otia Wittebergensia Witteberg 1739. 4*. Num non flum Saccharum sit Saccharum veterum.

EJUSDEM Tentamina electrica hæcenus huc spectant, quod vegetatio, & florentia plantarum, ab electricitate concitata accelerentur Witteberg. anno 1747. 4.*.

Philipp. DOUW De purgantibus Leid. 1739.

Allerneueste Anweisung zum Kochen Halberstatt 1739. 8*.

Leipziger Kochbuch Leipzig 1739. 8*.

Jobannes BLANKENHORN sub *Wilhelmo Bernardo NEBEL* Heidelbergæ anno 1739. 4^o. disputavit de *Acmella Palatina*, nempe Bidente radiato & non radiato, cujus icones dedit, varietatem addidit; sed potissimum analysin chemicam. Habuit ex Bidente oleum æthereum, sed fetidum, cum aqua adscendens, tum spiritum pariter fetidum; extractum gummosum uberius, resinofum parcius. Varia etiam alia cum succo experimenta instituit; & per ea omnia putat, se summam Bidentis cum *Acmella Ceylantica* analogiam reperire.

Cl. NEBEL anno 1740. 4^o. disp. dedit de *Corticâ Peruviani modo operandi* PLATN.

EJUSDEM Arnicæ vi superatum asthma a partu superveniens *Eph. Nat. Cur. Vol. VIII. obs. 113.* & asthma gravissimum cortice Peruviano superatum *obs. 114.*

§. MCCCXXXVI. *Theoph. Lobb.*

Theophili LOBB, pii hominis, *treatise on the dissolvents of the stone and of curing the stone and the gout by aliments* London anno 1739. 8^o. Latine versus ab optimo STÆHELINO Basil. anno 1742. 8^o.* & Gallice Paris anno 1740. 12^o.* Hactenus huc facit, quod vires lithontripticas plurimarum plantarum expertus sit, quas inter succus limonum, & pomi eminet, & decoctum panis. Victum vegetabilem adversus hæc tormina extollit.

§. MCCCXXXVII. *J. Franciscum Segnier.*

J. Francisci SEQUIER, botanici, & litterati viri, nostri imprimis amici, *Bibliotheca botanica, seu Catalogus librorum omnium, qui de re botanica, de medicina ex vegetabilibus paratis, de re rustica & de horticultura tractant* Haag. anno 1740. 4^o.* Adjutus vastis Bibliothecis Parisinis, etiam SLOANEA, aliisque, per Europam visis, cum *Scipionem MAFFEIUM* peregrinantem comitaretur, & auctoribus præcipuis historix medicæ, denique etiam variis bibliothecarum publicarum aut venalium catalogis, immensum censum librorum tripartitæ botanices confecit, quo libere & utiliter usus sum, & cui MONTALBANI bibliothecam subjunxit.

EJUSDEM *Plantæ Veronenses, seu stirpium, quæ in agro Veronensi reperiuntur, methodica synopsis & bibliotheca botanica Supplementum* Veron. anno 1745. 8^o. 2. Vol.*. Cum apud *Scipionem MAFFEIUM* viveret, & beatum agrum Veronensem & vicinum montem Baldum sæpe peragraret, natus ei hic liber, qui editissimis Floris est. Methodus *TOURNEFORTIANÆ* adinvis, ut tamen a simplicissimis plantis incipiat, etiam in Muscis & Lichenibus dives. Locos natales, vires medicatas, & passim criticam botanicam hic reperias, plantasque novas, aut melius definitas plurimas, quas hic non datur enumerare: plures etiam delineatas dedit.

Tomo II. *Appendicem* addidit, partim a PONA, MARTINIO, aliisque reportatarum, aliisque, quas autem aut ipse non vidisset, aut non satis de ipsis sibi satisfecisset.

Adjecit

Adjecit Francisci CALCEOLARII iter in Montem Baldum.

Demum Bibliothecæ suæ Supplementum & aliquas emendationes.

EJUSDEM Plantarum, quæ in agro Veronensi reperiuntur Supplementum f. Volum. III. Veron. anno 1754. 8°. Novas alpes, Vicentinis concerninas, ferius adiit; aliqua etiam a Casparo BORDONI itineris sui comite habuit; alia a pharmacopola J. Cesare MORENI. Multi hic Mulci, multæ plantæ raræ, etiam novæ, Carices, Bupleura, Lychnides, Orchidum flores in tabula expressi. Multæ plantæ hic descriptæ.

§. MCCCXXXVIII. J. de Gorter.

J. de GORTER Formule medicinales cum Italice virium medicamentorum Amsterdam anno 1740. 4°. 1755.

David de GORTER, J. F. Materia medica, exhibens virium medicamentorum simplicium catalogos Amsterdam. anno 1740. 4°. Patav. 1755. 4°. SEGUIER Suppi.

EJUSDEM Flora Gætrozurphanica Hardervic. anno 1745. 8°. Ordo LINNÆANUS, & nomina; synonyma aliqua, & loci natales. Plantas plures iis addidit, quas J. COMMELYN recensuerat, aliquas non vulgares, ut Horminum Lavendulæ spica, Vaccinium rubrum (pro regione maritima), Hyssopifolium. Lamium paludosum Belgicum, Digitem, Rapistrum monospermum, Trifolium folliculatum, Arnicam, Lonchitidem asperam, hanc penè incredibilem; subinde aliqua adjecit: characterem antherici perfecti, ex specie filamentis villosis. Numerus plantarum est 604. inter quas plures hortenses, ut Platanus, Thuya, Cucumis, &c.

EJUSDEM Elementa botanica LINNÆI accommodata Hardervic. 1749. 8°. cum iconibus rem declarantibus.

EJUSDEM Flora Ingrica ex schedis Stephani KRASCHENINNIKOW confecta, & propriis observationibus aucta Petropoli anno 1761. 8°. cum vir Cl. Imperatricis medicus esset. Etsi non numerosæ sunt in regione boreali stirpes, multæ tamen sunt rariores, & multum etiam hic adnotationum criticarum, ad Gramina, Lychnidem hyssopifoliam, Subulariam, Geranium palustre, Trifolium montanum lupulinum, Scorzoneram latifoliam, Taraxacum plumosum asperum, alias cichoraceas, Pyrethrum umbellatum, Salices. Classes, genera & nomina Linnæana.

EJUSDEM Flora Belgica Utrecht. anno 1767. 8°. In septem Provinciis plantæ sunt 1081. maribus Zoophytis admixtis. Classes iterum, genera & nomina Linnæana, cum synonymis. Subjecti aliqui loci natales stirpium circa Hagum Comitum, detectarum a SCHWENKIO. Nuper plantarum nonnullarum Supplementum adjecit, quarum multæ sunt FABRICII SIX, viri nobilis, & plantarum gnari.

§. MCCCXXXIX. *Matthieu Fabregou.*

Matthieu FABREGOU, qui se botanicum vocat & demonstratorem, *Description des plantes, qui naissent, ou se renouvellent autour de Paris*, Paris 1740. 12.^o. 6. Vol.* (& ex privilegio anno 1734). Primo Tomo fore communem plantarum fabricam tradit, vegetationem, vocabula artificum. Deinde catalogus ipse, descriptiones, vires medicæ, synonyma, locj natales. Nolles admittas nimis frequentes peregrinas plantas: frequenter carptos magnos viros TOURNEFORTIUM & VAILLANTIUM, quibus tamen auctor libere utitur, neglectas literas; ita Frangulam *Alnium prinos ferentem* vocat.

§. MCCCXL. *J. Ad. Kulbel.*

J. Adami KULBEL, *quenam sit causa fertilitatis terrarum. Dissertatio, qua Ewdegalense prænium obtinuit*, Dresdæ, ut video anno 1739. etiam 1740. 4.^o. Leidæ anno 1743. 4.^o.* Sueciæ 1745. Prodiit latine & gallice. Ad chemiam potius retuleris, hic tamen recensio, cum de plantarum alimento agatur. Utiliter ostendit, pingue & viscidum aliquid in terra esse, quo repetito eluto, arena superlit. Ex eo unguentum empyreumaticum, & alcalinum, liquorem igne abegit, ut adeo oleum quid contineat. Reliqua terra inutilis est. Pingue illud vegetabilibus & animalibus putrescentibus nascitur.

§. MCCCXLI. *J. C. Benemann.*

J. Christ. BENEMANN Gedanken über das Reich der Blumen Dresden anno 1740. 8.^o.* De florum fabrica, vegetatione, utilitate, pulchritudine. Poetice & ornate.

EJUSDEM *Die Tulpe zum Ruhme ihres Schöpfers beschrieben* Dresden anno 1741. 8.^o.* EJUSDEM faporis: subiectus est Catalogus Tulparum in Belgio venaliū, cum pretiis.

EJUSDEM *Die Rôse zum Ruhme des Schöpfers beschrieben* Leipzig 1743. 8.^o.
Lego ante ista prodiisse ejusdem generis libellum *die Kaiserkrone*.

§. MCCCXLII. *Albertus Ritter.*

Alberti RITTER De iterato itinere in montem Bruçterum Epistola Helmstad. anno 1740. 4.^o.*. Alius quidem bono viro scopus fuit, cum hunc laborem susceperet. Dat tamen Catalogum plantarum in monte Bruçtero nascentium, cum nonnullis ad utilitates medicas spectantibus. Verearis, ut omnes hic stirpes in monte frigido & sylvo reperiantur, ut Coris, Mandragora, Victoralis (Allium).

§. MCCCXLIII.

§. MCCCXLIII. *Job. Gesner.*

J. GESNERI, viri optime de re herbaria meriti, nostri olim a quadraginta sex annis suavissimi amici, & studiorum olim in Leidensi & Basileensi Academiae sodalis, *Diff. physica de vegetabilibus* Pars I. prodiit Tiguri anno 1740. 4.*. qua partium vegetationis structura, differentia & usus ostenditur. Recula est Leidæ anno 1743. 8.*. cum LINNÆI *oratione de peregrinatione intra patriam*. Vita plantarum, fabrica subtilis, partes, cum suis definitionibus.

EJUSDEM *Pars posterior de fructificatione* Tiguri anno 1741. 4.*. Leidæ cum priori. Varii modi, quibus plantæ reparantur. Sexus plantarum. Flos. Elastici staminum motus. Methodi botanicæ; fructus & semen.

Ad virum Clarissimum, puto, referri debere *Untersuchung vom Kornregen gegen das Ende des Brachmonats* anno 1746. 4.*. Semina erant Ficaria, cujus icon additur.

EJUSDEM *Disputatio de Ranunculo bellidifloro* ibid. anno 1753. 4.*. Mirificum monstrum ipse etiam vidi, verum Ranunculum pratensem, floribus aliis seminibusque Ranunculi, aliis Bellidis minoris verisimilis, ut flosculi & semina flosculi ad legem adessent. Adjectæ icones novæ Peloriæ, & crudita varia de monstris plantarum.

EJUSDEM *Phytographia sacra generalis* Tigur. anno 1759. 4.*. De nutritione plantarum, de vegetatione in trunco, in ramis, foliis, flore, fructu. *Exempla mirificæ fecunditatis*. Pro sexu plantarum, & ad objectiones ALSTONI responsio. Pro evolutione.

EJUSDEM *Phytographia sacra generalis pars practica prior* Tigur. 1760. 4.*. Usus plantarum ad nutriendum hominem. Plantæ edules 106. secundum classes Linnæanas, cum compendio utilitatis singularis, quam præsent. De vegetabilium cibo.

EJUSDEM *Phytographia sacra generalis pars practica altera* Tigur. anno 1762. 4.*. de viribus plantarum medicatis, secundum indicationes, ad irritabilitatem augendam, minuendam. humanos humores corrigendos spectantes. Vires a sapore & odore optime distinguuntur. Classes odorum. Classes medicatarum stirpium, secundum LINNÆI methodum. Laudes medicamentorum vegetabilium.

EJUSDEM *Phytographia generalis Pars practica III.* Tigur. anno 1763. 4.*. Plantarum utilitas ad vestimenta: Palmæ, Linum, Aloë, aliæ plantæ ad classes Linnæanas recensæ, cum earum historia, in utile compendium reducta.

EJUSDEM *Phytologia sacra generalis Pars IV.* Tiguri anno 1764. 4.*. De utilitate vegetabilium ad alendum hominem: de cespitibus bituminosis ex radiolis Sphagni molissimè compactis, ubi plantæ recensentur, quæ cum eo cespite nasci solent.

EJUSDEM

EJUSDEM *Phytologia* &c. Pars V. Tiguri anno 1765. 4.*. Vivarum plantarum utilitas ad umbram, ad fepes, cum selectu optimarum specierum, quæ eo pertinent.

EJUSDEM *Phytologia* &c. Pars VI. Tig. anno 1765. 4.*. Ad ædificia, ad materiem. Antiquitates agriculturæ, & species arborum, quibus præfici usi sunt. Tempera cædendi.

EJUSDEM *Phytologia* &c. Pars VII. Tiguri anno 1766. 4.*. Plantarum usus varii, quem universæ naturæ sibi quæ mutuo præstent. Vicissim, quæ reliqua natura vegetabili regno præstent officia, ignis, aer, vis insectorum, a quibus fecundatio & plantæ hybridæ. Homo quid regno vegetabili vicissim præstet commodi.

EJUSDEM *Phytographia sacra specialis* Pars I. Tigur. anno 1768. 4.*. Auditores, qui phytographiam sacram illustrarunt. Earumdem plantarum historia ad ordinem LINNÆANUM. Nuper *Pars specialis* II. prodit.

Denique vastissimum & pulcherrimum opus vir ILL. propediem, ut spes est, edet, plantarum nempe characteres naturales, nitidissime sculptos, & uberime, quorum supra octoginta tabulas absolvit, & nunc in sermone perficiendo occupatur.

§. MCCCXLIV. Itali.

J. Baptista CAPELLUS cum DONZELLI *Lexico pharmaceutico* Venet. anno 1740. 1745. 8°. dedit brevem historiam aromatum.

§. MCCCXLV. Germani Varii.

J. Georg KRISLERS *Neueste Reise durch Deutschland, Böhmen, Ungarn, die Schweiz, Italien und Lothringen* Hanover anno 1740. 4°. 2.Vol.*. Anglice anno 1760. 4°. Et si alius optimo olim & doctissimo viro scopus fuit, passim tamen de hortis, Museis, sylvis, arboribus rarioribus, vastioribus, lignis utilibus, sparsa hic monumenta reperiuntur.

Henrici Caspar ABEL *Medicinisches Kräuter-Paradiesgärtlein, in welchem die bewährtesten Kräuter - Arzneimittel zu finden, nebst Erörterung einiger botanischen Fragen* Frankfurt anno 1740. 12°. MEISN.

Compendioses und nutzbares Kaufmanns - Lexicon, worin alle beym Feld, Aker, Garten und Weinberg, Wiefewachs und Holzungen vorkommende Redensarten erkläret werden Chemnitz 1740. 8°. Bamberg 1742. 8°.

Benjamin Gottlieb ALBRECHT *De aromatum exoticorum noxa, & nostratum præstantia* Erford. anno 1740. 4.*. Percurrit aromata Indica, & accusat ob acrimoniam igneam, &c. Laudat, inter aromata, Lepidium, Raphanum rusticianum, Allia, Saturejam, Ocymum, &c.

J. Chri-

J. Christianus BIEL *De lignis ex Libano, ad templum hierosolymitanum edificandis petitis* Braunvic. anno 1740. 4°. SEGUIER.

J. Caspari FEISTL *Vegetabilia recentia succis esse preferenda* Altdorf. anno 1740. 4°. Negat liccas plantas plus dare olei aetheri.

J. Ludovic. MILHAU *De Carvi* Argentor. anno 1740. 4°. Utilitas œconomica & medica.

Ernestus Ehrenfried GEYER *An potus Coffeae diſti veſtigia in Hebraeo Sacra Scripturae codice reperiantur* Wittenberg. anno 1740. 4°. Tolti leguminis titulo ibi reperiri (Kali), quod optime ad Coffeam traducatur.

Franco. Anton. GUERING *De vini intra corpus adſiſta uſu* & noxia Argentor. 1740. 4°.

Jof. LUTHER de GARBENFELD *De Tabaci uſu & abuſu* ib. 1740. 4°.

Fr. Gotth. HAUPT *De ſale Seignette alius polychreſto Ruſſellenti* Regionont. 1740. 4°.

C. G. PFEFFER *De pipere* Helmſt. 1740. 4°. cum HEISTERO dictus. p. 177.

J. Ign. MAYER *De corruptelis medicamentorum præcauendâ & notis boni medicamenti* Prag. 1740. 4°. PLATN.

Petri GERIKE, Profeſſor Helmſtadienſis, *De uſu medico Camphoræ*, Helmſt. 1748. 4°.

EJUDEM *Fundamenta chymie rationalis* Lipſiæ 1740.

§. MCCCXLVI. Petrus Barrere.

QUESTION de médecine, dans laquelle on examine, ſi la théorie de la botanique, ou la connoiſſance des plantes, eſt néceſſaire à la médecine, Narbonne 1740. 4°. Petri BARRERE opus. Pro botanices utilitate.

EJUDEM *Essai ſur l'hiſtoire naturelle de la France Equinoxiale* Paris 1741. 12°. Aliquamdiu medici in Cayenna inſula officio functus eſt. Catalogus eſt plantarum, quas auctor in ea inſula legit, cum viribus medicatis & œconomicis. Nomina ex PLUMERIO, aut ex adſinitate ſumta, aliquando etiam auctori propria. Novæ plurimæ, ut Calceolus hexapetalos, Simaruba, quam ad Evoximum referit, Ferolia, (quæ *bois marbré* dicitur), Lilacoides, Mahu (a Maho adprime diverſa), Ulemari, Ipecacoanha, quam ad Violam revocat.

EJUDEM *Relation de la France Equinoxiale* Paris 1743. 12°. & in mea itinere collectione T. II. Gotting. anno 1751. 8°. Cultum & fabricum Sac.

(Bibl. Bor. T. II.)

R r

Sac.

Sacchari, Rucu, Coffeæ, Pittæ, de Aloës, ni fallor, genere, describit, tum plantas cibarias, Maniocam, alias.

In *Hist. de l'Acad. des Scienc.* anni 1743. descripsit cultum Oryzæ, uti in Hispania administratur.

In *observations Anatomie Perpignan.* 1753. 4°. habet noxas hyosciamy.

§. MCCCXLVII. *Belge.*

Paul Franc. de SAILLY De *Mamma* Leid. anno 1740. 4°. PLATN.

Specimen materie medica contracta Leid. anno 1740. 8°. Anonymi. Medicamenta simplicia, ad ordinem literarum alphabeti disposita; eorum odorem dicit & saporem, & ad quemque titulum collectas, ex adversariis, vires medicatas. Plurimum sequitur BOERHAAVIUM.

§. MCCCXLVIII. *Gottwald Schuster.*

In *Act. Nat. Cur. Vol. V.* anno 1740. n. 16. *Gottwald SCHUSTER* De vi Rhabarbari diuretica.

IDEM Scholam Salernitanam versibus Germanicis reddidit, cum consiliis medicis Fr. Lipsi. anno 1750. 8°.

Vol. VI. n. 61. De virulento effectu Belladonnæ.

Obf. 68. Rosa peculiari modo prolifera.

§. MCCCXLIX. *Eph. Nat. Cur.* 1740.

In *Voluntari* V. obf. 83. *ibid. Rudger Frideric.* OVELGUN Radicem Caryophyllatæ esse aphrodisiacam.

Obf. 158. De Pediculari purpurea adversus ulcera maligna.

In *Nov. Act. Natur. Cur.* T. II. n. 44. Trifolii acetosi vires ad Enterocœlen laudavit; de sale ejus essentiali egit.

N. 45. Carlinam sylvestrem ad sodam, seu ventriculi ardorem laudavit.

Ibid. Vol. V. obf. 98. *J. Christophori KUHNST* De Camphora in figuram orbicularem colliquata.

Obf. 100. 101. De sale marino ex Galeopside & aliis plantis.

In *Vol. VIII.* n. 1. *Act. Nat. Cur.* IDEM egit De Camphora sublimata, & in placentæ speciem colliquata.

§. MCCCXL. *Helot.*

In *Journal de Trévoux* anno 1740. Jun. de historia balsami Peruvianii in Lugdunensi Academiæ actum esse, & iconem datam lego.

In *Mém. de l'Acad.* anno 1740. Cl. HELLOT opus suum de arte tinctoria indicit, & de Indici colore viridi egit.

EJUSDEM *L'art de la teinture des laines & des étofes de laine du grand & du petit teint, avec une instruction sur les débouillis* Paris anno 1750. 8.* Germanice versum ab ILL. KÄSTNERO Lipsi. anno 1751. 8.* Eximium opus, ex plurimis experimentis natum, quæ vir ILL. Regio jussu fecit. Ad rem herbariam pertinet Indici usus in tingendo, & Isatidis: tum Kermes, Rubiæ, Lutcolæ, Serratulæ, Geniitæ, Cotini, Fœnugræci, Juglandis, Alni, Gallii, Lichenis Orseille; ligni Campechiani, Brasiliici, Rucu, Rhamni, &c.

In editione Germanica addita sunt LABATI De Rucu & Indico fragmenta.

§. MCCCCLI. *Comm. Lit. Noric.* 1740.

In *Comm. Lit. Noric.* anno 1740. hist. 2. & 40. J. Philippus WOLF De Camphoræ viribus medicatis egit.

IDEM ibid. n. 3. De Tuberibus terræ, & de modo, quo investigantur.

EJUSDEM in *Eph. Nat. Cur.* Vol. IX. obf. 14. Ase fetidæ vis anthelmintica.

Christian Friderich JOERDENS in *Comm. Lit. Nor.* anno 1740. De radicis Scillæ vi in asthma & hydrope hebd. 29.

§. MCCCCLII. *Angli.*

In *Philos. Transact.* David NICOLSON De Cochlearia Grœnlandica, omnino mitiori.

Christ. GRAY *A Catalogue of trees and shrubs which are propagated for sale* London 1740. 8°. HAENEL.

§. MCCCCLIII. *Sue. Acad. Handl. Polhem. Westbek.*

In *K. Svensk Acad. Handl.* 1740. Trim. III. Christophorum POLHEM consilia dat, ut quadragecuplum fati Hordei ex agro obtineri possit.

Video POLHEMI *Hmballs förättningar* citari Stokholm 1750. 8°. Nûm ejusdem.

Petri ADLERHEIMI De Sementis tempore & modo *Handl.* 1740. Trim. III.

Zacharia WESTBEK De minuenda semente & parciore simo Trim. IV.

Anno 1741. Trim. I. suum seminatorem describit, add. ann. 1742. n. 4.

Anno 1754. *Trin.* I. De colore tinctorio violaceo, qui ex Lichene foliaceo umbilicato subtus lacunoso obtinetur.

EJUSDEM Machina, quæ simul semen spargit & finum anno 1755. *Trin.* I.

§. MCCCLIV. *Bazin.*

BAZIN Observations sur les plantes & sur leur analogie avec les insectes Strasbourg anno 1741. 8.*. Multum in insectis laboravit, amicus REAUMURI. In diss. *sur l'accroissement des végétaux* pro evolutione dixit. Inde *Observations sur les plantes & leur analogie avec les insectes*. Plantas respirare, inde earum ad perpendicularum ab horizonte elevationem, & fucci adscensum sequi. Eam directionem defendit esse ab aere. Cum succo nutritio subire radicem aërem dissolutum, cujus nullus sit elater. "Aerem in vasis aërea receptum, comprimere se ipsum, dum acceleratur in vasis minimis, ita aucto robore comprimere vasa succifera; ea se restituere elateri sui aëris, & eo plantam extendere, ubi minus resistitur. Contra circuitum fucci. *Remarques sur les racines des plantes*. Primam quasi coctionem fucci nutritii in radice fieri.

Recusi libelli existant in *Hamburger Magazin* anno 1749.

§. MCCCLV. *M. O. Nordenberg.*

Magnus Olav NORDENBERG Kort anledning huru græsväxten och mulbetet geuem fördelaktig inrättning of Beteshagar kan förbättras, &c. Stockholm anno 1741. 8.*. Libellus in Tavasthus Finniæ oppido scriptus. Reprobatur pascua autumnalia, quæ radicibus everfis, & graminibus detritis, præter corruptant. Jubet ea dividi in quatuor particulas, quas armenta alternis hebdomadibus depascantur, ut interim, dum quævis portio depascitur, reliquæ quiescant, earumque radices convalescant. Deinde vinum gratissimum, casu ex Rubo Ideo natum, commendat; coli etiam eos frutices suadet, multo inde futuro meliores.

EJUSDEM Experimenta circa sementem æstivam substitutam hibernæ *Svensk Acad. Handl.* 1741. n. 2.

Ibid. n. 3. De cineribus clavellatis parandis, de utilitate Rapi, Carvi, Tædæ, Torfic, &c.

Video etiam l. citari *om akerbruket* Holm. 1741.

Laurentii DAHLMAN De conservatione sylvarum in patria Upsal. 1741. 4.*

Magni WALLNERI De arte carbonaria in patria Upsal. anno 1740. 4.*.

EJUSDEM De Equifeti radicibus pecorum pabulo. Mea detractarunt, cum exsiccarent. In *K. Sv. Acad. Handling* anno 1742.

EJUSDEM

EJUSDEM Studiosi *Kolarekonsten uti Sverige beskrifwen* Stokholm 1746. 8°. Breviter & practice artem carbonariam tradit.

§. MCCCLVI. *Alex. Blakwell.*

Jacobi ROBINSON *Harlejan miscellany, seu collectio variorum tractatuum, &c.* London anno 1744. 8°. Etiam ad agriculturam, botanicam, &c.

The London and country Brewer containing the whole art of brewing of nialt Liquor London 1744. 8°.

§. MCCCCII. *Sueci. Johannes Brauner.*

In *K. Svenska wetensk. handlingar* 1744. *Trin. 2.* *Nicolaus KYRONIUS* describit cultum Lupulorum.

In eodem trimetri Actorum Suecicorum exstat *ROSENSTEINI* consilium ad cultum Carvi.

Et n. 3. De mundandis pratis.

Johannes BRAUNER, nobilis Baro, Aratrum ad destruenda tubera agrorum describit ibid.

EJUSDEM Tankar och försök om åker och Aeng med dertil nödiga redskap Stokholm anno 1752. 8°. Simplex vir & practicus ea docet, quæ ipse in villa sua vidit. De terræ tribus speciebus, humo, luto, arena. Misceat hæc elementa opus esse, ut utilia sint. De reliquis boni agri dotibus. Præfert palustrem, qui impensas liberaliter rependat. Aratrum ad dividendum agrum humectum, aliud ad terram mobilem reddendam laudat. Inde de diversis Cerealibus: *Hordeum hexastichon* noster recenset, tum ponderosius distichon, & alia. *Avena nigra* sola in Suecia colitur. De lacubus exarescentibus, & de plantis, quæ in iisdem proveniunt. Egregii ex palude, etiam ex turfa, agri fiunt. De pascuis; dividenda esse in particulas: de fœni femine, &c.

EJUSDEM Tankar wid skötsel af boskap och fiäder så samt skogars bruk och misbruk Stokholm anno 1756. 8°. Huc pertinent, quæ de sylvis habet, variisque modis, quibus ex in Suecia destruuntur: etiam de virgultis ad sustentanda pifa; de pice liquida, quæ omnia reprobant.

In appendice agit de vinis ex baccis Suecicis parandis, ex *Cratægi* baccis, & *Prunis* sylvestribus, & ex *Grossularia*.

EJUSDEM Om Skogars och bränslets fulla beskaffning Holm. anno 1760. 8°. Minus huc, quam ad economiam pertinet.

EJUSDEM Systematik indelning af all landmannens brukbare jörd til stadigt afskaffning utan whila. Contra cultum paludum, nimis impendiosum. *Pascua*

potius aratro versare jubet, & in annos docet, ut paulatim tellus mitigetur. Deinde de agro, quem sæpe aratro invertere suadet, non tamen verno tempore. Inde arborum cultus.

Video citari EJUDEM *wilda træs plantering* Stokholm 1759. 8°.

Et *Hmhålls hielpreining* ibid. eodem anno.

EJUDEM *Om barrskog och löfskog* Stokholm 1761. 8°.

§. MCCCCIII. *Guil. Watson.*

Guilielmi WATSON, celeberrimi medici & botanici, De virulentis effectibus Cicutæ majoris in *Phil. Transf.* n. 472.

EJUDEM Aliqua de usu anuli in Fungis, de Fungis venenatis eorumque natura acri.

EJUDEM n. 474. Geastrii delineatio.

EJUDEM n. 480. De Oenanthæ succo viroso. Ejus iconem dat, tum Cicutæ aquaticæ GESNERI, & utriusque discrimina.

IDEM De reliquiis horti Tradescantiani n. 492. Etiam nunc aliqua raræ plantæ in eo angulo supersunt, qui hortus fuit.

In T. XLVII. Aliqua de sexu plantarum, & de Alecyoniis.

De arbore Cinnamomi, & de Squamaria & Dentaria in Anglia detectis.

In T. XLVIII. F. 2. Dari in Visco trium sexuum flores. Non posse ex Fungo igniario & BROSSARDI somitem parari, & requiri quercinum hæmatoden.

T. XLIX. F. 1. Adgnoscat esse Agaricum pedis equini facie.

T. L. P. 2. Lichenis genus conatur eruere, & de utilitate œconomica agit plantarum ejus generis, ut de Orseille, non minimo metallo.

IDEM De malis effectibus & spasmu cynico, ex assumta Oenanthæ succo viroso.

T. LII. P. 1. De Cicutâ STOERKII.

§. MCCCCIV. *Jac. Parsons.*

Jacobi PARSONS, medici, De seminibus vegetabilium, earumque partibus minoribus, Scabiosæ, Angelicæ, granorum Paradisi, Melonis, egit in *Philos. Transact.* anno 1744.

EJUDEM *Microscopical theatre of seeds* London anno 1745. 4°. Scopus fuit, semina plantarum in medicinam receptarum vitro convexo speculari, & deli-

delineare. Multa hic commoda, ut seminalis fabrica Filicis, balsami receptacula in plantis umbelliferis, in Cardamomo, &c. Deinde plantarum medicatarum nomina, historia, vires, cultus; sed quarta omnino pars totius operis proliit.

EJUSDEM *Philosophical observations on the analogy between the propagation of animals and that of vegetables* London anno 1752. 8°. Belgice, *over de voortteeling van dieren en gewassen* Haag 1753. 8°. Polyporum cum plantis analogia. Contra evolutionem. Novum germen in planta mare generari, latente nempe in germine initio novæ plantæ, prolisque futuræ. Successionem veram esse, quæ dicitur generatio. Novam plantam non a farina mascula advenire, sed in femine latere; secundari tamen a farina mascula. Germina subordinata inde vocat, quæ sunt in alis foliorum, & in Polypis. Radices arborum in ramos abire, non ita radices efculentas. De generatione succorum in planta.

In Vol. XLVII. *Transact. Philosoph.* objectiones proponit contra J. A. PEYSONELII systema de polypis, Coraliorum habitatoribus, quæ Gallice prodierunt cum titulo, *Traduction d'un article des Transactions Philosophiques sur les Coraux*, Paris anno 1756. 12°. cum titulo Lond.

In Vol. XLIX. P. I. De vi sanguinem compescente Lycoperdi vulgaris.

§. MCCCIV. *Mém. de l'Acad. des Sciences.*

In *Hist. de l'Acad. Royale des Sciences* anno 1744. Cl. BOUVART experimenta sua narrat, in Polygala capta, quæ pro pleuritis antidoto habetur. Satis hæc ceciderunt.

In *Appendice* Cl. MONTET egit de succo creruleo Heliotropii (ex Riciui classe), quo panni in pago Gallargues tinguntur.

§. MCCCVI. *J. Stephani Guettard.*

Hoc anno primus apparuit Commentarius Cl. viri J. STEPHANI GUETTARD, diligentissimi naturæ scrutatoris. Ad res equidem, foliis potissimum animum adplicit, tamen ut etiam in plantis perspicua fecit, & diligens. Primum in *Mém. de l'Acad.* 1744. de Cuscuta egit, & de papillis, quarum ope ea herba de plantis alimentum fugit, quibus circumvolvitur. Characterem addidit, pulchrasque icones.

IDEM Francæ genus accuratius definit, quæ sit calyce quinquefolio flore pentapetalo, cum quinque serobibus melliferis, quinque staminibus, ad septem, & tuba trifida. Ex toto flore, non ex unica parte, sumendum esse characterem monet: planta ipsa vicina est Alines.

Anno 1745. Cepit agere de pilis & glandulis plantarum. Pergit anno 1747. duobus Commentariis, & anno 1749. perinde anno 1750. duobus Commentariis, & 1751. & 1756.

Anno 1746. De plantis parasiticis, alimentum suum de aliis plantis per papillas fructices trahentibus, quas per vultus epidermidis infigunt; in Orobanche potissimum ramosa, quam depingit.

IDEM anno 1746. & 1747. Aliarum etiam stellatarum plantarum radices ossa tingere expertus est, & Gallii ad oras maritimas nascentis radices rubiæ loco in tingendis generis adhiberi posse: quæ experimenta Cl. HELLOT suis confirmavit.

Anno 1747. *Sur les différentes matières, dont on peut faire du papier.* *Recht Algen. Magaz.* T. III. *Journal economique* anno 1751. m. Juillet.

Anno 1748. Experimenta de transpiratione plantarum, experimentis correctis capta. Folia sola perspirant, abundantissime, nunquam ad proprium pondus intra unum diem. Sol magis cogit perspirare, quam calor. Perspirat aqua insipida.

Anno 1749. De eadem perspiratione. Ea est in ratione radiorum solis. Negat multum humoris ab aere per folia trahi. Flores secundum easdem leges transpirant, quæ de foliis valent, sed minus perspirant. Hieme vix ulla transpiratio.

Anno 1751. Marina quædam corpora ex genere Madreporarum.

Anno 1756. De plantis pseudoparasiticis, Fungis, Agaricis, Lichenibus, quas omnes negat a cortice alimentum suum capere: de Hedera, vite, & Bignonia, quibus propriæ sunt & in terram defixæ radices.

Anno 1758. Glandulas & pilos bonas notas non specierum quidam dare, sed generum.

Anno 1751. De *torsetis* defertis, eorumque natura.

Anno 1762. Descriptio characteris Salvinie.

EJUSDEM *Observations sur les plantes* Paris anno 1748. 12°. 2.Vol.*. Plantas recenset, quæ circa Stampas proveniunt, ex codice M.S. avi sui *Francisci DESCURAIN*, cujus memoriam in Sophia Chirurgorum conservare studuit, quam dixit *Descuream*. Adjectæ aliæ a D. de COMBRAI & a BARRELERIO. Plantæ numerosæ, etiam minimæ, follicite circa Stampas lectæ, aliquæ etiam in Neustria, apud Cenomanos, & in aliis Gallie provinciis. Deinde accurata recensio pilorum & glandularum, quas Auctor in plantis reperit. Varietates omniæ. In *appendicem* nuper repertas congestit, quas inter raræ & pulchræ, etiam calidarum regionum, neque Stampis natæ.

EJUSDEM *Mémoires pour différentes parties des Sciences & des arts* Paris anno 1768. 4.*. Huc pertinet aurantia arbor per mediam longitudinem dissecta, & in utraque medietate convalescens. Scillam utrique germinare sulphurem. Succum spissatum papaveris albi habere vires opii. Tirsia, Bromi species, descripta, ad fecum utilis. De charta ex plantis. §. MCCCCVII.

§. MCCCCVII. *Peter Kretschmar.*

Petri KRETSCHMAR, Lipsiensis Oeconomi, inde Berolinum vocati, Oeconomische Vorschläge das Holz zu vermehren, Obhgärten zu pflanzen, Maulbeerbäume-Plantagen anzulegen Hall anno 1744. 8°. Leipzig anno 1746. 8°. Dum arbores per semina multiplicari jubet, non intelligit varietatem desideratam ex semine non redire. Vias Regias arboribus, & potissimum Moris, jubet adornare.

EJUSDEM *Oeconomische Practica, oder Aufösung des Ackerbau- Räthsels* Lips. anno 1749. 8°. 1754. 8°. HAUSVAT. Duobus fulcis profunde terram debere exarari, ut exterior terræ superficies invertatur, & a secundo fulco contegatur. Post messem iterum duplices ducuntur fulci, & legumina aut olera feruntur. Altero anno perinde aratur, & verna Cerealia terræ mandantur, & eo modo repetitur terræ cultus, absque quiete. Vis artificii est in laxatione terræ, fini meliori usu. Obscurius aliquanto de sylvarum fatione, et celerius adulescant.

Adjecta est *Johannis AUNANT Gründliche Anweisung zum Seidenbau* sord da- zu gehörigen Maulbeerbäusen-Plantagen, per experimenta in Germania natum opusculum. Vide p. 338.

EJUSDEM *Kürzer Auszug der neuen Ackerverbesserung* Berlin anno 1751. 8°. HAUSVATER.

EJUSDEM *Anzeige der neuen Ackerverbesserung* ibid. anno 1752. 8°.

EJUSDEM *Practischer Beweis, daß das doppelstärkige Pflügen mit ordinärem Gespanne und Hofsdiensje verrichtet werden könnte* Berlin anno 1756. 8°.

EJUSDEM *Dreyfaches Neujahr-Geschenk* Berlin 1759. HAUSVAT.

EJUSDEM *Bedenken über des H. v. BORNE neu ersundene Stenschine* Berlin anno 1752. 4°. Suum cum duobus cultris seminatorem præfert, qui ferit & occat, & semen in profundum sulcum dimittit; experimentum etiam laudat, in sterili arena factum. Sabulum Trifolio & Onobrychide confirmari, &c.

EJUSDEM *Unterricht, wie der bühelige bis zum 6. u. 4. Korn heruntergekommene Ackerbau wenigstens bis noch eins so viel zu erheben* Berlin anno 1759. 8°.

EJUSDEM *Erw. neues für alle Liebhaber der Stadt und Landwirthschaft* Nürnberg 1761. 8°. Agrum montanum docet in decussim arare.

De suis profectibus, & felici agri fabulosi cultu *Oeconom. Nachricht.* n. 59.

§. MCCCCVIII.

§. MCCCCVIII. *Liberatus Sabbati.*

Liberati SABBATI *Synopsis plantarum, quæ in solo Romano luxurianter Feratæ* anno 1745. 4^o.*. Catalogus ad ordinem fere TOURNEFORTII: nomina sæpe propria & ignota, cum admittis peregrinis. Tabulæ duæ plantarum vulgarium, & tabula florum TOURNEFORTIANORUM.

§. MCCCCIX. *Decombe.*

DECOMBE *Traité de la culture des Pêchers* Paris 1745. 12^o.* Germanice *Beschreibung von den Pfyfichbäumen* Francof. 1747. 8^o. etiam Anglice Lond. 1768. 8^o. Bonus liber & simplex munditiis. Auctor ipse ruri vixit & in villa, & ad experientiam triginta annorum provocat. Italiam etiam vidit & Siciliam. Quindecim melioris notæ species Perlicorum (varietates constantiores) recenset. Putari debent mense Januario & Febuario, parce, neque nimis, & conservari rami breves & minores, qui optimos fructus ferant. Putandi rami ferendo exhaufti. Arborem annosam fieri, & quinquagesimum annum superasse, brevioris tamen ævi reddi, si pauciores ramos conservaveris, eandem fructus tunc ferre meliores. Ramos anno præcedente putatos cum duabus tribusve gemmis AUCTOR conservat, ut reliquos destruat. Gummi fanari amputato ramo sub ea sede, unde stillat. Arbores panno rudiori utiliter tegi, &c.

EJUSDEM *Ecole du potager* Paris anno 1749. 12^o. 2.Vol.*. A fimo prægnante incipit, quem optimum a mulis sperat, inde ab equis, non vero ab altero animale, neque ab homine. Arcet nimium solem. Ad Melonum cultum fenestras campanis præfert. Inde plantæ hortenses, edules & medicatæ. Multas in species quamque partitur, & ob exigua discrimina. Synonyma non satis accurata, ut sæpe plantam vix agnoscas, de qua agitur. Mayz non uno modo utile. Ostendit Fungos fativos ex radicalis aut junioribus Fungis convalescere, &c. Germanice convertit J. Ernestus ZEHER, & titulum fecit, *Vollständiger Unterricht von Küchen-Gewächsen* Lipsi. anno 1756. 8^o.*

§. MCCCCX. *Museum Petropolitium.*

Musæi Imperialis Petropolitani Vol. I. Pars II. qua continentur *res naturales ex regno vegetabili* Petersburg. anno 1745. 8^o.*. Duo herbaria viva hic recensentur, eorumque plantæ methodo Tournefortianæ enumerantur, RUVSCHII primum, alterum AMMANNI. Plurimule non descriptæ, certe absque synonymo. Mireris paucitatem Sibiricarum.

§. MCCCCXI. *A. F. v. Hartensfels.*

Arnold Friedrich von HARTENEELS *Neuer Gartenfaat* Frankfurt 1745. 8^o.* 1753. 8^o. Nomen fictum, auctor Heiligenstadii vixit, eique nomen fuit KÄBERSBERG, amans hortorum. Catalogos dat plantarum bulbosarum, tuberosarum, fibrosarum, perennium, annuarum, culinariarum, coronariarum, cum cultu

cultu & brevi historia. Inter eas rariores aliquæ, si omnino has vere in horto aluit, ut Caryophyllus aromaticus, Anacardium, annuæ aliquæ. Experimenta pleraque aliena, non satis exploratæ fidei (2), aliqua propria. Nomina sæpe corrupta, auctores confusi, ut *Johannes & Paulus AMMANN*. Semina utique alterius coloris flores producere, etiam savor Hyacynthos ex albis plantis nasci. Semina macerare jubet in succis tingentibus.

§. MCCCCXII. Germani aliqui.

J. Heisrici MULLER, Mercatoris Ulmenfis, *Catalogus plantarum* Ulm. ann. 1745. 8°. Plantæ numerosæ, omnino 2146. sed inter eas multæ varietates & semina cum plantis numeravit. Nomina sæpe corrupta.

Nachricht von einigen vortreflichen Hülfsmitteln, nemlich vom Teerwasser, von der Haberkur Prenzlau 1745. 8°.

Kürzer sond gründlicher Begriff der edlen Jügerey Norðhausen 1745. etiam de sylvis agit.

Der curieuse Botanick — — mit eingedrucktten Kräutern Dresden 1745. 8°.

Leipziger Kochbuch Leipzig 1745. 8°.

§. MCCCCXIII. *Jos. Gumilla.*

Joseph GUMILLA S. I. El Orinoko ilustrado y defendido: historia natural civil y geographica de este grand rio Ed. II. Madrit anno 1745. fol. nam primam editionem lego anno 1741. & 1745. 4°. 2.Vol. produsse. Gallice versa a *Marco Antonio EIDOUS Histoire naturelle civile & géographique de l'Orinoko* Marseille anno 1759. 12°. 2.Vol.* In ea regione vixerat, ad convertendos gentiles eo missus. In Tomo II. plantas rariores recenset, inter eas nucem Moschatam, Cinnamomum, sanguinem Draconis, has parum probabiles. Sagittas venenari succo radices plantæ cujusdam in lacuum fundo nascentis. Oryza sponte provenit. Yuccam (Manihoc) dulcem ab amara recte distinguit. Hæc, ut homo a botanicis alienus.

§. MCCCCXIV. *Galli.*

GRANGER, Chirurgi, *Relation du voyage fait en Egypte en 1730.* Paris anno 1745. 12°. Non inficetus homo, botanica tamen parcius adtigit. Miracula & fertilitatem Egypti valde minuit. Passim aliquas plantas sponte nascentes nominavit.

NAUDÉ' Nouveau recueil de remedes . . . avec un traité des plantes les plus en usage Paris 1745. 12°. 2.Vol.

Prim-

(2) Vide *REICHAED Akerboms* 2. p. 167.

(*Bibl. Bot. T. II.*)

Principales merveilles de la nature, ou l'on traite de la terre, des fleuves, montagnes : des choses les plus rares & les plus précieuses, animaux, poissons, plantes, fruits, diamants &c. Amsterdam 1745. 8°. 2.Vol. MART.

Mémoires instructifs sur les pépinières de mriers blancs Berlin 1745. 8°.

J. DAMIAN CHEVALIER An vini potus salubris Lautet. 1745. 4°. REL. DOUCET.

LUDOV. RENATI des BOIS An dysenterie Ipecacoanha Paris 1745. 4°.

§. MCCCCXV. Sueci.

Gustaf WESTBEK Ytterligare underättelse om en possiöden twänne slags Bomull som ymstet växer öfver hela riket Stokholm anno 1745. 4°.. Videtur prius alium hujus argumenti libellum edituisse. Pappum Salicis luteæ laudat, ad veltes faciendas, ad ellychnia paranda: Pappum Epilobii difformis ad texenda tibialia. Denique Usneam viridem ad veltes faciendas, quæ rigidum quid desiderant.*

H. BAGER's Sweriges wälgång . . . grundad uti . . . jordens och des afwels bästa kannedom och bruk Stokholm . . .

EJUSDEM Öfvergriflige tankar om hushölingen i ansende sil ackerbrukets förbättrande ibid. 1745. 8°.

EJUSDEM Den dyra tidens afskyddande 1750. 8°.

EJUSDEM Oeconomisk samtal emellan en Swensk en Engelsman och en Holländare 1750. 8°.

STEN BJÖRNSSON's Järdmärg och trogna bünde lära huru aker och äng bättre bora skötas, ödemarkar utagas, bäga och slaga bialpas, afwel och boskap ökas mige, grundad på sanfärdiga egne rön och försök Wälträs 1745. 8°.

§. MCCCCXVI. Dieter. Wessel Linden.

Dieterich Wessel LINDEN Gründliche Nachricht vom Teerwasser und dessen Tugenden, aus dem Englischen übersetzt Amsterdam und Leipzig anno 1745. 8°. An BERKLEYII liber?

EJUSDEM Nützliche medicinische Nachrichten von der Kraft der Mistel gegen die Epilepsie Amterdam und Leipzig anno 1746. 8°.. Prius est opusculum Johanni COLEBATCH. Inde nostri adnotationes. Viscum putat arboris nutritivæ vires medicas fugere, atque Visci querni efficaciam pendere a Quercus acido vitriolico. Eam residere in parte gummosa, non in resinosa, quæ nulla sit.*

§. MCCCCXVII. Jac. C. Ramspek.

Jacobi Christophori RAMSPEK Biga remediorum præstantissimorum — Infusa resinosa, atque olei Cajepus Basil. anno 1745. 4°.. Amici olim nostri & auditoris*

oris opusculum. De medicamento primum BERKLEYI, de Pino, ejusque ver-
me, nondum eo tempore vulgo noto. Aliqua experimenta propria medicamenti
felicitè adhibiti, adversus tussim siccam, althma, tussim humidam, & purulen-
tam. Laudes olei Cajeput.

EJUSDEM *Selektorium observationum anatomico physiologicarum & botanicarum
specimen agonisticum* Basil. anno 1751. 4.*. Multas plantas separat, quas LIN-
NÆUS conjunxerat. Terebinthi fecundationem a GLEDITSCHIO factam vidit.

EJUSDEM *Specimen agonisticum secundum* Basileæ anno 1752. 4.*. Adna-
tiones in flore Sideritidis hisfutæ, Porri, Odontitis, Rhamni nostri inermis.
Propria Peloria in alia a Linnæana specie, ut certum sit, fabricam esse mon-
strificam, non plantam propriam. Non esse perpetuas unius generis vires.

§. MCCCCXVIII. Germani Varii.

Heinrich Christian ZENKER *De partibus constitutivis Opii* Gotting. 1745. 4*.
Proprio labore in elementa Opii inquisivit. Phlegma subcalcinum reperit, non
acidum, ut NEUMANNUS. Sudorem negat ciere. Ut dolorem tollat hypothesis.

J. Jac. PEYER *De cortice Peruviano* Basil. anno 1745. 4*.

Ge. Leonb. BECK *De succione fumi tabaci* Altdorf. 1745. 4*.

In *Comm. Lit. Nor.* anni 1745. Cl. PERTHES n. 26. analysin dedit Biden-
tis foliis tripartitis.

Et n. 46. Anonymus utriusque Bidentis elementa comparavit.

Samuel Theodorus QUELMALZ, Lipsiensis Professoris, Programma, quo in-
fusions pisci liquidæ aquosion declaratur Lips. anno 1745. 4*.*. Acidum esse, in-
de aquam spirituosam stillare, quæ aquæ fontanæ admitta infusi aquosi naturam
imitetur. Eandem accedere ad naturam mixturæ simplicis. Vim habere aethyl,
minticam. Germanice etiam versum existat cum BERKLEYI opere.

EJUSDEM *De infuso foliorum Theæ* Lips. 1747. 4*. HEPT.

EJUSDEM *De oleo Palma materia injectionibus anatomicis aptissima* ibid. anno
1750. 4*.*

EJUSDEM *De visû mangonifasû* ibid. 1753. 4*.*

EJUSDEM *De pane succedaneo ex cortice tilia interiori* 1757. 4*. De pane
facto ex solano tuberoso, & de ejus panis coctione. Tiliæ corticum alore posse.

§. MCCCCXIX. Belgæ.

Thomæ SCHWENKE, Archiatri, *Schets van heelmiddelens en haar wytwer-
kingen op het ligchaam* Haag 1745. 8*. 1753. 8*. auctius.

T. G. CONSTANTIN *De colophonia Franeker* 1745. 4°. LAMB.

Gualther van Lis De Aloë Leid. anno 1745. 4°.*. Analyse habet utriusque Aloes. Aqua limpida, insipida, inodora; deinde liquor Aloen redolens, paulum adstringens; tum solitus liquor ex acido & empyreumatico mistus. Porro utriusque dedit extractum resinofum & aquosum. Hoc alvum duere, resinofum contringere.

In ejus *genees en heelkundige aanmerkingen* aliqua sunt dixeretia, ad panis naturam olerum & radicum.

EJUSDEM *Arztzenwinkel* Rotterdam 1747. 4°. WACH.

EJUSDEM *Brauwkwoide* Amsterd. 1745. 8°. WACH.

§. MCCCCXX. *Commentarii Bononienses.*

Hoc anno 1745. duobusque sequentibus, *Commentariorum Academia Bononiensis* Tomus II. prodit, cujus omnino tria sunt volumina. In P. I. *Cajetanus MONTIUS* egit de duobus novis generibus gummi.

In P. II. *PUTIUS* describit opus fecundationis in Pomo punico. Pulvisculus antherarum penetrat per cavam tubam in hiantia vascula membranarum, tum in pediculos granorum.

In P. III. C. *MONTIUS* describit novum genus plantarum, *ALDROVANDIAM*. Conf. p. 325.

Alexander MACCHIAVELLUS Monstrificum pomum granatum ostendit, Fungumque non monstrificum, sed nobis vulgarem, crocei coloris & fucci, lamellis viridibus.

In P. II. *Matthew BAZZANUS* experimenta narrat, quæ fecit in ossibus *Rubia tinctis*.

§. MCCCCXXI. *K. Swensk. Acad. Handlingar.*

In *K. Swensk. vetensk. handlingar* anno 1745. *Trim.* III.

SWEN LIUNGGUIST De Gossypio Suecico feminibus liberando, & ad usum parando n. I.

IDEM Naturkunnighetens uphælpande och nytta i det almånna 174 . . .

BRANDBERG De perficiendo agricultu.

J. MORÆI junioris, De Aconito.

Andrea HELMSTRÖM Seminatio perfectus n. IV.

Carolus Gustavus TESSIN, vir ILL. De Pomo aurantio prægnante.

§. MCCCCXXII.

§. MCCCCXXII. P. F. Gmelin.

Philippm Fridericum GMELIN, J. Georgii frater & successor, in *Phil. Transact.* n. 476. De radice Ypecacoanhæ egit.

IDEM *Botanicam Sæ Chemicam ad medicam praxin adaptatam ostendit* Tubingæ anno 1755. 4.*. Medicamenta chemica ex regno vegetabilis repetita laudat. De analytici utilitate, & odoris faporisque indicis.

EJUSDEM *Otia botanica* anno 1760. 4.*. vel 8.*. Paraphrasis ad Prodrocum ROYENII, qua continentur characteres generum & classium.

EJUSDEM *De analepticis quibusdam nobilioribus* ibid. anno 1763. 4.*. Tincturas spirituosas Anisi Itellati, Alæ fetidæ, Cinnamomi, iisdem saturatissimis & efficacissimis.

EJUSDEM & J. WEINMANNI *Fasciculus plantarum patriæ serbi vicinarum* (Reutlingæ) Tubingæ anno 1764. 4.*. Loci natales & vires medicatæ.

EJUSDEM *Materia toxicorum hominû, vegetabilium simplicium, in medicamentum convertenda* Tubingæ anno 1765. 4.*. Catalogi venenatarum plantarum ex variis auctoribus: inde scriptores recensentur, qui de iisdem in medendo adhibendis cogitarunt, STÖRCKJO etiam potissimum.

EJUSDEM tribuuntur *Onomatologiæ variz, quæ Ulmæ prodierunt, & quarum inprimis huc pertinet Onomatologia economico-practica, in welcher zur Stadt- und Landwirthschaft uuentbehrliche Anmerkungen und Handgriffe beschriehen werden* Frankfurt und Ulm 1763. 8.*. maj. 2.Vol.

Onomatologia medica completa, s. Onomatologie historia naturalis, oder Lexicon von allen Benennungen der Kunstwörter in der Naturgeschichte Frankfurt 1758. 8.*. 3.Vol.

Der Wirthschafter Jenæ anno 1745. Diarium, etiam ad agri cultum pertinet. Auctor incertus.

§. MCCCCXXIII. Angli Varii.

In *Philosophicis Transactionibus* n. 475. Rogerius GALE retulit, pervetusta femina Melonis secunda fuisse.

In iisdem *Philosophicis Transactionibus* Henricus MILES n. 477. Aliquam perfectionem Siceræ addere suavit.

Benjamin COOK ibid. De Pomi varietate mutata a polline masculino alterius vicinæ Mali. Similia experimenta repetit n. 490. Postre de varietatibus Mayz.

R. BADCOCK n. 477. De Granadilke polline & Malvæ arboreæ. Hujus globuli per suos aculeos succum effundunt.

IDEM n. 479. De farina secundante Taxi n. 480.

William HEBERDEN *Antitheriaca an essay upon Mithridatism and Theriaca* London 1745. 8°. FOLK.

A collection of voyages and travels compiled from the library of the late E. of Oxford. 1745. fol. 2.Vol. OSB.

DN. COETLOGON's *Universal dictionary of arts and Sciences* London 1745. fol. 2.Vol.

EJUSDEM *Tour through the animal world* London 1746. 8°. habet etiam botanica.

The natural history of Nevis and the English Caribbean Islands London 1745.

§. MCCCCXXIV. Nic. Rosen.

Nicolam ROSEN, mutato ob magna sua merita nomine, v. ROSENSTEN, Archiater Suecicus, vir ILL. & noster a plurimis, annis amicus.

Ejus *Progr. de Symptomatibus ex usu hyoscyami in puero vixi* Upsal anno 1745. BALD.

EJUSDEM *Examen medicamentorum simplicium, quæ in catalogo medicamentorum Suehico continentur* Upsal anno 1750. 4°. Inutilium & debiliùm plantarum magna vis ex pharmacopolio relegatur.

In EJUSDEM *Han- und Reu-Aposbecke* anno 1766. 8°. excusa, materia medica continetur.

§. MCCCCXXV. Heinrich Michael Dabel.

Heinrich Michael DOEBEL's *eröffnete Jäger-Practica — In III. Theile wird vorgestellt die Beschaffenheit der Holzungen, deren Benennungen, nützlicher Verkauf, Zierwachs, Besatzung und Wartung* Leipzig anno 1746. fol. 8°. *Experientiam* triginta annorum citat. De sylvis. Non satis botanicus, qui in eadem pagina Taxum repetat cum nominibus Eibenbaum, Ilmen, Rüstern, & Fliegenbaum (Ulmus). Vix adgnoscat multas plantas, ut Rehheide, quam pro Genista habeat, etsi Sabinæ similem dicit, & ubique sola nomina popularia Germanica dat, absque ullo synonymo. Arbores sylvarum cæterum ex ordine recenset, cujusque cultum docet, & utilitates œconomicas, crescendique modum. Totus liber ad modum spectat, quo plurimum lucrum ex quaque arbore obtineatur. Ad reparandas etiam sylvas. Laudat, puto ob eam causam, ZINKIUS.

EIDEM

EIDEM tribuitur *Gefchichte Hamwater und steiffige Haummutter, oder Einleitung zur Hambaltung und Landwirthschaft* Leipzig anno 1747. 8°. ZINK.

In *Oecon. Nachricht*. T. I. In CARLOWIZIUM scribit, & multa emendat. De fatione arborum sylvaticarum. Quadragesimo anno Pinum materiei aptam esse.

Ibid. contra J. H. von ROHR, ab erosis foliis arbores nonnisi. Non dari tres Betulæ species. Populos esse Salices. Malles botanicos peritum, cætera utilem auctorem.

Historiam Fraxini dedit *Oecon. Nachricht*. V. p. 612.

Refutat SYLVANDRI *Zufällige Gedanken*. ibid. p. 117.

In Tomo VII. rejicit plantarum sexum. Larices non sperat votis responsuras ferentium.

Historia Sorbi aucupariæ. Dare bonum spiritum. De agricultura, frustra sperari, fimo nos posse carere. Non sufficere profundam arationem. Ustiliginem fieri a semine male maturo.

In T. VIII. De Fraxino & Quercu, de ista potissimum, ejus lento incremento & diuturna vita. Multa in BUFFONIUM, in BUCHTINGIUM. Semina Visci, Fungorum & Muscorum rejicit.

T. IX. De picis fabrica. In J. E. V. S. cogitata supra modum, quo sylvæ nigre fructuose cæduntur.

In J. Gottlob BEKMAN *Von der Holzsaat*.

§. MCCCCXXVI. G. Adams.

George ADAMS *Micrographia illustrata* London anno 1745. 4°. Artifex & vitrorum ad usus opticos poliendorum peritus. Magna pars hujus operis ad plantas pertinet, Germinis, feminum, radicum, caulis, foliorum, Sorum anatomem dat microscopicam; sed multa ex aliis habet, potissimum ex GREWIO.

§. MCCCCXXVII. Galli aliqui.

BERTELOT du PATY De clandestina fermo anno 1746. Andegavis prælectus, & excusus in Dictionario hist. P. I. BUCHODZ. Descriptio papillarum sutorinum & character.

EJUSDEM *Mém. sur la Nature & les qualités des vins d'Anjou*. In *Comm. Acad. Andeg.*

JOANNIN de S. LAURENT *Description abrégée du Cabinet du Ch. de BAILLON* Lucques 1746. 4°. ob plantas marinas.

J. HERMENT & FLOR. CAR. H. BELLOT *E. opium articulari rheumatismo* Paris 1746. 4°.

§. MCCCCXXVIII.

§. MCCCCXXVIII. J. Anderson.

Johannis ANDERSON, viri magnifici, & Consulis Hamburgensis, *Nachricht-
ten von Island, Grauland iud der Straffe Davids* Hamburg anno 1745. 8.* Ex
suis thesauris, & ex relatione auctorum & peregrinatorum, historiam natura-
lem hujus ultimi septentrionis repetiit. Rem herbariam parcissime adigit, de
Cochlearia potissimum & Alga saccharifera Islandorum locutus.

§. MCCCCXXIX. D'Ardenne.

JEAN PAUL ROME D'ARDENNE, *Presbyter Oratorii*, varia edidit ad rem
hortensem, in qua sibi placet. EJUS *Traité des Ranuncules, avec des observa-
tions physiques & des remarques pour l'agriculture & le Jardinage*, prodiit Paris
anno 1746. 8.*. Non quidem botanicus, neque plantarum suarum discrimi-
na daturus, sed in cultu, in æstimatione pulchritudinis, selectivæ terræ peritus.
Rejicit fimum columbinum & ovillum. Non nimis irrorandum, neque mane.
De aqua multa doctè colligit. De ustilagine & rubigine. Educatio ex semini-
bus lenta. Radices quotannis de terra eximendæ, ut quarto vel quinto anno
floreant. Monstra aliqua & Ranunculi proliferi. Pro nonnibus floritarum,
Receptaculum videtur hinc Anemones esse. Historia elegantiorum Ranunculo-
rum, quos CARA MUSTAPHA potissimum coluit. Dictione in universum theo-
rica. Germanice vertit G. L. HUTN, & Noribergæ edidit anno 1754. 8*.

EJUSDEM *Traité sur la connoissance & le culture des Jacintes* Avignon. ann.
1761. 12*.*. Quæ pulchritudinem in Hyacintho faciant. De novis, aurei co-
loris, varietatibus. Cultus: terra composita VOORHELMII. Ut eximendi sint
bulbi, ut ex adnatis multiplicandæ plantæ: de florescentia in aqua. De semi-
ne & fatione. Morbi. De Tuberosæ cultu. Icones aliquæ. Italice versus
prodiit libellus Viterbo anno 1763. 12*.

EJUSDEM *Traité des Tulipes* Avignon anno 1760. 12*.*. Mennait se ad
centum plantas ad opus GARIDELLI contulisse. De Tulipis spontancis. LOM-
BARDUS pulchriorum Tuliparum auctor. Cultus: serenda semina Tuliparum
sinto cæruleo. Adnatarum aliquæ demendæ.

EJUSDEM *Traité des Oeillets* Avignon anno 1767. 12*.*. Præmittitur Ca-
vologus scriptorum, & vocabulorum interpretatio. Descriptio plantæ, testæ,
instrumenti, cultus, irrigatio. Quæ aqua reliquis præstet. Studium plantæ
ante florem, cum flore, & post florem. De semine & fatione: de multiplicatio-
ne per stolones, & aliis modis. Morbi. Rariores varietates non habet:
sincturas succi alimentarii rejicit.

EJUSDEM *Année champêtre* Floreuce, Marseille & Paris 1769. 12*. 3.Vol.*
Horti olitorii curam describit, cum nonnullis ad arbores fructiferas pertinentibus
consiliis. In T. I. agit de fumo, de fimo prægnante, de insectis noxiis: de plan-
tis

et ad limitandas areolas idoneis. De seminariis, plantariis: educandis arboribus, arte inferendi varia. De arboribus ad muros, adve palos adfixis, de putatione. T. II. & III. opera horti olitorii mensura continent. Plantam quamque describit, & præcipuas, paucas tamen, varietates. De novis ex commitione pollinis fecundantis cum alienis stirpibus nascentibus varietatibus: in lactucis potillimum. Plantæ aliquæ spontaneæ Provinciæ, & inter eas Ribes rubrum paucis acinis. Aliquas plantas fere in hortis ignoratas colit, ut Sium majus, Silybrium aquaticum, etiam Melongenam, Acetosam montanam majorem, & Arifoliam, & non scandentem. Fimi in alendis arboribus usum defendit. Etiam ideo utilis auctor, quod de scriptis hortensibus sæpissime se repetentibus perite & animose judicet. Vivit prope Forcalquier Provinciæ superioris, ut ab Anglis aut Germanis ita legi debeat, ne omnia in mitiori cælo utilia consilia imitentur.

§. MCCCCXXX. *Germani aliqui.*

Ludovici Michaeli DIETERICH'S Observaciones de usu corticis Peruvianii in cancro mamma Ratisbon. ann. 1746. 4.. Spem multam in cancro ulcerato concepit, cum spiritum falis ulceri impoluisse, & corticem Peruvianum propinasset.*

Gründe zur Fortsetzung des Seidenbauens auf hiesigen Lande Berlin 1746. 4..*

§. MCCCCXXXI. *Pharmacopœa Reg. Londin.*

Pharmacopœia Collegii Regaliæ medicorum Londinensis London anno 1746. 4.. magn.*. anno 1751. 4.*. Francof. 1748. 8*. 1762. 8*. Angliæ versâ ab H. PEMBERTON, qui cum notis edidit anno 1746. 8*. 1749. 8*. Lude Gallicæ versâ cum notis & medicamentorum catalogo Paris 1761. 4.*. Simplicitas laudabilis, rejecta innumera medicamenta debilia, aut facile corrupta, diminutus aquarum stillaticiarum numerus; nova aliqua aromata ad usum propolita. Cæterum pharmacopœia huic dispensatorio non obsequi ALSTONVS.*

§. MCCCCXXXII. *Ant. de Monrava.*

Anton. de MONRAVA ROCA Theatrum animalium, plantarum, & aliorum corporum naturalium Lisboa . . . 8. Recensetur in Diar. Tyrolitico anni 1746.*

§. MCCCCXXXIII. *Galli aliqui.*

Comis de la GARAYE Chymie hydruilique Paris anno 1746. 12.. Hæcenus huc pertinet, chemici faporis opusculum, quod succos viresque plantarum nova ratione, ad Joëlû LANGELOT imitationem, tritu cum aqua fervida, deinde filtratione & exhalatione doceat extrahere; ut viris corticis Peruviani, Opii, in suo sale integræ superfint, quem alii malunt extractum dicere, etsi ipse crystallinos sales esse addit, pingues tamen esse fatetur. Sales suos longa serie enumerat. Contra Cl. GEOFFROI se ad sinem tuetur.*

(*Bibl. Bot. T. II.*)

Y y

§. MCCCCXXXIV.

§. MCCCCXXXIV. *Belge.*

Jacob ADMIRAAL junior, pictor, circa hunc annum edidit *Naarwaketwige waarneminge van veele gestalts verwisselnde gekorvene diertjes* fol. Icones animalium sunt, in 25. tabb. incisæ, sed una plantarum, in quibus vivunt. longe pulcherrimæ. Ita T. 16. *Acriviola flore majori.*

God. Anton. de XHORE *De spiritu rectore in regno animali, vegetabili, fossili, atmospherico* Leid. 1746. 4°.

§. MCCCCXXXV. *Angli aliqui.*

Johannes FREKE *In essay to shew the causes of electricity* London 1746. 8°.* ostendit, arbutusulas electrico torrente commoto mire turgere, languere vero ad primum tactum foliorum. Hybridem florem ex tunica & atrerica natam vidit.

SMITH *Compleat housewife* London 1746. 8°.

David STEVENSON *Gentleman's gardeners director, of plants, flowers and trees with a garden Kalendar* London anno 1746. 8°. & editio V. 1765. 8°. Cultum arborum docet, florumque & oleum.

Brownie LANGRISH *Physical experiments upon brutes* London anno 1747. 8°. & Gallice Paris 1749. 12°. Potissimum huc faciunt experimenta cum aqua Laudrocerafi in canibus instituta. Quatuor uncie robustissimum canem occidunt. Sanguinem reddit ruberrimum & tenerum, pulsus etiam numerum insigniter auget. Minori ergo dosi utile medicamentum est, nimia subito occidit.

§. MCCCCXXXVI. *A. C. Cocchi.*

Antonii CALESTINI COCCHI, Romani Professoris, non Hetrusci, horti tamen medici Præfecti, *Corticæ Peruvianæ Vindiciæ* Rom. anno 1746. 8°.*. Practicæ argumenti. Recte ad objectiones respondet; recte etiam monet, debere sufficiente dosi exhiberi.

§. MCCCCXXXVII. *Lars Kullin.*

Lars KULLIN *Owäldige sankar öfwer Blakwells forsök* Upsala 4. absque anno, ut isto tamen anno 1746. aut sequente editum sit opusculum. Cum BLAKWELLIVS omnem fimum rejiceret, nihilque desideraret ad agrum emendandam, præter terræ maximam friabilitatem, noster ad KULBELIVS ductum, humum in aqua diluit, ostendit continere oleosum quid, & salem varium. Deinde subjecto igne empyreumaticum liquorem, & salem medium obtinuit, in quo nonnihil est marini sapis. Est in humo fertili pinguedo, terra diffusibilis, & sal medius. Fimum autem requiri ostendit, ut salem & oleum suppediet. Arbores etiam per folia nutrirî, & extracto aere externo, aerem de frondibus & aquam sudare.

DAHL-

DAHLMAN *Om akerbrukets video citari* Stokholm 1746. 1750. 1752. 1760. 8°. an CAROLI.

J. GUF. WAHLBOM *De sponfulis plantarum* Upsal. 1746. 4*.*. Præfide LINNÆO, & Suecice 1750. 8°. Flores tricolores nasei ex polline unius Tuliparum varietatis ad alterius tubam adperso.

§. MCCCCXXXVIII. *Milbau.*

De MILHAU, equitis & in America consiliarii, *Trois dissertations Pune sur les experiences faites en mer* (depressione aquæ marinæ in clausam phialam;) *Quatre sur le Cacaoyer: la troisieme sur le Caffeyr* Montpellier anno 1746. Florem Cacao aliter, quam TOURNEFORTIUS describit, cujus & icones reprobat. Petala quinque inæqualia.

§. MCCCCXXXIX. *Hamburger-Magazin.*

Hoc anno *Novus Diarium* prodit cum tit. *Hamburger-Magazin*, varii argumenti, quo & collecta varia, & propria continentur, inter ea etiam botanica.

In T. I. n. 1. De conservandis fructibus horæis in vitris bene clausis.

T. II. n. 1. De jisdem D. J. G. KRÜGER.

§. MCCCCXL. *S. Acad. Handl.*

In *Svensk. Vetenskaps. Academiens Handlingar* anni 1746. Trim. I. Vir ILL. *Steno Carolus BIELKE* de cultu agit Fagopyri Sibirici, qualem in Finlandia vidit.

EJUSDEM De plantis lac suo sapore inficientibus anno 1750. n. 2.

EJUSDEM De diversis Fagopyris, potissimum Sibirico, ut duriori: & de destruenda specie volubili.

EJUSDEM De Sibirica Caragana.

In Trim. 2. *Ulricus RUDENSKIÖLD*, viri ILL. De ætate Abietis ex annulis judicanda, ad annos 320.

EJUSDEM *Tal om Skogarnes nytjande och värd* Stokholm anno 1748. 8*.*. Pro utilitate sylvarum, & potissimum Abietis & Betulæ. Improbatur usum corticis Pini in panem recepti, & ad eum finem Callam mavult adhiberi, aut Solanum tuberosum. Ad reparandas sylvas consilia.

Trim. 3. *Carolus v. EHRENCLOV* De semente Lani experimenta. Suecice *Forsek om linfræs sanning* Stokholm 1747. 4*.

Trim. 4. *Erici SALÄNDRI* De Rubia Suecica.

Et *Georgium BRANDT* De cineris clavellati a Soda discrimine.

§. MCCCCXLI. *Joh. Hill.*

In *Philosophicâ Transactionibus* n. 478. primum adparet *Johannes HILL*, magnis inde botanicis operibus celebris. Describit hic *Hypni* speciem, & pectini antherarum officium impertit.

IDEM jam ad Cl. *BLAKSTONE Specimen botanicum* plantas contulerat.

EJUSDEM *Review of the works of the Royal Society at London*, London anno 1751. 4.*. Acris censura Commentariorum Societatis Regiæ Britannicæ. Pars VII. ad vegetabilia spectat. H. *BAKERI* Graminis tremuli descriptionem, & in polline *Taxi* adnotationes corrigit. Non credit *Paulo DUDLEY*, Malum absque floribus fructus tulisse: deinde petrificatas radices plantæ vegetantis, argentum vivum in plantæ radice repertum, omnino, ut parum credibilia, rejicit.

EJUSDEM *Historia materia medica* Londin. anno 1751. 4.*. Vastum opus. Analyses omnium plantarum medicatarum hic reperias, bonas notas, vires medicas, has parcius, plantæ descriptionem. Passim opere Cl. *GEOFFROI* utitur.

EJUSDEM *History of plants* London anno 1751. fol.*. quæ secunda pars est magni operis *General history of nature*. Methodus & genera Linnæana, foliis iis exceptis plantis, quæ stamina conspicua non proferunt, in quibus tum marinis, tum terrestribus, plucula nova genera constituit. Inter terrestres aliqua genera mea sunt, quæ pro sua humanitate recepit. In reliquis rarius LINNÆUM deserit. Cæterum in quaque planta characterem generis dat, deinde species celebriores describit, reliquas nominat. Florem, & sæpe plantam ipsam, sculpi curavit.

EJUSDEM *Essays in natural history and philosophy* London anno 1752. 8.*. Belgicæ *Proeven der natuerlyke historie* &c. Haarlem 1753. 8.*. *WACH*. Microscopicæ sunt adnotationes, quarum magna pars occupatur in plantis, quales solent cryptogamias dicere, etiam marinis. Multa hic peculiariter & mire ornata reperias. In *Fuco* flores tristemes vident, & fructus, neque eas marinas plantas ab insectis strui admittit. In *Aspergillo*, ita enim interpretor, articulata fila vidit, & 24. in fructu cellulas. In *Alcyonio*, præter polypos, antheras decemloculares & fructus. In exiguo *Fungillo* biloculares fructus & semina elastica, revoluta & lanugine obducta. In alia planta marina 18. ex uno petiolo stamina vidit: & adnotavit, cavos ramos, fructibus fetos, abrupti sub semine, id ut in aquam dimittant. Denique *Ptingillus* ramosus, cujus antheræ circa filum convolutæ, ab impulsu elastico se dirumpente, fructum defringunt. Nulla nomina addidit. Globulos farinæ antherarum utique semina imprægnare, cum vero nimis crassa sint, dissilire, & subtiliorem materiem fecundantem dimittere docet, quam etiam in aquam spargunt. Exstant in T. XII. *Hamb. Magaz.*

EJUSDEM *The british herbal: an history of plants and trees native of Britain cultivated for use or raised for beauty* London anno 1756. fol.*. Splendidum opus.

opus, quo pleræque plantæ indigenæ ex RAJI synopsi delineatæ traduntur, adjectis passim peregrinis. Classes, quantum ejus fieri potuit, naturales, retinuit, neglectis staminibus & nectariis. Nomen unicum, & descriptio, aliquando vires.

EJUSDEM *Eden or a compleat body of gardening* London anno 1757. fol.*. cum nomine auctoris in dedicatione expresso. Secundum menses, & hebdomades, quibus plantæ florent fructumve ferunt, aut olera edulia sunt. Plantæ descriptæ, etiam depictæ. Nomina & methodus LINNÆANA, admittæ varietates hortenses flore pleno; Figuræ fere rari sunt. Singulo mense opera hortensia, & compendia artis, qualia sagaciores hortulani Anglici invenerunt. Intercedunt pluscule plantæ parum notæ, quarum icones aut raro, aut nusquam exstant. Acriter in CRIT. REV. recensetur, ut icones, & ipse sermo exscriptus esse dicatur ex CÔMMELINO, MILLERO, LINNÆO. Passim tamen adgnovi proprias icones & historias. De somno etiam plantarum experimenta profert, quas docet a luce excitari, a tenebris sopiri.

EJUSDEM *The gardeners new Calendar* prodiisse videtur anno 1757. & 1758. 8°. plenum opus de hortensibus laboribus, cum declaratione systematis LINNÆANI (HALK ed. II. ad fin. T. IV.)

EJUSDEM *The sleep of plants and cause of motion in the sensitive plants explained* London anno 1757. 8°.*. Germanice Nürnberg 1768. 8°. Plantas pinatas habere folia sua in regionibus quidem calidis, in eodem cum nervo plano, in frigidis vero semipeadula. Fibrarum fasciculos efficere petiolum, & propaginem fibrarum in quemque folii nervum continuari. Ut ex fibræ teneræ sunt, ita mobilitas est evidentior, tum ubi fibræ, quas diximus, longiores minusque intricatæ sint. Sub vesperam folia arbusculæ *Abrus* complicata esse, cum prima aurora separari, cum sole plana fieri, sub occasum solis iterum complicari. Retardari tamen complicationem aucta luce, & ipsa meridie folia claudi, si tenebras feceris. Mimofam pariter a tenebris claudi, & forte ideo ab adactu connivere, quod lux interceptiatur. Redit in *Allgem. Magaz.* T. XI. & in *Bremischen Magazin.*

EJUSDEM *Outlines of a system of vegetable generation* London anno 1758. 8°.*. Germanice Noriberg. anno 1761. 8°.*. cum vivis coloribus. Anatomæ Amaryllidis, fibræ ab extremis radicibus in ultimas antheras continuatæ. Fabrica radicit, ejus cortex abit in petala, liber in receptaculum fructus. Vasa majora ex radice in nectaria continuantur. In quoque pulvisculo antheræ vermiculus habitat, qui verum suse plantæ germen est, a suis nectariis circumdatum. A medulla tuba est. In Amaryllide infundibula patent, in quæ pollen staminum labitur, per tubam pergit, inque intima fructus penetrat, inque ipsam siliquam inanem, quam vermiculus nasculus subit. Ita planta nunc concepit.

EJUSDEM *Method of producing double flowers from single by a regular course of culture* London anno 1758. 8°.*. Germanice Noriberg. anno 1766. 8°.*.

& in *Oeconomisch-Physicalischen Abhandlungen* T. XVII. In Tulipa naturam floris pleni contemplatur. Quando caro floris intumescit, tunc filamenta & latiora sunt, & tenuiora, & ex iis petala nascuntur. Ea comatatio per gradus suos perficitur. Primo in gradu Tulipa nascitur, cujus filamenta incipiunt petali naturam induere; sed etiam in altero gradu natura antheræ supervivunt, & semina maturantur. In tertio gradu filamenta plana jura petala sunt, neque nunc semina perficiuntur, & duodecim nunc sunt petala: inde 18. quævis anthera in duo petala divisa: tunc 24. petala, ut quævis anthera tria reddat petala. Exemplum adfert Veronicæ plenæ factæ, dum antheræ in petala degenerant. Denique de degeneratione floris pleni in simplicem, dum sibi relinquuntur.

EJUSDEM *An account of a stone which on being waterd produces excellent mushrooms with the history of the violet stone of Germany* London anno 1758. 8°. *
Lapis SEVERINIANUS graniti adinis, obducitur crusta fungosa, quæ irrorata in Polyporos convalescit: Pro eodem Fungo habet Lichenem violaceum.

EJUSDEM *Valerian or the virtues of that root in nervous disorders, and the characters which distinguish the true from the false* London anno 1758. 8°. *
Lapis SEVERINIANUS Noriberg. 1765. 8°. Aquaticam Valestianam distinguit ab ea, quæ in siccis provenit. Hanc in Anglia raram jubet adhiberi, mensè Majo lectam. Valde laudat ad morbos hystericos, infusum theiforme, vel tincturam.

Hic recensemus, etsi sexta est editio, **EJUSDEM** *Management of the gout with the virtues of Burdock first used in the authors own case* London 1758. 8°. *
 Ipse podagricus levamen sentit ab usu decoctæ cum radice Bardanæ aquæ, quam grati esse saporis & sudorem movere docet: mihi ingratißima videtur.

EJUSDEM *Origin and production of prolifera flowers, with the culture at large for raising double flowers from single and prolifera from double* London anno 1759. 8°. *
 Germanice Nürnberg 1768. 8°. *
 De floribus proliferis Anemones, Ranunculi, Caryophyllatæ nutantis, Rosæ, Tunicæ, Pæoniæ Africanæ, aliorum specierum ex genere flore composito. Proliferi flores nascuntur ex plenis, quando pedunculus in receptaculum nunc non dilatatur, sed florem perlorat, ut secundum, etiam tertium florem producat. Et proliferi flores sunt pleni, dum radice exenta tempus florendi retardatur, & una pingui terra planta ipsa uberius alitur.

EJUSDEM *The usefulness of the Knowledge of plants with the easy means of information* London anno 1759. 8°. *
 Non posse medicum destinatos a medicamento suo effectus sperare, nisi norit, ægro eam ipsam plantam propinatam esse, quam prescripsit: id ut sciat necesse videri, ut ipse plantam notam habeat. Plurima exempla adducit alienæ plantæ agris datæ. Lobeliam, Collinsonium, & vireæ medicas colere jubet, alias ob usus tinctorios.

EJUSDEM *The practice of gardening explained to all capacities* London anno 1759. 8°. *
 cum titulo auctoris ficto **Thoma PERFECTI**. Terram in horto requiri

quiri pinguisſimam: ſimorum optimum eſſe æquorum bene paſtorum, quales thenſis (*Coaches*) trahunt. Ut recente gramine calor in ſimo prægnante conſervetur. Ut plantæ per hiemem defendantur, tectæ ſpinis, & ſiccò Viciarum ſtramine. Præſtare pleroſque flores plantæ detrudere, ut melius ſemen obtineatur. Biennes plantæ sæpius transplantandas eſſe, ita flores multo ſpecioſiores obtineri. Ut plantæ lignoſæ multiplicentur. Terra ad flores producentes compoſita, quam nuria ingreditur, & calx.

EJUSDEM *Exotic botany illuſtrated in 35. figures of curious plants* London anno 1759. fol.*. Aliquæ harum plantarum in Anglia floruerunt; pleræque ad exempla, fere ex China adlata & ſicca, depictæ ſunt. Earum pluſculæ pleno ſunt flore. De Peloria dubitat, num ſit Linaria vulgatiſſima. Rheum criſpò Ammanni ſimile eſt; Thææ duæ, hexapetala, & enneapetala; Lepia pro planta nova. De Valisneria. Filicina planta occaſionem præbuit fingendo agnoſcibile vegetabili Scythico.

Quid ad *Floram Britannicam* contulerit, diximus. Prodiit Londini anno 1760. 8.*. RAJANA in LINNÆI nomina & ordinem transformavit, pluſculas cives ſuas adjecit, & characteres LINNÆANOS.

Et nunc impenſum opus adgreſſus eſt, .cujus omnes tabulæ ab ipſo delineatæ ſunt & ſculptæ.

Id nunc fere ad medium produxit, ſublevatus *Johanni* Comitis de BUTE liberalitate. Primus Tomus eſt *The vegetable ſyſtem, or a ſeries of experiments and obſervations tending to explain the internal ſtructure and the life of plants* London anno 1759. fol.*. Septem in omni planta facit partes, corticem exteriorem, interiorem, librum, carnem, medullam, vaſa in ſeries diſpoſita, & conicos faſciculos vaſorum. In floribus ipſis quinque partes redeunt. Hanc fabricam in Helleboro viridi deſcribit & deſcribit. Omnes radicis fibræ in quodam quaſi capite conveniunt. Eo ſuccus per cellulofam telam tendit. Et interior cortex, & exterior, duabus ſit membranis, inter quas vaſorum cavorum rete eſt. Librum conſtituunt cellulæ hexagoniæ, cum vaſe ſuo in ſingulo angulo: habet & glandulas. Series vaſorum recta eſt & parallela, quæ ad nectaria tendunt. Caro pars plantæ princeps eſt, tota vaſculoſa, vaſis cavis, fibris lignoſis confirmatis, valvula ad quemque nondum interruptis. Coni vaſuloſi intus intra carnem ſunt ſeparati, certo numero, & ex carne orti in receptaculum terminantur. Medulla non ubique reperitur, & ex ſucco generatur, quem caro ſeparat, & qui in ſerpentina vaſa coit. Hic iterum ſiliquis in fruſtu inanes deſcribit, quarum quamque particula pollinis ſubit. Reliqua, valde memorabilia, apud Cl. virum legere oportet. Deſcribit autem porro Colchicum, ſpeciem proliferam Ananás, Tubæ, Muſcos, quorum alios a MICHELIANIſ flores facit, & Filices. Hic Tomus I. eſt magni operis.

T. II. *Londin.* anno 1761. fol.* ſucceſſit. De elementis plantarum. De methodis: earum eam præfert, cujus plurimæ claſſes naturales ſunt. Ipſe auctor fere

fere RIVINUM sequitur, & numerum, & æqualitatem aut difformitatem petalorum. Initium est a plantis compositis flore radiato, quarum plurima nova genera facit, ut Cælestinam, Gemellam, Lepiam, Meridianam. Plantæ omnes sculptæ. partim ad naturam, partim ad sicca specimina.

Tomus III. Londini anno 1761. fol.*. Compositæ discoideæ, & planipetalæ. Sapor operis idem. Genera multa, cum nolit vir Cl. quidquam in specie reperiri, quod non sit in definitione generis.

Tomus IV. Londin. anno 1762. fol.*. Capitatæ. Genera a calyce reptata; pene omnia nova.

EJUSDEM Tom. V. London anno 1763. fol.*. Scabiosæ, valde numerosæ, plantæ diffaceæ, adjectæ Globulariæ, Erinacci, Echinopos. Genera multa nova.

EJUSDEM Tom. VI. Umbelliferæ Londin. anno 1764. fol.*. Ordo in volucris fuit, non a seminibus. A LINNÆO hic minus discedit. Et hic & ubique Americane plantæ plurimæ, tum Hispanicæ, Græcæ, &c.

Tomus VII. Londin. anno 1764. fol.*. Stellatæ, & asperifoliæ. Iterum plurimæ novæ, aut nunquam sculptæ.

Tomus VIII. Vasculiferæ RARI flore regulari, in duas, tres, quatuor, quinque partes diviso, Gentianæ, hæc pulchre sculptæ, &c.

Tomus IX. Londin. 1765. fol.*. Plantæ flore simplici quinquefido. Hæc Cuscuta, Bryonia, Arbutus, Andromeda: hæc gratum dare insusum theiforme, Solanum. Usum Belladonnæ rejicit. Dicarpeæ. Multæ plantæ ex America boreali.

Tomus X. Plantæ monopetalæ, flore multifido, dipetalæ, tripetalæ Lond. anno 1765. fol.*. Liliacæ aliquæ, Lapathum, inter ista vera Britannica antiscorbatica Americanorum. Tithymali multi novi.

In nostro *Diario Gattingsche Anzeigen*, recensendis quidem libris destinato, passim tamen aliqua non aliunde repetita exstant, ut anno 1748. p. 540. de colore cyaneo ex Cyano segetum ad Croci similitudinem parando. p. 640. De *Stramonii* funesto effectu. Anno 1752. De *Spigelia anthelmintica* & Fungo *BROSSARDIANO*, de cespite bituminoso torf. Anno 1755. ad quæstionem propositam de plantis coriariis bona responsa tulimus, & *Geniêtæ* potissimum scopariæ utilitas detecta est.

§. MCCCCLXXXV. C. G. *Grundig*.

Hoc anno prodiit pars I. C. G. *GRUNDIG* V. D. M. *Neuer Versuch nützlicher Saumlösungen zur Natur- und Kunstgeschichte, sonderlich von Oberfachsen* Schneeberg 8.* cuius 48. partes prodierunt. Ejus Diarii partes 27. habeo. Pleraque ad rem metallicam pertinent. In T. I. P. 3. agit de pernicioso *Cicutæ* usu. N. II. Varia collecta ad regnum vegetabile.

§. MCCCCLXXXVI. *Angli*.

In egregio opere *The preceptor containing a general course of education* London 1748. 8.* inque libro VIII. Plantæ aliquæ magis memorabiles depinguntur, & describuntur.

§. MCCCCEXXXVII. *Antonius de Ulloa*.

D. *JORGE JUAN* y D. *ANTONIO ULLOA* *Relacion historica del viaje de la America Meridional* Madrid 1748. 4°. 4. Vol. Gallice & Germanice versum, & recensum in collectione itinerum. Varia ad universam naturam adnotavit, ad plantas pauca. Aliquas tamen recensuit, circa Carthagenam nascentes, & inter eas arborem balsami Tolutani, Bananas Guineos. Inde de nonnullis Peruvianis plantis, ut ferico arboris Ceiba: de fructu Chirimoyas, Frago Peruviano &c. Corticem Peruvianum provenire circa Locham, etiam circa Cuencam, ab *ULLOA* detectum: vim ab incolis ignorari, qui ob usum tinctorios ab Europæis queri putent. Meliora eos noster docuit. De *Coccinella* pariter circa Cuencam nascentem.

te, ubi confirmat, esse vermiculum. Cinnamomum sylvestre vere putat in Peruvia provenire. Aliqua de plantis desertorum Paramos.

Miscellanea physico-medica ex Academiâ Germanicâ deprompta Florent. 1748. 4°. Sunt Disputationes inter quas est, de malorum citrionum præstantia F. HORMANNI opus.

§. MCCCCLXXXVIII. Germani.

In Augusti Christiani CRUSII *Anleitung über natürliche Begebenheiten nachzudenken* Leipzig 1749. 8°. Pars ultima, & brevis, ad plantas pertinet.

J. A. H. (HERZOG) *Neue Acker-Theorie, oder neu entdeckte Oberfläche der Erde, nach welchem die von KRETSCHMAR angegebene Pflanzart mit wenigen Kosten also zu nutzen, daß alle Jahre der Ackerbau um einen Drittel vermehret werde* Magdeburg 1749. 4°.

Francisc. Christ. JETZE *Von weißen Haafen, und einer Beere, deren Heilungskraft man entdeckt hat* Lübeck 1749. 8°. Nempæ de Vaccinii rubri utilitate medica ad versus ambusta.

Anweisung, wie die weißen Maulbeerbäume vom Saamen gezogen, verpflanzt und gewartet werden sollen Stuttgart 1749. 8°. Ut etiam folia minimo labore colligantur, ad Chinenfium morem, & reliquum Mororum cultum breviter describit & dilucide.

Handlungs-Lexicon, darinn was zur Erhaltung der Gesundheit nöthig, und wie man dieselbe erhalten und vermehren soll Leipzig 1749. ad 1751. 4°. 3. Vol.

Christian David BROTBECK *Selektus materia medica* Ulm. 1749. 8°. *Bernerisches Kochbüchlein* 1749. 8°.

Petri von HAMEL *Pharmacopœa hodierna* Utrecht. 1749. 8°.

In *Hamburger-Magazin* T. IV. anno 1749. Johanni POYNTZ descriptio insulæ Tabago, quæ hic dicitur ex codice M.S. anni 1653. edita fuisse. Plantæ beatæ insulæ etiam recensentur. Nomina oportet emendare.

In J. AUG. ROESSEL *Insekt. Beluß*. T. II. Nurnberg 1749. 4°. *Stapelia* designatur.

Jof. Lud. ROUSSAY *De funaria vulgari* Argentor. 1749. 4°.

Georg. Christoph. DETHARDING *De Seneca radice* Rostoch. 1749. 4°.

EJUSDEM *De exoticis quibusdam merito resinandis* Butzow. 1765. 4°.

§. MCCCCLXXXIX. D. G. Ehret.

Diorysium Georgium EHRET, industrius pictor, & potissimum in plantis designandis exercitatus, ipse demum cum vivis coloribus tabulas edidit, ni fallor
quin-

quindenae. Inter eas duæ sunt Martyniæ, Oldenlandia, duo Cytisi, Papaja, Sherardia MILLERI, Napæa, Hura, cum toto charactere. Malles non cominitis in una tabula plantas.

In *Nov. Act. Nat. Cæs.* Vol. II. delineatas dedit arborem Sassafras, Jafminum pulcherrimum, Lithospermi speciem.

In *Phil. Transact.* Vol. LIII. describit plantam Orchideam, cui alia a labeo neclaria sunt, & Walkeriam Bugloiso adfinem. Adrachnen etiam delineavit.

§. MCCCXC. B. Wilkes.

Benjamin WILKES *English Moths and buster flies with the plants flowers and fruits whereon they feed and are usually found* prodierunt London 1749. fol. cum vivis splendidisque coloribus. Plantæ ab EHRETIO & Jacobo van HEYSUM delineatæ sunt, additis nominibus. Cum morte auctoris, puto, operi finem esse impositum.

§. MCCCXCII. T. F. Dalibard.

Thomas François DALIBARD *Flora Parisiensis prodromus, ou Catalogue des plantes, qui croissent aux environs de Paris*, Paris 1749. 8°. LINNÆI nomina laudat, iisque plantas foli Parisini insignit; vim vocum LINNÆANARUM definitione illustrat, & tabulis æneis. Loca natalia non bene omisit, neque videtur novas species producere. Subinde auctorem suum in ipsis moribus sequitur, & conjungenda separat, separanda conjungit, etiam diversis cum nominibus eandem plantam repetit. Varietates subjecit. Sola nomina.

IDEM in T. I. *Mémoire des Savans étrangers* Refedam Egyptiam habet pro varietate vulgarioris.

§. MCCCXCIII. Galli.

Abrégé des éléments de botanique, ou méthode pour connoître les plantes, Avignon 1749. 8°. Characteres TOURNEFORTIANI. Mireris ignaviam, qui genera nova maluerit pro appendice subicere, quam in suas classes repartiri.

DESMARS *Observations d'histoire naturelle faites aux environs du Beauvais* Mercure de France 1749. Juin, recuse in ALLEON DU LAC *mélanges d'histoire naturelle* Lyon 1765. 12°. De plantis peculiaribus Bellovacensium, aquis mineralibus prope cœnobium S. PAUL, de aere palustri ejus regionis. De terris & mineralibus ex quibus exscaturigines procedunt.

EJUSDEM *Lettres concernant quelques plantes, qui naissent en Picardie*. In *Commemorariis Academia Ambianensis M.S. Biblioth. hist. de la France*.

Franc.

Franc. David HERISSANT *Anacetum ciborum condimentum salubre* Paris 1749.

EJUSDEM HERISSANT & MACQUER de Kautschuk in oleo solubili, in *Mém. de l'Acad. des Scienc.* 1769.

Laurentii FERRET *An in acuta diata ex foliis vegetabilibus* Paris 1749. 4*.

Recueil d'observations curieuses sur les mœurs, &c. & l'histoire naturelle de différents peuples de l'Asie, de l'Afrique & de l'Amérique Paris 1749. 12. 4. Vol. 4*. Fere ex *Lettres édifiantes* excerpta collectio, in qua, absque ullo vero nexu, varia habentur, etiam ad historiam naturalem Chinæ potissimum & Coromandelix, tum Americæ, pertinentia.

§. MCCCCXCIII. *G. Rud. Bahmer.*

Georgius Rudolphus BOEHMER, Professor Wittebergensis, LUDWIGI discipulus, potissimum laborem in plantis impendit. Primum opusculum, penes me, est disputatio *de plantis, de caule bulbifero* Lipsiæ 1749. 4*.*. Eos bulbos non pro vitio, sed pro perpetuo naturæ opere habet, valde gemmæ adfusi, quod infecundi feminis locum teneat, plantamque suam reparat. Inde recenset plantas, quibus ejusmodi sunt bulbi, aut semper, aut aliquando: tum eas, quæ folia pro floribus proferunt.

EJUSDEM *Flora Lipsiæ indigena* Lipsi. 1750. 8*.*. Auxilium GLEDITSCHII laudat, qui characteres & genera Filicum cum eo communicavit, & Graminum ordinem. Plurimas adnotationes utiles interspergit. Cruciatam recte monet, non posse a Gallis removeri: multas stirpes a LINNÆO pro varietatibus habitas, utiliter restituit.

EJUSDEM *Plantæ fasciatæ* Witteberg. 1752. 4*.*. Recte adnotat, petala subinde, calycem perraro, stamina peræque numero ludere. Recenset numerosas plantas fasciatas: in Ornithogalo & Pomis amoris sæpe vidit flores coalescentes. Calycem rarissime numero partium variare.

EJUSDEM *De celluloso vegetabilium contextu* Witteberg. 1753. 4*.*. Nasci paulatim ex humore viscido. Vasa succifera in tenera planta fere ejusmodi textu reperi, in adulta inania esse, neque ullas esse valvulas. Nulla vasa æræ admittit Cl. vir, quæ succifera sint, & quæ inferne inania, superne tamen cellulosa tela plena repererit. Medulla & spongiosa pars corticis fit cellulosa tela, tum qui dicuntur utriculi, denique & succifera vasa eo refert, adeoque folia floresque. In ea tela succum plantarum perfici: ab ea succi varietatem pendere, & motus elasticos, &c.

EJUSDEM *De nectariis florum* Witteberg. 1758. 4*.*. Non debere id nomen dari, nisi veris scrobibus, succum suum dulcem retinentibus; non adeo alias a LINNÆO eo relatas particulas eo nomine recte insigniri. Vera nectaria constantia esse, & ad genera definienda idonea, & succum dulcem ad incrementum plantarum necessarium percolare.

In

In programmate adjecto de *ornamentis* agit, quæ præter *necharia* in floribus reperuntur anno 1758. 4.*. De squama Scrophulariæ, glandulis, elatris, genere *Pellicariæ* constituendo.

EJUSDEM De *Melocastio* anno 1758. 4.* accurate descripto, cum transmutatione ejus in *Cerei* speciem.

EJUSDEM De *chirurgia* *curtorum* in *vegetabilibus* feliciter instituta *varii modis* Witteberg. 1758. 4.*. Laudat institutionem rami oblique truncati, & ad ramum pariter oblique truncatum adaptati. Fibras utriusque connascentis rami non inordinatam induere fabricam contra du HAMEL; & utrumque ramum ita confervere, ut nullum vestigium discriminiis superiit.

EJUSDEM De *virtute loci natalis* in *vegetabilia* Witteberg. 1761. 4.*. Plurimas plantas proprium locum natalem habere, quem novissime perutile sit. Ab eo loco natali multa in statura, etiam in structura plantarum mutari, demum in charactere, inque medicatis viribus.

EJUSDEM *Monita de ferendis vegetabilium seminibus* Witteberg. 1761. 4.*.

EADEM *continuatâ* anno 1761. 4.*. De temporibus ad ferendum opportunis. Nulla vis Lunæ. De terra ad semen recipiendum præparanda: de seminibus terra obtegendis.

EJUSDEM *Planta res varia* Witteberg. 1765. 4.*. De plantis, quæ reuertunt in classem redire. De conjugendis, quæ sexu differunt, reliquis notis convenienti. Nomina analogia in plantis analogis opportuna esse. Sed legere oportet.

IDEM *auctariorum* & *emendationum operâ* BLAKWELLIANI magnam partem elaboravit.

Et anno 1760. 8*. *Definitiones plantarum LUDWIGIANAS* auctas & emendatas edidit.

EJUSDEM De *plantis in cultorum memoriam nominatis* 1770. 4.* docta disp. & plena emendationum LINNEANORUM nominum.

§. MCCCCXCIV. Carl Swedenstierna.

Carl SWEDENSTIERNA *Medel och utvägar til vikets uphiälpande genom Landbrukets stigtiga och obehindrade upodling* Stockholm 1749. 4.*. Succos nimis augere agros, non satis sibi pratorum parare, servari ad agrum meliorem partem fundi. Ut augenda fini penus. Ut fossis ductis, evulsis lapidibus repletis, & terra tectis, effluvio aquæ parato, prata meliora reddantur. Sub autumnum arandum. De selectu sementis; de sulcorum & porcarum ductu, &c.

§. MCCCCXCV. Petrus Strandberg.

Peter STRANDBERG *Anledning til akerbrukets förbättring och snasa uphiälpande efter flera åhr försök och rön* Stockholm 1749. 4.*. Fimum componit, cum terra & calce per tres annos admittit: cum fimum post aratrum fator
(*Bibl. Bor. T. II.*) C c c ex

ex cista dimittit: post finum vero alius agricola semen in fulcum sinit elabi. Amat semen macerare: nonnullos agros emendat aqua detracta, deinde per duos annos inmiscia.

§. MCCCCXCVI. *Sueci aliqui.*

Några försök om skogs planteringen och skogs växta skofsel Stokh. 1749. 4.*
Terram sterilissimam ericetorum tegit ramulis & fronde, quæ postquam computruit, terra nunc arbores ferendas admittit. Sylvæ parcit, dum folia frondesque ei non invidet.

Georgii SUECI (pseudonymi) Colloquium æconomicum eller en uppbyggelig samtäl angående æconomiske stycken Stokholm 1749. 4.*. Varia vitia agriculturæ Sueciæ reprobat. Ex terra subtili in aqua diloluta plantas ali: fales medios ad vegetationem adjuvandam nitro meliores esse. Prata autumnò non depascenda, & tegenda calce. De varietate terræ. Populari omnia sermone.

Underrättelse om jordparens plantering nyttå och bruk 1749. 4.*. Cultura Solani Potatoes iussu collegii commerciorum editus libellus docet.

Algott SCARIN & GRUNDSTRÖM De agricultura Abo 1749. 4.*. Generalia aliqua, & nobilissimæ artis commendatio.

SUEN BRING *De chartis* Lund. 1749. 4.*.

§. MCCCCXCVII. *Belgæ.*

La figure de la terre déterminée par Mrs. BOUGUER & de la CONDAMINE Paris 1749. 4.*. Paucula huc faciunt. Ferula arborefcens, ut navigia ex inde contruantur. Fructus Regni Quitenfis edules. Cortex Peruvianus circa Tarqui nascens. Germanicæ recudi feci in collectione itinerum Gottingenfi.

Pharmacies moderne Paris 1749. 12*. Ut optime vires medicatas de plantis educantur. De gummi guttæ. Ex omni planta gummi educi posse. Fieri ex mucò plantarum cum oleo æthereo gummi resinam: de manna, saccharo, melle. Resina ex oleo terebinthinæ cum oleo vitrioli nata. De Myrrha, Aloe, eorum præparatis.

§. MCCCCXCVIII. *Peter Schisler.*

Peter SCHISLER Hälfinga hwbålning Stokholm 1749. 8.*. Patriæ suæ agriculturam describit. Panem edunt cortice Pini mistum. Hordeum colunt, & Linum, hoc potissimum, quo alimenta quærun.

EJUSDEM Beskrifning öfwer Jerfso sokn i Helsingoland 1754. 8*. Habet etiam agriculturam.

In anno 1750. *Swensk. Wetensk. Acad. Handl.* egit de tela ex Lupulo paranda.

EJUSDEM Currus ad exterenda frumenta, qui decem hominum laborem compensat *K. Swensk. Wetensk. Handlingar* 1761. n. 3.

§. MCCCCXCIX.

§. MCCCXCIX. *Egnerhard Olavii.*

*Egnerhardi OLAVII Enarrationes historicae de natura & constitutione Islandiae Hafniæ 1749. 8°.** Ericeta, quibus fruticibus consistit. Torfeta. Islandi suis se curant plautis, &c. Pars major opusculi pertinet ad res, foissiles. Plantas tamen etiam collegerat, & in Europam miserat.

§. MD. *Carolus Hårleman.*

*Caroli HÅRLEMAN Dagbok öfver en ifrån Stokholm igenom afskilliga rickers Landskaper gjord resa Stokholm 1749. 8°.** In Scaniam, Gothiam, & secundum Albim Gothicam. Passim naturæ dotes recenset, utque meliores in usus vertantur, dat consilia. Arborea malis aptas non nasci, nisi media in densissima sylva.

Alterum ejus iter anno 1751. 8°. prodiit. Fossas per prata ductas lapidibusque impletas laudat. De malo, quod Quercus a coriuris cerdonibus patiuntur. Utilitas fativi Rapi. Ad ferendas & plantandas arborea edules exhortatio. Plura alio loco laudabimus.

§. MDI. *Angli aliqui.*

The compleat Florist London 1749. 8°. cum centum tabulis æneis, in usum pictorum.

Tabago London 1749. 8°. cum historia naturali hujus insulæ.

JOHN BARROW Medical dictionary or an explication of all the terms used in Physick, Anatomy, Surgery, Chymistry, Pharmacy, Botany London 1749. 8°.

A method of tanning without Bark Dublin 1749. Potentillam ad coria optimum esse.

§. MDII. *Itali aliqui.*

Memorie storiche sopra l'uso della Cioccolata in tempo di digiuno Lucca 1749. 8°.

*CRISITEO STILITA Ristessione sopra alcuni sonniferi &c. Milan. 1749. 8°.**

JOHANNES de YSASI Y JASMUNDI De natura & proprietatibus corticis Simarubæ Madrid 1749. in Catalogo de los atos literarios de la Academia Medica.

§. MDIII. *B. Pauli.*

*Björno PAULI Specimen observationum, quæ circa plantarum quarundam marinarum maris Islandici, & speciatim Algæ saccharifera dictæ, originem, partes & usus collegit Hafniæ 1749. 4°.** Novem Fuci species describit, partim pecori servientes alendo, partim foco. Describit autem potissimum Algam sacchariferam, quæ pressa, siccata, loco clauso tibi permixta, per hiemem, Saccharum sudæ, durable & utile. Ignem etiam subjecit, salem reperit liviosum.

§. MDIV. F. L. Norden.

F. L. NORDEN *Voyage d'Egypte & de Nubie* Coppenhague 1749. vel 1750. prodiit, & 1755. Regio jussu viri Cl. Egyptum adiit, multa passus in urbe Der, quæ jam est Nubize. Arbores etiam aliquas inter dona nature depingit, Cassiam fistulam & arborem Oschar flore pentapetalo, fructu ovali, umbilico adtracto, folio ovato. In editione Anglica anni 1757. 8°. forma edita hæc tabulæ defunt. Gallice vertit M. de PARTHENAI 1750.

§. MDV. Israel Reinius.

Israel REINIUS *Anmärkingar samlade under en Resa til China* Abo 1749. 4°.*. De insula Bourbon, ejus fructibus, & primario de Saccharo. De Chinenlium diligentissima agri cultura, &c.

§. MDVI. T. Tiburtius.

TIBURTIUS TIBURTIUS in *K. Svenska Wetensk. Acad. Handl.* 1749. *Trim.* I. & anno 1750. *Trim.* 3. descripsit Hordeum Himinelskorn, ejusque cultum.

EJUSDEM De destruenda Avena sylvestri anno 1750. *Trim.* 4.

EJUSDEM *Om Ostergötlands förmoner och olagenheter* Stockholm 1761. 8°.*. Carpit nimis præmaturum fenilecium, ante feminum maturationem. Detriori etiam consilio terra pratorum agrum fecundant, ut prata pereant. De variis nature dotibus.

EJUSDEM *Descriptio aconomica regionis Wreta Closter* in *K. wet. handl.* 1755.

EJUSDEM *Anmärkingar wid hucköninge i Ostergötland* ib. anno 1756. 8°.* Aliqua ad agriculturam, pleraque ad fossilia.

EJUSDEM in *Handlingar* 1766. 4°. Thlaspi siliquis latis cimices fugare.

§. MDVII. K. Sw. Wet. Acad. Handl.

Theodori ANCARCRONA etiam in *K. Sw. Wet. Handling.* 1749. *Trim.* n. I. De Berberide, ejusque usu medico & aconomico.

Anno 1750. n. I. De Asparagi cultu.

Bernardi Joachin. BOHNSACH n. 3. De seminario glandium, & modo ferendarum Quercuum. Glandes autumnno terræ mandat; primo anno teneras arbusculas putat; in plantarium transponit; tum demum in fylvam, quando quintam vel sextam ulnam æquant, detruncatis plerisque ramis.

Jacobi SIBSTFEN De eradicanda Avena erratica, per Secale, quod intra aliquot annos hanc Avenam extinguit; vel etiam, verno tempore, fosso agro, fatoque Hordeo.

J. Lau-

J. Laurentii HUSS Experimenta capta in ferenda Nicotiana Turcica, & Fagopyro Siberico, quod utiliter succrevit.

Danieli THUNBERG Seminaria ibid. n. 4.

§. MDVIII. *Mém. de l'Acad. des Sciences.*

In *Hist. de l'Acad. des Sciences* anni 1749. ex itinere Italico A. NOLLET refert de Cannabe fruticosa Italica. De integra spoliatione Mororum in Hetruria, quæ absque moxa fit: de acervis fœni compactissimis in Pedemontio; de Myrtili usu ad opera cœriaria.

§. MDIX. *Seleſta phyſico œconomica.*

Seleſta phyſico œconomica, diarium utile, Stuttgartiæ 1749. cepit edi. Primus tamen Tomus anno demum 1752. abſolutus eſt, dirigente, ni fallor, viro ILL. *J. Alberto* GESNER. In eo Tomo de ceſpite agitur bituminoso, circa radicales ſphagni mollis formato, accedente bitumine. Ut arbores ſylvaticæ ferantur, plantentur. Commendatur inſtitio vitium. De enormi vite 3000. racemorum ſeraci. De cultu Avenæ, & Onobrychidis. De Mori ſatione. De Rubiæ cura. De utiligatiſe, calce avertenda, quæ cum ſemente miſcetur. Cultus Luteolæ & Carthami. Salicis utilitas ad continenda valla, &c. Ex foliis Aurantium plantas convaleſcere confirmatur. Lapathi vulgaris viſ tinctoria.

§. MDX. *Petrus Homann de Hohenthal.*

Petrus HOMANN, Baro de HOHENTHAL, anno 1749. cepit Lipſiæ edere *Ōrœnomiſche Nachrichten*, quarum quotannis Tomus unus prodit. Pene totum Diarium ad agriculturam pertinet. *KRETSCHMARI* ænigma non aliud eſſe præter profundiores fulcos. De Medica fativa: de pratis & paſcuis: de ferendis ſylvis: de præſtantia ſationis profundæ, aut in ſuperficiem datæ. De mundatione ſati feminis. *Cl. ORTHIUS* in conſilia *NEUMANNI*. Contra *BUFFONII* cultum Quercuum, ut noxium, & quem proprius auctoris eventus improbaverit. Contra nimis late patentia *KRETSCHMARI* placita: poſſe terram inferiorem etiam ſterilem eſſe. Dubia contra Onobrychidis utilitatem. De frumento Walachico ſpica ramoſa. De ſimo vario: de ſabuloſi agri vana ſpe. Aliqua *ORTHII*, & ejus ſeminator. De Alparagi cultu. *ORTHIUS* deſcribit Cerealium ſtorem. Arbores ſolitarie ad ſylvam reparandam deſtinatæ defenduntur. Lixivium ad macerationem ſeminis commendatur.

IDEM poſt hoc Diarium abſolutum anno 1763. *Neue œkonomiſche Nachrichten* cepit edere, quorum pars 44. Lipſiæ 1768. prodierat. Prior collectio anno 1763. cum 150. numero finem fecerat.

IDEM ILL. HOMANNUS cum anno 1751. cepit edere novum Diarium, *Oeconomisch-physicalische Abhandlungen*, quo integrè differtationes continentur, potissimum etiam ad agriculturam & economiam publicam facientes. Præter libellos MOELLERI alibi dictos, hic habet descriptionem Tribuli aquatici.

In *Oeconomisch-physicalische Abhandlungen* T. II. eodem anno 1751. edito multa sunt *Georgii Augusti HOFMANNI* de plantarum degeneratione, seu reditu in statum naturalem: nam degenerationem Cerealis in aliud Cereale rectè rejicit. De vegetatione & anima plantarum. Contra evolutionem, secundum quam femina olim, ut numerosioribus germinibus fota, oporteret fuisse majora.

In prioris *Diarii, Oeconomische Nachrichten* tomo II. multa utiliter moventur, de frumento luxuriante, de cultu Asparagi; de Medica & Onobrychide, non satis distinctis. HERZONIUS pro fulcis profundis; Thlaspi filiquis latis ad fugandos curculiones utilis. Contra KRETSCHMARI consilia. Cultus & laus Onobrychidis.

In *Oeconomische Nachrichten* T. III. Lipsiæ 1751. 8°. libellus est NEUMANNI *von der wilden Erde*, qui contra HERZONIUM terram inferiorem habet pro sterili, hinc profundam arationem rejicit. REICHARDUS vitium Braicæ non permiserit (Schalke) in malo semine & terra frigida ponit. Cerealium morbum, quem nescio cui malo genio Pillenschnitter tribuunt, invenit ab insecto oriri. Laudatur Gramen Maris.

Oeconomisch-physicalische Nachrichten T. IV. anno 1752. 8°. Laudes Medicæ sativæ: Trifolium sativum rejicitur, quod inconstans sit, & ventriculura insect. Aliqua de utilitate profundorum sulcorum: Successus non respondit. Contra pratorum utilitatem, ignari hominis. Opera rustica Thuringiaca. Curculionem non asserit femini vim germinandi. Iter Oeconomi per Hanoveranas & Brandenburgicas regiones.

In *Oeconomisch-physicalische Abhandlungen* T. III. Primus & bonus libellus agit de Lupulo, ejusque cultu: singulari folio dimidium germen adponitur, oppositis bina. Deinde hic & T. IV. longus labor D. HOEMAN de fermentatione incipit, quam cum putredine conjungit. In T. IV. qui & ipse est hujus anni & ejusdem auctoris, de aratro ejusque fabrica: tum de Aquifolio tractatus anonymi.

Diarii Oeconomische Abhandlungen hoc etiam anno 1753. prodit Tomus V. & VI. Aliqua huc faciunt MOELLERI.

In *Oeconomische Nachrichten* T. V. Lipsiæ 1753. 8°. De agricultura Danica. De Gramine Maris. Adnotationes economicæ ex itinere Saxonico. DOEBELII in SYLVANDRI sylviculturam adnotationes, & EJUSD. de Fraxino l. Iterum de Thlaspi filiquis latis. De modo demetendi frumenta. De variis cerealibus,

libus, de primis incrementis Triticæ, Secalis, Avenæ, & Hordci. Num Hordeum hexaltichum fructuosius sit disticho. LEOPOLDI de coquenda Cerevilia: de excutiendo grano. De Aratri fabrica. De artibus TULLIANIS. De fronde tamquam pabulo, fatura. De semente Lini. De utilagine. De Gramine cyperode noxio Segger. De agricultura Lufatica varia.

In *Oeconomische Nachrichten* 1754. T. VI. M. ORTH De herbis noxiis, quarum nomina vix adgnoscat. De aratri Saxonici. De cultu Lupuli, De Gramine Mariæ, quod videtur Spergula esse. De Brassica, & de Solano tuberoso pro pecore colendo.

In *Oeconomische Nachrichten* T. VII. 1755. Anonymus insectum describit, quod Hordeum strumofum reddit. Alius laudavit Thlaspi siliquis latis ad fangandos curculiones.

Oeconomische Abhandlungen T. VIII. de folis Cochleis agit & de apibus.

Tomus IX. videtur alterius esse saporis. Aliqua de Indigo, de quinque ejus speciebus, de ejus fabrica.

In *Oeconomisch-physicalische Nachrichten* Tomo VIII. anno 1756. edito, præter DOEBELII aliqua, anonymus de viticultura ad Rhenum recepta agit. Alterius anonymi varia de plantis noxiis, quas ex prato oporteret eliminare. Earum aliquas non dignoscas. Quæ cimices occidit est Thlaspi siliquis latis.

In *Oeconomisch-physicalische Abhandlungen* T. IX. Lips. 1756. De Sophora & Indico vario, & ejus præparatione. Aquam calcis Anglico sine adhibet.

In T. X. Varia aliunde petita. Contra esum Cucumerum viridium.

Diarii *Oeconomisch-physicalische Abhandlungen* T. XI. aliqua habet de dealbando Lino & linteo ope terræ pinguis, Cl. ut puto, NEURNHANN.

T. XII. Utiliginem non oriri a male maturis granis; lixivii nullam esse adversus hoc malum utilitatem. Anonymus de herbis noxiis: quem video frutices cum herbis miscere, carduum fativum cum spontaneis, Mandragoram, Ricinum, Sumach a Germania alienissimas plantas pro indigenis habere.

Ackerbau-Schule ex Gallico M. de MONTAUDOUIN versa a P. HOMANNO Lips. 1759. 8°. Laudes agriculturæ. Consilium instituendarum Scholarum, in quibus artium utilissima doceatur, & quæ variato cultu experimenta faciant, qui labor sit questuosior.

Reliqui octo Tomi *der Oeconomisch-physicalischen Abhandlungen*, ad tomum usque XX. anno 1763. excusum, fere toti constant dissertationibus undique mutuo sumtis ex Moguntinis, ex Anglicis mentris libellis, ex du Hamel. HOME de dealbandis telis lineis. EJUSDEM de principis agriculturæ. MONTI de toxicodendro & ligno fossili. HILL de floribus duplicatis. SAM. PULLEYN de bombyce. DECOMBE de Persicis, REDI experimenta circa res naturales. DODART

DODART de clavo Secalino. HILLII aliqua. Ex actis Batavicus aliqua. Ex Bononiensibus MONTII. J. SCHMIDT de Soda. ELLERI aliqua. SIEGFRIED de calcis vario usu in vita humana, cum auctario NEUENHAHNII. WEISSENBORN de aquis per prata ducendis. Propria tamen sunt aliqua, ut NEUENHAHN de Indico ex Ifatide sua arte parato, qui color cæruleorum sit optimus, & judicium in MACQUERIIUM. EJUSD. de cæruleo colore, ex sale, communi simili, sed cum excrementis & lotio putrefactis parato. De calce stanni ad colorem scarlatinum necessaria. Arborea foco alendo destinata, debere æstute cædi. De fructibus falsis. Laudes Sambuci ad focum alendum. Anonymi de Arbuto.

§. MDXI. *Griffith Hughes.*

Griffith HUGHES V. D. M. *Natural history of Barbados* London 1750. fol.* Tabulas plantarum rariorum ab EHRETIO delineatas habet, & toti libri V. de plantis hujus insulæ agunt, inter quas arbores numero reliquas vincunt. Nomina cæterum popularia, absque synonymis, & descriptiones, non quales botanici requirunt. Vires tamen medicas & venenatas indicat. Hic Palmæ, Ricinoides, Mançanilla, Malpighia, Papaja, Agave. Cerealia ejus regionis: Colocasia; Agnus Scythicus, vera planta, lanugine obducta. Hic, ut expectes, Arundo saccharifera, & Sacchari coquendi artes; denique plantæ marinæ.

§. MDXII. *G. Wolff. Knorre.*

Artifex sculpendarum tabularum *Georg. Wolfgang. KNORRE* cepit hoc anno edere, *Regnum Flora, oder das Reich der Blumen* Noriberg. 1750. fol. 200. tabb. nempe florum.

EJUSDEM *Amerlesens Natualien-Cabinet, welches am den drey Reichen der Natur zeigt, was gesammelt zu werden verdient* Nürnberg 1754. fol. & porro latine *Delicia natuæ selectiones in regno animali, vegetabili & minerali.*

EJUSDEM *Thesurum rei herbaria hortensis universalis exhibens, figuræ florum herbarum fructuan &c. oder allgemeines Kräuter- Frucht- und Gartenbuch* Nürnberg 1751. tabb. 174.

§. MDXIII. *Angli Varii.*

A dissertation containing the origine and antiquity of Barley wine Oxon. 1750. 4°. Parvi momenti.

Robert HEATH Natural history of the Islands of Sicily London 1750. 8°.*. Habet etiam plantas sponte nascentes.

Phar-

Pharmacopœa domestica præcipue in usum eorum, qui rure vel in provinciâ transmarinâ artem medicam exercent London 1750. 8°.

William SMITH Voyage to Guinea describing the soils climate agriculture animals minerals &c. London 1750. 8°. Gallice Paris 1751. 12°. 2.Vol.*. Anglicam editionem non vidi. Auctor a Societate Regia Africana anno 1726. missus Anglorum colonias & castella invisit. Plantas nobiliores passim indigittat, & Ananassæ figuram dat, cum nomine *Pomme de Pin*, quod noluit exteri discere, esse metaphoram.

In *Geatl. Magaz.* Febr. 1750. aliqua reperies ad historiam naturalem novæ Scotiæ, etiam icones plantarum.

§. MDXIV. *Suite de Geoffroi.*

LOUIS DANIEL d'ARNAULD de la NOBLEVILLE Suite de la matiere medicale de M. GEOFFROI Paris anno 1750. 12°. 3.Vol.*. Absolvit historiam plantarum indigenarum, de Meliloto ad finem. Omitit analysis chemicas, quas putat inutiles esse, dat autem descriptionem, vires medicatas, formulas, ut in medicinam adhibeantur. Vires sæpe paradoxæ, ut narcotica vis in Phytolacca: aut omnino populares laudes nulloque nixæ experimento, ut in Pœonia. Nomina aliquando inuitata, ut Pellibosia pro Lymmachia lutea.

EJUSDEM & D. SALERNE Description abrégée des plantes usuelles employées dans le Manuel des Dames de la Charité Paris 1767. 12°.

§. MDXV. *Sign. Valent. Popowitsch.*

J. Siziannid. Valentin POPOWITSCH Untersuchung vom Meere Nürnberg 1750. 4°. Præter physica & geographica, quibus hoc opus potissimum destinatur, aliqua intercurrit ad rem herbariam facientia, ut cultus vitium in fabulo maritimo, ubi aqua falsa radices lambit, quem in Apulia vidit. De systemate LINNÆANO, quod auctori displicet, ob minutæ particulas, quibus nititur, ob exornata nomina recepta, ob species pro varietatibus habitas, ob genera confusinata. Ita noster Agarica ab Amanitis separat. In Fungis multam operam posuit, eosque peculiari arte siccavit. CLUSIANOS corrigit.

IDEM De Phallii opus incooperat parare, cujus aliquas tabulas vidi.

§. MDXVI. *R. Russel.*

Richardus RUSSEL De tabe glandulari, seu de usu aquæ marinæ & morbi glandularum dissertatio Oxon. Theatr. Sheldon. 1750. 8°. Occasione utilitatis, quam aqua marina ad curandas scrophulas per experimenta evictam possidet, etiam ejus meminit, quam præstat Quercus marina (Fuci genus) in glandulis induratis. Hanc ergo Quercum describit & depictam dat, & analysim addit succi, quem continet, mucosi, acris, saponacei, cutem stimulantis: quem ipsum mense Julio ruptæ sponte vesiculæ fundunt. Calefactus syrumpum Violarum viridi colore tingit. Quando aqua exhalavit, sapo acris superest. Ulcus sub dio abit
(*Bibl. Bor. T. II.*) D d d in

in æthiopem falfum, ad folvendas glandularum obftrudiones utilem. Digestus menfe Julio cum aqua marina liquor veficularum melleus fit, qui adfrictas fcorpfulas tollit. VITALIANI flores funt coni truncati, cavi. Mafculi quidem fila funt innumerabilia, quæ ex bafi conierumpunt. Admitta funt maribus corpufcula rotunda fubvifcofa. Feminis flores fimiles, fed adnexi fructui rotundo, pleno feminibus. Aliquot etiam alias Fuci & Corallii fpecies depingit, & librum fuum ipfe in Anglicam linguam convertit.

§. MDXVII. *J. Georg Leopold.*

J. Georgii LEOPOLD (villæ Comitum PROMNIZENSIS præfecti) *Nützliche und auf Erfahrung gegründete Einleitung zu der Landwirthſchaft* Sorau 1750. 4.* Berlin 1759. 4.* 5. Vol. Magnum opus, quo totus ambitus rei rutiicæ continetur, eo fine, ut quam maximum ex quoque genere fructuum agri lucrum obtineatur. Totum opus periti, experti, ſincerique viri, abque fabulis & inani theoria. Torfacea docet in agrum convertere, qui per multos annos æltivo Secali conferatur. Triticum longis ariftis cervis opponit. De herbis noxiis & inutilibus, quas tamen familiaribus tantum nominibus designat, ut non intelligas, quas velit. De difcrimine Lolii a Secali, a Tritico; negat autem has fpecies commutari. In Fagopyro flores albos præfert rubentibus. De arboribus, quas paſſim vix adgnofcimus, Oelbaum videtur eſſe Cerafus racemofa, Kalliukenbeer Opulus; nullum autem ſynonymon additum eſt.

IDEM in *Oeconomifche Nachrichten* T. V. egit de femine Cercalium.

Et T. IX. De fylvarum fatione.

§. MDXVIII. *Dav. Sig. Aug. Buttner.*

David Sigismund. Aug. BUTTNER *Enumeratio methodica plantarum, carmine J. Chriftiani CUNO recenfarum* Amſterdam 1750. 8.*. Plantas aliquas rariores carmine defcripſiſſe CUNONEM diximus. Eas plantas ſucceſſor noſter nominibus botanicis, designat aliquas accuratius. CUNONIAE genus conſtituit, Antholyzæ adfine & Gladiolo, flore monopetalo, parte ſuperiori, inferiori, & duabus lateralibus, nectario in carina, ſtaminibus tribus, tuba trifida, fructu triloculari, femine alato. Addidit Tuliferæ characterem verum, calycem triphyllum, petala ſex, ſtamina 24. in ſquamarum apice ſtigma parvum globofum, inque ſquamæ ſinu unum ſemen, etiam duo. In Geraniis Africanis nectarium detexit in pedunculo. In RUDBEKIA LINNÆUM cortexit, & eam ſeparat, quæ folio eſt ſimplici, ab altera, cui trifidus.

§. MDXIX. *J. Auguſt Grotian.*

J. Auguſti GROTIAN, Cauſidici, *Physicaliſche Winterbeluſtigungen* Nordhauſen 1750. 8.*, & uctius 1751. 8.*. De floribus fermo eſt vernis & hibernis, Hyacinthis, Narciffis, Tulipis, Caryophyllis, & Leucojis. Primum accurate
de

de floribus in aqua virentibus. Inde de Caryophyllorum cultu uberrime. Semen spargere oportet, quod parce equidem ex iis obtinetur, quibus flores jam pleni sunt, ii vero foli plenos flores reddunt. In terra libera feliciter hibernant. Ablaetati rami minus fanas dant stirpes. Fufe de Leucojis albis & purpureis. Semina informia facilius plenos dare flores. Meliores stirpes ex semine obtinentur. Terram omnino alimentum plantarum subire contra WOODWARDUM.

Posterior editio tura passim interpersa habet auctaria, tum appendicem, in qua de nonnullis potissimum oleribus agitur. Practicus vir & expertus.

EJUSDEM *Abhandlung von dem Bau der Leucojen, Nelken und Aurikeln* Nordhausen 1758. 8.*. Iterum de Leucojis incanis, & de Keiri. Seminatas has plantas vix alios a matre colores producere: varias ex aliqua terræ non fatis nota conditione nasci. Semiplena Leucoja semen dare, non plena. Nulam artem novit, plenorum florum producendorum. In ipso germine plenos flores adgnoscat. Inter Keiri flore pleno aliqua tamen stirpes dant femina. De Tunicis ut prius: etiam hic femina coloris materni tenax est. Cæruleus versus color nondum notus est. Inde de Auriculis & Kosis præcocius.

EJUSDEM *Ergötzende Sommerbelustigungen* Nordhausen T. I. anno 1759. 8.* T. II. anno 1764. 8.*. De plantis hortensibus & coronariis annuis, & potissimum de Leucojis ætivis. Nomina passim malles emendata, neque Sonchum ferere. Finis est in operum menstruorum catalogo.

In T. II. Plantæ peregrinæ secundum ordinem alphabæti. Et Punicam & Grandadillam aerem liberum ferre, terramque: a frigore Anemones plenas redire in simplices. In nonnibus passim peccatur, & plantæ alienæ admiscuntur.

EJUSDEM *Guldene Kuchl Brandtwein zu brennen* Halberstatt 1761. 8*.

EJUSDEM *Calendarium perpetuum, oder immerwährender Land- und Garten-Calendar, von nützlichen Gebrauche bey dem Ackerbau, wie auch dem Blumen-Orangerie- Kuchen- und Bauergarten* Gotha 1765. 8*. & porto, quotannis.

§. MDXX. J. Maria Schiera, & Itali.

J. Maria SCHIERA *Dissertationes duas, quarum altera de plantarum sexu, fecundatione, systemate sexuali & multiplicatione: altera de naturali & constante plantarum adfectione ad perpendicularum* Mediolani 1750. 8.*. Duplicem sexum etiam suis experimentis & reflectis filamentis confirmat. Radicum longitudinem facere ramorum crassitiem, &c.

Antidotarium Bononiense a Collegio medicorum novissime restitutum Bonon. 1750. 4*. Galenica & chemica, etiam nova quedam.

J. Antonio GANIDO l. *de agricultura inque se trata de modo e tempo de cultivar as terras de Pao, Vinho, Açuca* Lisboa 1750. 4*.

D d d 2

§. MDXXI.

§. MDXXI. *Belge.*

Pharmacopœa Leidensis Magistratum auctoritate inflaturata ed. III. Leidæ 1750. 8°. Medicamenta simplicia pauca, ut & Cassuminiar desit. & oleum Cajeput.

HENDRIK ten BRINK *Kort voorstel hoe een trekkes te maaken* Haarlem 1750.

§. MDXXII. *J. R. S. Strange.*

J. R. S. (STRANGE) *Om nåslors plantering och Bärning* Stokholm 1750. 4°. *
Urticam vulgarem minorem, ut intelligo, pro pecore & armentis hie-
me alendis feri posse & plantari, fufe & utiliter; & feri quidem, absque alio
labore, nisi quod terræ aliquantum eo loco oporteat spargere. Ter quot annis
fecari posse, & salubre pabulum esse.

EJUSDEM *Rön i Landthmhållningen after bepröfwad erfarenhet utgifne, såsom
af afbetråns lätta plantering och nytta til föder, at af all slags lera få god gödsel;
huru jordartes gödhet kan utvönas; huru gödslen gör bästa nytta; och at få gods
lin ärtar och rosvor* 4°.

EJUSDEM *Tilförlätelig beskrifning om brämatorf* Stokholm 1752. 4°. *.
Tres species facit horum cespitum, terreos, gramineos & radicatos, & solidos
absque radiculis. Optime in perlatæi ædificio siccatur. Non probat agros
cespite fecundari. Ut in carbonem convertatur.

EJUS *Grunder til gödslen förökande och förnyande, samt bästa utfördrings
sätt för boskaps Creator, jemte en machin til Rågbalmeis, len och mink gorande*
Stokholm 1752. 4°.

EJUSDEM *Berättelse om akerbrukets atskilnad almogen och böndera emel-
lan, i Westmanland och Akerbo härad* Stokholm anno 1755. 8°. * absque
auctoris nomine. Terram levem, quæ fertilitatem a fimo acceptam cito amit-
tit, distinguit a forti, quæ eam diu retinet. Illam neque præcociter arari debere,
neque profunde: sed semen frequenter mutari. Secale mistum Hordeo laudat,
solum enim Secale nimis obnoxium esse frigoris injuriis. Fimum terra miscen-
dum esse, & adhibendum autumno, &c.

EJUSDEM *Några nya bepröfvande sätt at nyttja bruka och tillika förnere
sin skog* 4°. de sylvarum cura.

§. MDXXIII. *Sueci aliqui.*

ANNUS non expressus est in his libris, sed circa hæc tempora prodidisse pu-
tes, quibus Suecorum ardor in rem œconomicam maxime emicuit.

Beskrifning om potaiske studeriet 4°. ex MERRETO.

J. L.

J. L. KAMMEKER'S Trägardsman wälmende tankar om hemmars klyfwande och Jamnanflärende nti stora gårdar samt om förekommande af misväxten eller brist pa sid uti de norra Landsörter &c. 4°.

Walmeste förefällning om landbruk. 4°.

Et Pämunkelje wid denne förefällning. 4°.

En litet hushålls magazin . . . samt aker ängs och trögards växten befordran. 8°.

Naturlige Oeconomie och hushålls reglor. 8°.

A. DUHRES Oeconomiske tankar om swerigas bögfsta wälstand. 4°. Si huc facit.

ELIAS ASPELIN'S Flora aconomica eller hushålls nyttan af de i swerige wilde växande örter. 8°.

§. MDXXIV. G. E. de Haller.

Gottlieb Emanuel de HALLER, filii mei, Conf. Bellico a secretis primario, *Epistola de LINNÆI fundamentis botanicis* Gotting. 1750. 4°.*. Condonandum aliquid auctori quindecim annorum. Nomina aliqua carpit, contra proprias AUCTORIS leges, aut ex duabus uocibus composita, aut ex duabus linguis, aut aliis nominibus nimis similia.

EJUSDEM *Epistola ad ZIMMERMANNUM*, in qua dubia ex LINNÆI fundamentis botanicis hausta tradere pergit. Neque convenire uiribus, quæ caractere conveniunt, neque plantas polytemones omnes venenatas esse. Nectarii uocem objicit nimis uago sensu a LINNÆO sumi. Differre a Polygonato Unifolium.

EJUSDEM *Epistola ad WALSDORFIUM* ibid. anno 1752. 4°. Iterum vires plantarum non constanter cum caractere aut consentire-aut dissentire.

EJUSDEM *Epistola ad LEONHARDUM*, Dubiorum contra Sect. VII. fundamentorum botanicorum manipulus I. Prætere saepe rejecta a LINNÆO nomina iis, quæ substituit, ut Silenæ Viscaginem. Sed neque proprias leges Virum Cl.*observare.

EJUSDEM *Epistola ad SPROEGELIUM* ibid. 1753. 4°. Continuat objectiones suas contra LINNÆANA plantarum nomina.

§. MDXXV. Germani Varii.

Henrici Ottonis BOSSEK De antheris florum Lipf. 1750. 4°.*. Bona disputatio. Ex magna plantarum uarietate collegit antherarum figuram, naturam, situm. Fecundationem fieri obstructis uasis tubæ exhalantibus, ut succus reurgitet.

Sammlung kleiner Ausführungen aus unterschiedlichen Wissenschaften Hannover 1750 - 1754.

Phil. Ant. SCHNORBUSCH De potentia Erford. 1750. 4°.

J. DEGGELER Materia medicamentorum Herborn 1750. 8°.

Daniel BARING Von dem zu Hannover erfundenen Bier, Breyhan genant, mit Zusätzen, Hannover 1750. 4°.

G. C. KREYSIG De venatione aucupio sylvæ &c. Altenburg 1750. 8°.

Gedanken über die Rosen und Nelken, deren Namen die Weiden tragen 1750. 4°.

J. Christ. STOK De cerevisia salubritate suspensa Jen. 1750. 4°.

Christoph HERING's Oeconomischer Wegweiser und beglückter Pächter, vermehrt von H. v. F. P. Jena 1750. 8°.

Stipium varianum icones ligno excisa quarum proplasmata asservantur in Typogr. Fleischmanniano Noriberg. 1750. fol. TREW.

J. Ant. Joseph. SCRINCI De legitimo usu & abusu corticis Peruvianii in febribus intermittentibus & aliis morbu & nova ejusdem preparatione Prag. 1750. 4°.

Gottlob Carl SPRINGSFELD epist. crit. super loco Suetonii a D. W. TRILLER tentato Lips. 1750. 4°. de arundinis viribus medicis. Eas cum aceto tufas laudatas esse a Dioscoride ad membrorum dolores. Pro ferulis non esse adhibitas.*

EJUSDEM Defensio superior per D. W. L. H. TRILLER extorta qua recepta lectio loci ejusdem demo vindicatur &c. Hall. 1752. 4°.. Non bacillorum loco AUGUSTUM arundinibus usum, sed medicamenti.*

In Mém. de l'Acad. des Sciences de Berlin anno 1752. Tom. VIII. describit IDEM Tremellam thermalem, gelatinosam, reticulatam, substantia vesiculosa.

In J. H. H. Korte Beschreibung über des Schiffes Cronprinz Christian glücklich gethane Reise nach China Copenhagen 1750. 8°.. Paucula quaedam de plantis, quas in itinere vidit.*

Amerlesene Sammlung von allerley vermischten Schriften und Versuchen aus der Naturlehre, Arzneiwissenschaft, Handwerkskunst &c. Augspurg 1750. 4°. 6.Vol.

Sendschreiben an Hrn. Cunnerrath KRETSCHMAR, betreffend die Kunst, ein dürres Sandfeld zu fruchtbarom Acker mit geringen Kosten zu machen Berlin 1750. 4°.. Fertilis redditur ager fatis rapis, & una cum terra aratro subactis.*

Andrea RIDIGER De veritate virtutis medicamentorum Lipsiæ 1750. 4°.. Specifica remedia nulla dari. Tafaxacum ad morbos per lotium repurgandos utile esse. Corticem Peruvianum ad nervorum debilitatem valere. Rheum renibus conferre, non hepati. Alia de viribus plantarum definiendis.*

Auswei-

Anweisung zum Tobackbau — vom Pflanzen der Erdapfel und Gwoidbirnen, und von dem Futterkraut Luzerne Wien 1750. 8°.

Vollständiges oeconomicches und physicalisches Lexicon, aus CHOMEL und andern Nachrichten zusammengezogen Leipzig 1750. ad 1759. fol. 8. Vol. Laudat tamen cultum arborum WOLLNERUS, non ita reliqui.

Arzneykunst und Wunderbuch, darinn allerley wunderbare Krieffstücke begriffen Hamburg 1750. 8°. & alius ejus tituli l. Frankf. und Leipzig 1751. 8°.

J. Jacob BURKARD *De radice Seneckæ* Argentor. 1750. 4°.*. Habet ejus radicis analysin, extractum gummosum uberius, & resinofum parcius. Vim in parte gummosa ponit. Igne etiam subiecto eam radicem exploravit.

§. MDXXVI. C. C. Reichel.

Christophorum Carolus REICHEL De vegetabilibus petresactis Witteberg. 1750. 4°.

EJUSDEM *De Tabaco* Lipf. 1750. 4°.*. Cultum plantæ describit. De herbæ utilitate & noxa, etiam insuli, decocti, emplastri.

EJUSDEM *De vasis plantarum spiritalibus* Lipf. 1758. 4°.*. GREWIUM propius ad verum accessisse. Succum coloratum in hæc vasa utique surberi. Fieri ea convoluto in spiram filo, eaque fila per alias fibras conjungi. In tota planta reperiri, in petalis etiam, antheris, tubis, fructu. Reliqua planta, & potissimum medulla non tingitur. Succum vehere alentem, non acrem. Nitidæ icones adjectæ.

§. MDXXVII. Itali aliqui.

Observations de FRANÇOIS GRISELINI sur la Scolopendre marine luisante & la Baillovciana, Venise 1750. 8°.*. Planta marina plumæ similis, in qua fructus ampullacei, & alii flocculi articulati.

EJUSDEM *Nuova maniera di seminare e coltivare il formento* Firenz. 1764. 4°. Venez. 1765. 4°.*. Collectio opusculorum, & literarum, in quibus partim Tullianus, & Duhamelianus agri colendi modus recensetur, partim testimonia producuntur boni successus. Est inter istos messis $1\frac{1}{2}$ pla, pene septemdecupla. Objiciunt tamen Florentini, in lapidosa & argillosa terra vix succedere. BARTHOLOMÆI MESNY diss. in conventu Georgophilorum prælecta una prædiit: & PETRI HARDUINI de cultu mori consilia.

§. MDXXVIII. Galli Varii.

*. *Mémoires littéraires sur differents sujets de physique, de mathématique, de Chymie, de médecine &c. traduits de l'Anglois par MARC. ANTOINE EIDOUS* Paris

Paris 1750. 8^o*. *Dissertationes sunt 21. ex borealibus fontibus, & potissimum Germanicis descriptæ. Alique sunt botanici generis: ut J. L. FRISCHII experimentum arboris morbidiæ sanatiæ, cum ei cortex ad radicem usque detraheretur. Aliqua artificia ad seminum fecunditatem augendam. Nomina patium corrupta.*

LAMBERT *Histoire générale, civile, naturelle, politique & religieuse de tous les peuples du monde*, Paris 1750. 12^o. 15.Vol.*. Cum historia naturali etiam plantas describit, collatiis ex fontibus, vitiosus auctor.

EJUSDEM *Bibliothèque de physique & d'histoire naturelle* Paris 1758. 12^o. 5.Vol. parum ad rem herbariam.

ROUX *Traité de la culture & de la plantation des arbres, avec la manière d'exploiter, de débiter & d'échantillonner les bois* Paris 1750. 12^o.

TERNIER *Diss. sur le murier blanc & sur la bonté de la cire qu'on peut recueillir dans la Province d'Arvergne, lu dans l'assemblée publ. de la Soc. Litt. de Clermont le 26. Nov. 1750. M.S.*

M. C. D. *Dictionnaire des aliments, vins, liqueurs, leurs qualités, leurs effets* Paris 1750. 12^o. 3.Vol. RAST. *Lexicon alimentorum, cum eorum viribus, & ad quamque temperiem habitu, & arte coquinaria.*

J. HERMENT *Au post cibum suum Tabaci* Paris 1750. 4^o.*.

La cuisinière Bourgeoise Paris 1750. 8^o. *Suivie de l'Office* 1756. 8^o. 2.Vol. 1765. 12^o. 3.Vol.

La nouvelle cuisine &c. Paris 1750. 8^o. 3.Vol.

Science du maître d'Hôtel confiseur avec des observations sur la connoissance & les propriétés des fruits Paris 1750. 12^o. 3.Vol.

BRIAND *Dictionnaire des aliments vins & liqueurs* Paris 1750. 12^o. 3.Vol.

Tr. de Cussis sa culture ses vertus Dijon 1750. 12^o.

§. MDXXIX. *Vitalium Donati.*

Vitaliani DONATI Saggio della storia naturale marina dell' Adriatico Venet. 1750. 4^o.*. Haag. 1758. 4^o. cum coloribus non nitidis. Aliquid ab auctore additum esse ajunt. Germanice Hall. 1753. 4^o. Nobile opus, ex proprio labore natum, potissimum de plantis agit, Zoophytis, & animalibus, per quæ duo regna conjunguntur. vegetabile & animale. Microscopium ad plantarum fabricam detegendam adhibuit. Primo loco Algas & Fucos describit, veras plantas. Fucos in diversa genera partitur, cuique suum characterem adignat, in quibus masculos fere & femininos flores describit. Inde Coralliorum, seu Polypiorum genus,

genus, in quibus polypi habitant, passim ova sua ponunt. Tunc Phytozoa, Spongiæ, Tethya, quæ veriora nunc animalia sunt.

Leonardus SESLER in *appendice Vitalianam* describit, Primulæ a nobis adscriptam, eamque depingit.

§. MDXXX. *K. S. Wet. Acad. Handl.*

In *K. Swensk. Wetensk. Acad. Handlingar* anno 1750. n. 1. & 3. *Carolus v. BRENNER* De emendanda terra uliginosa, admisso fabulo, &c.

J. SUNDELL De reparando vitio, quod sementis a frigore sit passia.

Carolus DUBB De siccorum vacciniorum ad dyfenteriam utilitate.

Henrich Gottlieb SCHEFFER De plantis tinctoriis, Lichene potissimum purpurea tingente.

In n. 2. *Erlandus TURSEN* De ferendis glandibus.

N. 4. *C. G. BEYERSTEN* Radicem Sii aquatici ovibus nocere.

Nicolai ELIANDER Machina ad mundanda frumenta utilis.

§. MDXXXI. *Hamburg. Magazin.*

Ad hunc annum pertinet Tomus V. & VI. *des Hamburgischen Magazines*. In Tomo V. est *S. SCHMIEDERI* libellus de Verbena ex Misc. Lipf. In T. VI. *CONDAMINI* totum fere iter secundum Amazonum flumen. Excerpta aliqua ex *URLSPERGERI* fati Salisburgensium, & de arboribus ferotine florentibus. Aliqua etiam cum suis auctoribus citata.

§. MDXXXII. *Christlob Mylius.*

Christlob MYLI Geaster *MICHELIANUS* depictus *Haub. Magaz. T. V.*

EJUSDEM *Physicalische Belustigungen*. Diarium, cujus tria volumina Bero-
lini prodierunt, primum anno 1751. 8°. In eo *RUUSCHERI* de Cochenilla
testimonia inserta habentur. Conjectura auctoris, cerealia nostra videri grami-
nis alicujus emendationem esse, aite perfecti. Pecundatio Palmæ Dactyli ste-
rtilis a *GLEDITSCHIO* factæ, accurate descripta. De pane cæruleo, non satis
botanice.

In *EJUSDEM* Tomo II. anno 1752. 8°. *GRISELINI* defensio sexus planta-
rum, & varia undique communicata. *C. L. KRAUSE* ut *Amaryllidem* flore car-
neo oporteat curare.

In Tomo III. anno 1753. 8°. De Martago multifloro. De Liliaceis variis.
De corrigendo abusu fructuum horæorum. Iter in Bructerum montem. Ut
Cerafa & Pruna absque officulis obtineantur. De ferendis & colendis Moris albis.

(*Bibl. Bot. T. II.*)

E e e

Animal

Animal est non planta, de quo ad me epistolam dedit, London 1764. 4*.

Denique commendante Viro ILL. SULZERO recepi iter MYLII in Americam Anglicam dirigere, collectis undique Patronorum nummis. Neque defuerunt liberales viri, etiam Reges, Principes, nobiles feminæ, quæ non mediocrem pecuniam contulerunt. Scopus erat, ut & plantas & alia naturæ dona colligeret; sed hæc omnia eventu caruerunt, mors enim cunctanter in Anglia MYLIUM fecundis laboribus subripuit.

§. MDXXXIII. *Philos. Transf.*

In *Commentariis Societatis Regia Londinensis Henricum MIHLES* Mucoros aliquos descripsit n. 494.

Robertus MORE De collectione Mannæ circa Beneventum n. 495.

Huc postis referte egregia experimenta, quæ in variis corporibus ILL. vir JOHANNES PRINGLE fecit, quæ vel resisterent putredini, vel eam adjuvarent n. 495. 496. & in pulcherrimo libro *de morbu militarium*.

§. MDXXXIV. *Mém. des Savans Etrangers.*

Hoc anno Academia Regia Parisina cepit adoptiva opera edere, *Mémoires de mathématique & de physique présentés à l'Académie des Sciences par plusieurs Savans Paris* 1750. 4*.*. Germanice versi sunt Commentarii Lips. 1752. 4*.

§. MDXXXV. *Varia Diaria Germanica.*

Hanoversische gelehrte Anzeigen ceperunt prodire ab anno 1750. 4*. quo diarium plurima ad agriculturam, plantarumque cognitionem & utilitatem pertinentia continentur. Ita anno 1750. egerunt de Medica.

Anno 1751. de fimo optimo, de tempore ferendi Secalis hiberni, de solano tuberoso, onobrychide, arboribus autumnis florentibus.

Anno 1752. de piro bis florente, de ceraso racemosa.

Anno 1753. de sapa vini ad itinerum comineatum, de fraxino.

Anno 1754. de lini cultu, cuscuta, amylice farina ex folano tuberoso, betularum cultu.

Anno 1757. de sylvarum novarum cura.

Sic Stutgardie hoc anno ceperunt prodire *Sammlung von allerhand zur Naturforschung und Hambaltung gehörigen Begebenheiten, Erfindungen, Versuchen, Vorschlägen und darüber gemachten Anmerkungen* Stutgard 1750. 8*.* & 199.

In primitiis physico medicis collectis ab iis, qui in Polonia medicinam fecerunt Lilia 1750. 8*.* aliqua huc faciunt, ut de vi Serpentarie Virginianæ, & Lycopodii in plica usu, tum de olei Momordicæ utilitate.

Vor-

Vermischte aconomische Sammlungen, den Landwirthen zum besten aus den Breslauer Natur- und Kunstgeschichten herangezogen durch H. J. v. F. P. Leipzig 1750. 8°. 2.Vol.

In *J. Daniël DENSO epistolâ physicâ*, germanice scriptis, quarum priores anno 1750. Sedini prodierunt, aliqua sunt botanica; ut exhortatio ad Moros colendas. De donis naturæ Stargardix nascentibus.

EJUSDEM *Monatliche Beyträge zur Naturkunde* Berlin 1752. 4.* 8°. ad 1765. Iridis luteæ in arte pictoria usus. De frondibus arborum ad armenta pascenda adhibendis. De novo modo siccandæ Maltæ.

EJUSDEM *Physicalische Bibliothek* 1. 2. Band. Butzow 1754. 1761. 8°. Præfert reliquis ILL. MUNCHHUSIUS. In T. I. de horti cultu.

In *Diario Braunschweiger Anzeigen* passim botanica aliqua reperiuntur, ut anno 1749. plantæ tinctoriæ: & Lichenes aliqui. Utilius hæc seorsim ederentur, quæ inter aliena varia ita latent, ut pene absque usu sint.

Sic passim in Anglicis illis miscellanei argumenti diariis *Gentlemans Magazine*, *London Magazine*, *Univerfal Magazine*.

§. MDXXXVI. *Fridericum Hasselquist.*

Ad hunc annum ultimus Tomus *Agoron Societatis Regia Suecica* pertinet Holmiæ 1751. 4.* editus. In eo Tomo *Fridericum HASSELQUIST*, dum in Asiatico & Ægyptio itinere versatur, Mimofam Africanam describit.

IDEM cum Smyrnæ ex longo morbo interiisset, Regina scripta ejus posthuma redemit, exque iis LINNÆUS opus concinnavit, quod anno 1757. Holmiæ 8.* prodit. Titulum fecit *Iter Palæstinum eller resa til beliga Landet förvättad i främst anno 1749. til 1752. med beskrifningar och anmärkingar öfver de märkwardigste naturaller*. Plures sunt libelli, itineris primum hystoria. Smyrnæ media hyeme puehras plantas florentes legit, & reliquias horti SHERARDIANI prope Sedekio vidit. Tunc Ægyptum inferiorem describit. Fecundationem ibi Palmarum inspexit, quæ polline hinc masculo. Inde Palæstinum iter, ejusque regionis plantæ. Tunc Cyprum ejusque insulæ altiore montes adiit. Et nunc sequuntur catalogi animalium, tum plantarum non quidem valde numerosarum, sed rariorum, & accurate descriptarum, Hennæ, Cornucopiæ, Acaciæ utriusque, Colocaliæ, Anguriæ, Batek cibi nimio frigore necantis, Cucumeris Chate, Musæ pentstemonis, Sycomorî, Palmæ dactyli, Melongenæ, quæ Poma Sodomææ, Rhamni Nabk, Salicis Calaf. Aliqua porro de medicamentis Balsamo, Scammonco, Senna. Aliqua de caprificacione, ubi HASSELQUIST de fecundatione LINNÆANA dubitat. Egregius liber, & ex quo plurima dicas.

Elogium viri dixit *Abraham BÆCK* Holm. 1758. 8.*

§. MDXXXVII. *Bekmanni fratres.*

J. Christoph. & Bernhard Ludwig BEKMAN *Historische Beschreibung der Ob- und Mark Brandenburg* Berlin 1751. fol.*. Præter aliqua de terræ fructibus sparsa, catalogum continet plantarum in Marchia Brandenburgica sponte nascentium, a Cl. viro J. G. GLEDITSCH auctum & emendatum, nominibus fere LINNÆANIS, adpersis passim de cujusque plantæ utilitate adnotationibus. Monstrifica aliqua delineantur, quæ ad plantas spectant. De sylvarum etiam cultu & utilitate, deque Mórorum plantatione agitur.

§. MDXXXVIII. *Encyclopedie.*

Encyclopedie ou Dictionnaire raisonné des Sciences & des Arts & de Métiers, &c. Paris 1751. fol. Tomus I. Deinde reliqui ex ordine. Vingt et ultra doctorum virorum opus. Hortorum cultura a D. d'ARGENVILLE (b) scripta est. Medicamenta simplicia a D. de VANDENESSE profecta sunt: sed pars botanica operis famæ non respondet.

Collegit ex Encyclopædia, quæ ad commercia pertinent Cl. FORTBONNAIS, utili labore. Germanice reddidit *Sätze und Betrachtungen am der Oeconomie* Wien 1767. 8°. Laudatur etiam potissimum Francisci QUESNAY FRANCISCI F. diif. ad vocem *le froment*.

§. MDXXXIX. *Galli.*

François Alexandre de la CHENAYE des BOIS *Dictionnaire universel d'agriculture & de jardinage*, &c. Paris 1751. 4°. 2. Vol. Fundamentum libro præstitit LIGERII Dictionarium; id autem adjunt multis nuperorum inventis auctius hic redire, BRADLEYI certe. Plantæ, etiam florum varietates hic recensentur, absque ullo synonymo, cum brevi descriptione, & indicatione pariter brevi utilitatis, quam in medicina aut in artibus præstant. Multum usi sunt *Natali CHOMEL*. Parum certum auctorem esse P. d'ARDENNES.

PYRAUX Ty. *de la pharmacie moderne* Paris 1751. 12°.

Benjamin Lucas de LAURENBERG & Cl. Jos. GENTIL *E. cerevisia potus saluberrimus* Paris 1751. 4°.

Jos. Mar. Fr. de la SONE *E. tabacum lentum est homini venenium* R. J. B. BARIOLE Paris 1751. 4°.

§. MDXL. *Angli aliqui.*

Observations upon husbandry London 1751. 4°. HÄUSVAT.

Richard BARTON *Dialogue concerning points of importance in Ireland, being part of a design to write the natural history of that country* Dublin 1751. 4°.

§. MDXLI.

(b) Non magni facit P. d'ARDENNES.

§. MDXLI. E. Ant. Nicolai.

Ernesti Antonii NICOLAI, Professoris Jenensis, *Systema materia medica ad praxim adplicate* Hall. T. I. anno 1751. 4°. T. II. anno 1752. 4°. Non adeo rem herbariam hic quærerere oportet, quam physiologicam interpretationem modi, quo quoddam genus medicamentorum efficaciam suam exferit. Passim tamen analytices chemicas dat, etiam suas, medicamentorum nobiliorum, ut Rhei. Alias ex aliis fontibus ista haurit. Est, quod emendes. Portfea Islandia pro insula Portfea.

EJUSDEM *De oleorum expressorum virtute ac usu* Jen. 1765. 4°.

EJUSDEM *De gummæ ammoniaci virtute* 1767. 4°.

§. MDXLII. F. Boissier.

Francisci BOISSIER de SAUVAGES, Jatro-mathematici, *Methodus foliorum seu planta Floræ Mœnseliensis juxta foliorum ordinem* la Haye 1751. 8°. Gallice. Cum extra præcipua studia sua vir Cl. versaretur, non perinde hic eminuit, neque methodum a foliis sumtam Gerania, Saxifragæ, Ranunculi, Veronicæ, & alia genera naturalia admittunt. Plantæ ipsæ numerosæ sunt, ut in beata regione, neque nullæ adnotationes, ut de flore regulari Echii asperioris, de Linariæ flore absque calcare. Trianthera novum genus, & novæ, ut videtur, Veronicæ, Trifolium, &c.

§. MDXLIII. Germani.

J. Ehr. BECHMAN's *vollkommner Blumengarten im Winter* Leipzig 1751. 8°.

Der Hauswirthschafts-Verwalter, welcher durchs ganze Jahr zeigt — was... auch im Hauswesen, Ackerbau und Viehzucht zu verrichten ist Breslau 1751. 4°.

Der wohlgefahrene Landwirth Leipzig 1762. 8°. 2. Theile. Arationem bene describere lego.

Die rechte Färbekunst Erfurt 1751. 8°.

Deutsche Anweisung, wie mit Säung des Maulbeerfaamens, Pflanzung und Wartung der Maulbeerbäume zu verfahren seye Berlin 1751. 8°. Dicitio mala, neque placet metus aut Scorpii aut Cancri.

Kön. Pr. Notification, daß Maulbeerfaamen, Cocons und Grainer, oder Seidenwürmerfaamen von den Unterthanen gesammelt — nebst einer kurzen Anweisung, wie mit Säung des Maulbeerfaamens, und Pflanzung, auch Wartung der Maulbeerbäume zu verfahren. Berlin 1751. fol.

Kürzer Unterricht vom Seidenbau in drey kleinen Schriften, die Pflanzung der Maulbeerbäume, Wartung der Seidenwürmer, und Haspelung der Seide betreffend Züllichau 1751. 8°.

J. *Christian* CUNO *Nachmals besser* Amsterdam 1751. 8°.*. In proprium hortum carmen mercatoris ingeniosi. Numerosas plantas peregrinas poetice describit.

J. J. P. *Der vorsehbige Wirthschafter bey einem landesherrlichen Gut oder Hofe* Nürnberg 1751. 12°.

Immanuel WEBER *De crimine adulteratorum vinorum* Francof. & Lipsiæ 1751. 4°.

J. *Christian* RIEDEL *Kurz abgefaßtes Garten-Lexicon, nebst einem Garten-Calender* Northausen 1751. 8°.*. Opera hortensia, & plantæ oleraceæ & coronariæ hic traduntur. Sed desideres accuratorem rei herbariæ cognitionem. Napellum in Germania innoxium facit. Recusum Northausen 1769. 8°.

Holz-Maß- und Jagd-Ordnung für Schlesien Breslau 1751. fol.

Dan. Eb. BARING *Neue Nachrichten und Zusätze zu der Nachricht von dem Häuerverfäßen* Breyhan Hanover 1751. 4°.

Urban. Franc. BRUKMAN *Abhandlung vom Sago* Braunschweig 1751. 4°.* & in GRUNDIGH collectione n. 25.

Philippus Sylvester LURSENIUS *De cortice Peruviano* Leid. 1751. 4°.*. Salem essentialium hujus corticis describit, viresque medicas extollit.

J. *Gottfried* FISCHER *De anthelmintico priori anno invento* Erford. 1751. 4°. de aqua expressa, aut extracto aquoso, nucum juglandium.

In vici ILL. SCHÖPFLINI *Assatia illustrata* inque Tomo I. Argentor. 1751. fol. excuso aliqua ad plantas. Eas facit 1700. De terebinthine in ea provincia præparatione omnino abignæ.

§. MDXLIV. *Angli varii.*

Anglicam editionem non habeo EDUARDI LAWRENCE *cujus Pflicht eines Verwalters, und Regeln für einen Landpächter* prodierunt Leipzig 1751. 8°.

J. HAYNES *An accurate survey of the botanic Garden at Chelsea — the Greenhouse and stirs* &c. London 1751. fol.*

HARRISSON *The housekeeper's pocket book and compleat family* Cook la Haye 1751. 8°.

A new treatise on british and foreign vegetables used in the practice of physick, being an improvement of Geofroys materia medica London 1751. 8°.*. Esse Compendium operis D. Geofroi MATY.

John

John BARTRAM Observations on the inhabitants, climate, soil, divers productions, animals — made in his travels from Pennsylvania to Onondago, Oswego and the lake Ontario London 1751. 8°. Solet plantas & femina pro nobilibus Anglis conquerere, homo bonus & solers, cujus figuras apud DILLENIUM est memoria. Iter factum anno 1743. Philadelphia trans *caruleos montes* ad vicum vendendis Anglorum mercimoniis destinatum *Oswego* iter fecit. Ad plantas tamen pauca continet præter nomina aliqua plantarum & arborum sponte nascentium. Laudat KALMIUS *Refa* II. p. 242.

EJUSDEM Iter versus scaturiginem Fl. S. Johannis anno 1765. & 1766. publico sumtu susceptum. Recenset ubique sed nominibus cum popularibus, arbores, frutesque, quales quotidie numerosas reperiebat, aliquas etiam novas. Præmisit catalogum plantarum, quas sperat in Florida coli posse. Additæ sunt notæ viri botanices periti, qui passim nomina botanica adjecit. Veram nosochatan nucem in infula Tabago provenire, Theam Bohea a viridi non differre, &c. Prodiit cum Gu. STOERK itinere Floridano Lond. 1769. 4°. *

George CLEGHORNE *Observations on the epidemical diseases in Minorca from 1744. to 1749.* London 1751. 4°. *. Plantarum brevem dat catalogum, quas sponte nascentes reperit, inter quas multæ sunt raræ, & calidarum regionum. Passim etiam vires medicas minus notas recenset.

Histoire de la Jamaïque traduite de l'Anglois Paris 1751. 12°. 2. Vol. nam Anglicam editionem non possideo, quæ videtur anno 1740. prodidisse. Leve opus, & parvi momenti. Potissimum de Saecharo tamquam de merce agit.

§. MDXLV. *Petrus Adriannus Gadd.*

Petri Adriani GADD, nunc Professoris Oeconomices Abœensis, *Forsök til en æconomisk beskrifning öfver Sataciinda häradens norra delan* Stokholm 1751. 4°. *, de qua parochia jam anno 1747. disputationem defenderat. Plantarum spontanearum catalogum dat, & nonnullarum vires medicas. Thysselinum præ Zingibere adhibent, Oxyacanthæ fructum adversus dysenteriam, Mezerci baccas ad verrucas, Hyoscyamum pro Tabaco.

EJUSDEM *Om brännetorf* Åbo 1759. 4°. *. Sex facit cespitis bituminosi species: eorum dat analysin chemicam: recenset plantas, quæ in eo cespite reperiuntur.

EJUSDEM *Underrättelse i träd och skogs skötsel* Åbo 1759. 4°. *. Ad propria experimenta describit arbores Finlandiæ utiliores, earumque cultum & proventum, potissimum etiam Quercuum, quæ ad 61. usque gradum educari possunt.

EJUSDEM *Underrättelse om färge fästets plasteringe i Finland — af Saffor, Krapp och Wawa* Åbo 1760. 4°. *. In Finnia docet colere Carthamum, Luteolum & Rubiam.

EJUSDEM

EJUSDEM *Möjligheten af silkes afvelens införande i Finland* Abo 1760. 4.*. Morum in Finnia provenire, per experimenta sua.

EJUSDEM *Om Finska Klimatet och des følger i landets hushöllning* Abo 1761. 4.*. Plantarum varietatem in Finlandia satis magnam esse, ad 1300. species. Nicotianam bene provenire, Moros hiemem tolerare. Arbores fructiferas Finnica frigora vix ferre. Quercum ultra 61. Fraxinum ultra 62. gradum vix reperiri. Hiberna armentorum alimenta Lichene molli misceri, &c.

EJUSDEM *Försök at utmärka bästa sättnings tiden för de i nordan brukliga sidens arter* Abo 1764. 4.*. Sementis tempus est, quando noctes cum gelu conjunctæ desierunt, & terra neque nimis sicca, neque nimis humida est. Hiberna sementis cadit in principium Augusti mensis.

EJUSDEM *Upmöttran och sunderrättelse til nyttiga plantagers vidtagande i Finland I. Stryket* anno 1763. 4.*. Hætidem suadet ferere: in paludosis Nicotianam, Solanum tuberosum, Cannabin, Napum, Polygonatum, cujus turiones hic edules sunt.

EJUSDEM *Tvæde Stryket* Abo 1765. potissimum de Lini cultu:

EJUSDEM III. *Stryket* Abo 1765. 4.*. Pinum ferit in terram sabulosam, tum Populum tremulam. Seminaria & plantaria describit.

EJUSDEM *Fyrda Stryket* Abo 1766. 4.*. Milium, Carvi, & Lupulum coli suadet, cultum tradit.

PARS V. anno 1767. 8. de seminibus oleosis, avellana, nuce juglande nigra, flore solis, rapo, papavere, raphano indico, arboribus in Suecicis infulis.

PARS V. & VI. anno 1768. Duplo lucrosiorem esse recentem rubiam. De tempore sementis & a floribus & a plantarum incrementis definiendo.

PARS VII. anno 1769. 4.*. De pratis, de sylva in pratium vertenda, de firmo pratis ingerendo, de serendis utilibus graminibus, de Lolio MIKROPODI (quæ est *avena elatior*), de irrigatione, de siccandis lacubus & paludibus.

EJUSDEM *Akerbrukets chymiska grunder om akerjordens erner vätta kämning och förbättring* Abo 1761. 4.*. PARS I. Abo 1751. 4.*. De terra hortentili humove putrida. De terra palustris, ad quam mineralis acor accedit; quam in acervos auctor cumulare jubet, frondeque aut stramine contegere.

P. II. Abo 1762. 4.*. De limo, meliori quando multum in eo pingue est vegetabile. Non fervet cum acore minerali. De medulla terræ cubica, marga ut videtur. Limum urere nocet. De limo fervente noxio.

P. III. Abo 1762. 4.*. De terra infertili calcaria, cum acore fervente, in aqua dilabente.

P. IV. Abo 1764. 4.*. Terram meliorem esse putat, quæ cum acre ferret. Inde enumerat alias mediocris bonitatis terras.

EJUSDEM *Tänkar om skadelige förofnätter och frostnästens upodling* Stokholm 1758. 8.*. Frigoris scaturiginem (frostnäst) ex plantis docet adgnosceri, quæ fere uliginose sunt indolis: eo anemonen refert. De modo, quo frigus plantis nocet: de sylvarum noxis. Varias hic plantas edules facit, quæ nobis non videntur hominibus convenire posse.

EJUSDEM De vi tinctoria gummi resinæ in Hyperici vulgaris glandulis K. Sw. *Wetensk. Acad. Handl.* 1762. n. 2.

EJUSDEM *Almännas lagars in upmärksamhet wid plantagernes irättande och värd i Sverige* Abo 1765. 4.*. Laricem, Abietem, Pinaltrum, Spicam Celticam in albis Suecicis fasces vult. Cannabis & Linum cum fructu in Finnia colitur, &c.

EJUSDEM *Om sidosarternas fruckdomar* 1766. 4*. Claviculi, phthisis, languor, rachitis, atrophia, caries, rubigo, clavus.

EJUSDEM *Om äkta safrans plantering* 1768. Croci cultus, quem plantam putat alpinam esse.

EJUSDEM De coloribus herbarum flavis, rhamni, ferratulae, luteolæ: ipse laudat solidaginem Canadensem. K. Sw. *Wetensk. Handl.* 1767. n. 2.

EJUSDEM *Otfwer Kulsiale församling i Tawaflabus län* ib. 1767. 4*. De arboribus, cerealibus, &c.

Eb. ROSEN & Laurentii MONTIN *De medicina Laponum Luleånska* Lund. 1751. 4.*. Medicamina gentilia recenset, Angelicæ radices, baccas Laureolæ, cineres Betulæ, cauteria ex ejus arboris nodis.

EJUSDEM MONTINI De succo foliorum fraxini, adversus viperæ morsum salutari *Handl.* vel 26. anno 1765. P. 2.

EJUSDEM ibid. anno 1766. n. 3. catalogus plantarum Hallandiæ.

EJUSDEM ibid. anno 1768. n. 3. catalogus plantarum, quæ vegetant in arena volatili.

EJUSDEM est disp. de *Splachno* Præside LINNÆO proposita Upsal. 1750. 4.*

§. MDXLVI. Itali.

GIOVANNI della BONA *L'uso e l'abusò del Coffea* Veron. 1751. 8*. Collecto. Coffeam nocere calidæ temperici hominibus. Germanice in *Allgemeinen Magazin* VII.

Pauli Andreae PARENTI *de medicamentorum dosibus* Leid. 1751. 8*.

(*Bibl. Bot. T. II.*)

FFF

EJUSDEM

EJUSDEM *Trattato di medicamenti spettanti alla Chirurgia* Bologna 1755. 8°.

Exercitationes binæ 1. *de China* China virtute in coagulativa an resolutive,
2. *de salâ abstinâ activitate purgativa* Mutinæ 1751. 8°.

§. MDXLVII. *Belgæ.*

In Rudolphi ZAFFII *Synopsi observationum medicarum, de selectiorum medicamentorum viribus* Leid. 1751. 8°.* aliqua huc faciunt. Radice Graminis icterum diuturnum sanavit, hæmoptysin diaëdiod. Gallice verum exstat opus.

Pharmacopœa Leidensis Leid. 1751. 8°. Conf. p. 396.

§. MDXLVIII. *Petrus Joseph Macquer.*

In Cl. MACQUER *Éléments de chymie pratique* Paris 1751. 12°. 2.Vol. inque Tomo II. de plantis agitur. De salibus comitis de la GARAYE. Olea expressa, igne subjecto, addita calce tenuia fiunt & odorata. In vini spiritu omnino acidum habitare. Fermentationem initium esse putredinis.

Ad *Pharmacopœam Parisiensem* anni 1758. multum contulit.

EJUSDEM dicitur esse *Dictionaire de Chymie*, quod dicemus.

EJUSDEM *Art de la teinture en soie* Paris 1763. fol.*. Aliqua ad utilitatem plantarum tinctoriam: ut Orsellæ ad saturum colorem cœruleum, Luteolæ cum Rucu ad flavum. Colorem igneum a Carthamo, smaragdinum virorem rectius a Serratula obtineri, &c.

§. MDXLIX. *C. G. Læwenhielm. Alii Sueci.*

Caroli Gustavi LOEWENHIELM salom landskötsel Stokholm 1751. 8°.*. Putes a patria sua virum illustrem nimia desiderare, qui etiam Coccinellam coli velit. Cæterum omnes agriculturæ partes percurrit, inque singula consilia dat fodalibus, ut eam perficiant. Pro fimo terram palustrem in acervos collectam. Ut prata optime mudentur, subterraneis ductis fossis, quæ apertæ servantur, &c. Prata etiam frondosis arboribus vult conferri, & subinde aratro novari. Sylvas jubet feri, potissimum Populum, Fraxinum, Tiliam & Ulmum.

Wästmanslands tobak plantering Welstrås 1751. 8°.

M. E. B. *Försök til en politelig Matrednings bok* Stokholm 1751. 8°.

Nicolai GISLER *Medelpads och angermanlands naturliga lynna och beskaffheter* Stokholm 1751. 8°.*. Rector scholæ Hernosandicæ patriæ dona recenset, præcipuas etiam plantas & arbores.

Jerem. Wolf. MOHRAD *De verbena ejusque usu in saevâ & incaustationibus veterum* Hafniæ 1751. 4°. Dissertatio literaria.

§. MDL.

§. MDL. *Helvetii aliqui.*

J. Rudolph. HESS Theſes anatomico botanica Baſil. 1751. 4°. Descriptio Symphyti.

Achilæu MIZO, medici practici, ſed botanices ſtudioſi, *Specimen obſervationum anatomicarum atque botanicarum* Baſil. 1751. 4°. Gramina aliqua rariora deſcribit & Montiam.

Abelæu SOCINI Theſes anatomica botanica Baſil. 1751. 4°.

J. Rud. STÆHELIN Specimen obſervationum anatomicarum & botanicarum Baſil. 1751. 4°. Character Hypopytydis & Orchidis fuciſloræ.

In *Actis Helveticis*, inque Tomo II. egit de variis Peloriis.

J. Rudolphi STUFANI Specimen miſcellaneum anatomico botanicum Baſilæ 1751. 4°.

J. Jacobi THURNEISEN Theſes medica Baſil. 1751. 4°.

§. MDLI. *Benjamin Bahmer.*

Benjamin BOEHMER, Profeſſor Lipſienſis, *radicis Rubiæ effectum in corpora animalis* deſcripſit Lipſ. 1751. 4°. Propria habet experimenta. A Rubia intraſta animalia non percunt, ſi ſeorſim ab alimento dederis: omnes ab ea humores animalis aliquantum tinguntur, etiam gluten articulare. Duriffima oſſa minus rubent, ſed teſta ovi gallinæ Rubia paſtæ.

EJUDEM Programma, quo caſum oſſium Rubiæ tinctorum radicis paſtæ infeſtorum dicit anno 1752. 4°. Nucleos oſſeos renaſcentis calli Rubia tingi, perioſteum album manere: ambire nucleos. Novum os penitus rubet.

EJUDEM De virtutibus fruſtuum horæarum medicis Lipſiæ 1753. 4° etiam de viniis.

§. MDLII. *J. Gottlob Leidenfroſt.*

J. Gottlob LEIDENFROST De ſuccis herbarum recentium recenter expreſſis Duisburg. 1751. 4°. Docta diſputatio, potiſſimum medici argumenti; ſuccum recentem ſibi permiſit, cujus pars aliqua ſubſidet, & acris fit; pars em melior ſucci eſt, quam pharmacopolæ male rejiciunt. In parte innatante, leviori, eſt ſpiritus rector cum acore ſulfureo. In pluſculis ſuccis nitrum eſt, in aliis ſal marinus. De plantis nutritiis: laudes locuta, quam pro optimo & faciliſimo habet alimento. Cucumerem tuetur, Cichoreo albo minus favens. Recentes ſuccos Fumariz & Taraxaci etiam adverſus lepram valere.

§. MDLIII. *Galli.*

DES FORGES MAILLARD Idille les arbres, cum QUIRINI verſioſe latinis anno 1751. 4°. Fff 2

La nouvelle cuisine avec de nouveaux desseins de tables Paris 1751. 8. 3. Vol. vel 1750.

In J. des SAVANS. 1751. Aout testimonium dicitur pro utilitate Agarici BROSARDIANI.

§. MDLIV. D. Martini.

D. M. C. M. A. (MARTINI) *Dissertatio epistolarū de oleo Witnebianō seu Cajepus, ab homine Wolfenbuttelano in India orientali invento, in terris Brunsvicensis feliciter revocato ejusque saluberrimū effectū* Wolfenbuttel. 1751. 4°. *. D. Engel Hartwich WITNEBEN, theologum, primum efficacissimum oleum inventisse, idque parari arte chemica ex semine Cardamomi medi. Exempla aliquam virium nervinarum & antispasmodicarum hujus olei hic producuntur.

Augusta Hygeia Palatine corona ad Scientiæ medicæ gloriam & naturæ laborantis felicitatem — nobilissimū herbariorum floribus ac arborum frondibus exornata Heidelberg. 1751. Progr.

§. MDLV. Sueci aliqui.

Hendrik HASSEL & WELIN *Landthushöllings förbättrande i Finland* Abo 1751. 4°. *. Nimis parcam arationem carpit. Laudat fimi augmenta; incendia sylvarum vehementer improbat: paludes in optimo agros docet convertere.

In *Swensk. Wetensk. Acad. Handling.* 1751. Trim. I. Cl. WIMERMARK vidit solani tuberosi fructus maturari & speciem reparare.

J. ADELHIELM De semente in ipsam nivem facta Trim. 3.

Gerhard WILLEMOT De utilitate Avenæ albæ Anglicæ.

§. MDLVI. Er. Gust. Lidbek.

Ericus Gustavus LIDBEK, Professor Lundenfis, noster olim amicus, in actis Academicis hujus anni de plantis egit, cælum Scaniæ tolerantibus. IDEM anno 1754. de Moro ex semine educando.

EJUSDEM *De sylvi cultura Scaniæ* Diff. Lund. 1757. 4°. *. Sylvarum in Scania decrementa dolet. Necessitas reparandarum sylvarum. Modus, quo utiliores arbores plantare & colere convenit.

In *K. Swensk. wetensk. Acad. Handl.* 1753. Trim. 4. De felici successu plantationum, quas molitus est.

EJUSDEM *ibid.* anno 1755. Trim. 2. Rubiæ tinctoriæ exsiccationem tractat. Anno 1755. hic cultus Carthami.

Et Luteolæ Trim. 4.

Anno 1756. De cultu Napi sylvestris & Carduorum.

Anno 1759. De arena per certas plantas coercenda.

Anno

Anno 1761. n. 4. De plantis in formice Ecclesiæ nascentibus.

EJUSDEM *Tal om planteringer* Stokholm 1766. 8.* & in *Schwed. Magazin* T. II. De ferendis in arenosis Pinis, & proprio fisco huic operi consecrando. De remediis veteribus Pinorum truncis. De conatibus Kaltströmmil, qui Lundini Rubiam, Inulam, Scorzoneram & Lavendulam ad publicos usus colit.

EJUSDEM De utilitate plantationum arborum fructuumque in Scania Lundin. 1768. 4.*. Arbores impune destrui. Consilia ut futuræ paritati sylvarum mature sylvis fatis subveniri possit.

§. MDLVII. *Philosophica Transactiones.*

Hoc anno ceperunt *Philosophica Transactiones* per volumina numerari, omnis numeris. In eo volumine XLVII. quo annorum 1751. & 1752. labores continentur, multa sunt botanici argumenti, & potissimum Cl. PEYSSONEL nova de Coralliorum fabricatione sententia, quæ habet pro opere proque hospitio polyporum.

HERISSANT De veneno vegetabili experimenta in vivis animalibus instituta.

J. STEDMAN De vi maligna Hyofcyami nigri.

§. MDLVIII. *Hamb. Mag. T. VII. VIII.*

In *Hamburger Magazin* Tom. VII. qui hujus est anni, de Lini cultu agitur, præter aliqua alias dicta.

In T. VIII. fufius excerptum du HAMELI, SCHMERSALI de Lini cultu, & de prærogativis agrorum macilentorum. J. Ch. HELK de fructibus ex apice florentibus. Cl. SCHÖBER de succo dulci ex Dauci radicibus presso, Sacchari & mellis succedaneo.

§. MDLIX. *Commentarii Gattungenfer.*

Hoc etiam anno primum prodierunt *Commentarii Societatis Scientiarum Göttingensis* Göttinge 1751. 4.*. In eo volumine plufculas plantas, novas aut raras, descripsit, & delineatas dedi.

§. MDLX. *Aÿa. Helvetica.*

Privata Societas hoc anno Basileæ edere cepit *Aÿa Helvetica physico mathematico botanico medica* anno 1751. 4.*. Plufcula hic botanici argumenti habentur, inter ea *Abrahamus GAGNEBIN*, vir in plantis colligendis folers, Betulam nanam.

IDEM in T. III. Myrrhidem auream & odoratam describit, civem utramque Helveticam.

IDEM in T. IV. Campanulam maximam descripsit.

Sed porro in Tomo I. Job. HOFERUS Mulhusinus egit de Scheuchzeria sua, de Lauri flore, de Citri floribus femininis.

IDEUM T. II. describit Thelygonum. Umbelliferarum plantarum flores ostendit raro omnes esse androgynos. Gramina constituit, valde arcte restrictis speciebus, multa tamen follicite distinguit.

§. MDLXI. *Journal economique.*

Hoc anno etiam prodire cepit *Le Journal economique* Paris 8. maj. Primum collector fuit CLAUDE ETIENNE BOURDOT de RICHEBOURG, qui curam diarii ad annum 1753. gessit. Multa hic bona, alia minus certa, de agri cultu, & hosti, & universa economia, propria, & collatitia, ita multa, ut nequeamus perfecti, etiam ad medicinam, ad machinas. Plurima ex Angliis.

§. MDLXII. *J. Herman Knoop.*

J. Herman KNOOP *Den beknopen huyshoudelyke hovenier* Leeuwarden 1752. 8°, & auctius Haarlingen 1762. 3.Vol. 8°. Tomo primo agit de arboribus fructiferis, quarum per varietates sibi notas gallica nomina dat & belgica. Sed etiam spontaneas arbores recenset, cum brevi de utilitate cujusque compendio, cumque varietatibus. Inde similem operam impendit herbis oleaceis, tunc cerealibus & pabularibus, demum herbis inutilibus. Tomus II. catalogus est plantarum florentium, etiam aliarum spontanearum. Tomo III. Medicatæ stirpes. Hic subinde aliquanto laxius scribit, & nonnunquam peculiare vires medicas indicat, quibus non nimium fidas. Ita remedium adversus canis rabidi morsum, quod Plantago, Angelica sylvestris, Dipsacus & alia similia fubeunt, vix speciem aliquam veri habet, et si inventorem annona publica remuneratum fuisse nosse addit.

EJUSDEM *Beschouwende en werkdadige hovenier* Leeuwarden 1753. 4°.

EJUSDEM *Pomologia dat is beschryving en afbeeldingen van Appels en peeren* Leeuwarden 1758. fol. Nürnberg 1760. & 1766. fol.*. Fructus selectarum varietatum Pomorum & Pirorum ad naturam delineati, cum suis coloribus.

EJUSDEM *Fruologie of beschryving der vrugtboommen en vruchten* Leeuwarden 1763. fol.

EJUSDEM *Dendrologia, Beschryving der plantagen gewassen* anno 1763. fol.

EJUSDEM *Steucl de latynsche Koutwoorden, welke in de botanis pharmacie in medicynen gebruykt worden* Leeuwarden 1758. 8°.

§. MDLXIII. *Ubaldo Montelatici.*

Ubaldo MONTELATICI *Ragionamento sopra i mezzi piu necessari per far vivilire l'agricoltura* Firenz. 1752. 8°. magn.*. Imprimis vult vites primo anno putari,

putari, quas Florentiæ demum tertio putant, unde serius fructus producitur. Deinde jubet inquirere, quæ species plantarum cuique solo conveniant. Adjecta est MICHELI relatio de *Orobanchæ*.

EJUSDEM *Estratti de piu celebri autori che hanno trattato della coltivazione ed usi varj delle patate* Firenze 1767. 4°.

G. FRANCESCO il *Filugello o sia il baco da seta* L. III. Venez. 1752. 4°. Poema, etiam de moro.

Ludovici TESSARI *Materia medica, continens synonyma, natalia, pharmaceutica, qualitates, principia, preparata, vires, usus, composita, doses, judicium* Venet. 1752. 8°. Regnum animale & minerale ipsius TESSARI est, vegetabile LINNÆI.

§. MDLXIV. *Georg Voorhelm.*

Editionem Belgicam non vidi, sed G. Leonhardus HUTH Germanice dedit *Georg. VOORHELM* (etiam van ZOMPEL dicti) *Abhandlung von Hyacinthen*, Nurnberg 1753. 8°.*, ex Gallico conversam. Admirator sui floribus serio contendit, pretium 1000. florenorum non nimium esse, quod in unum bulbum effundatur: idem dolet, si nimis bulbus se multiplicet, quo raritati deccedit. Solos Haarlemenses omnium putat *Hyacinthorum* pulcherrimos esse. Ex semine simplicium *Hyacinthorum* novæ obtinentur varietates, cum bulbi suam speciem teneant. De cultu fuscæ, & candidæ, ipso pondere bulborum dicto, & vitæ duratione. Dat etiam catalogum *Hyacinthorum* pulchriorum, & *Aloës* novæ, ex duabus se amplectentibus natæ. Ex duobus caulibus colligatis moxifrum natum, novam speciem semine infecundo.

Eundem esse, puto, tractatum *On the Hyacinth* Lond. 1733. 8°.

Abrab. TITSING *Geneeskouf der heelmeefters*, habet etiam varia ad viros plantarum, etiam parum notarum Amsterdam 1752. 8°.

§. MDLXV. *Bidet.*

BIDET *Traité sur la culture des vignes, sur le vin, sur la façon de le faire, & la manière de le bien gouverner* Paris 1752. 12°.*, & multo auctius 1759. 12°. 2. Vol. *. Italice Venez. 1757. 8°. Germanice ad primam editionem Lipsiæ 1754. 8°. & cum *selectis physico economicis Stuttg.* Campanus, carpit vina Galliæ meridionalis. Parcissime tamen vinum in Campania provenit, & vili precio vites venduntur, sextuplo minori, quam in Helvetia. De cultu fusillime. Solas uvas rubras admittit, & paginibus uti jubet, ex macilento feminario sumtis, aut detractis de bona specie ramis, ut solent in Tunicis. Terram suam Campanam omnibus præfert, neque solem meridionalem quærit. Ut nova vinea paretur, arando, absque fimo, fatis fabis. Vites non supra tres pedes ascendere oportet. Repetita fossio fimo præstat, etiam tamen vinea fimo carere nequit: prætere enim avium, inde humanum. Decimo anno cessandiæ vineæ, novaque terra adportata recreandæ.

creandæ. Non supra 4. aut 5. oculos in vite relinquendos. Supremus furculus autumnno putatur & conservatur. Quater fodiendæ vites, vetultæ inferendæ. Post florem superfluum lignum ramis demendum. Inter morbos nimiam clavulorum luxuriam omittit. In T. II. vindemia habetur, & prelorum fabrica, & vini præparatio. Solæ rubræ uvæ robor vino impertiunt. Vindemia in tria tempora optime dividitur, a nona hora ad tertiam. In cista exprimi mavult. Ab aere potissimum sibi metuit, &c. Nam scriptum ab artifice totum legere oportet. Multum ex *Maison rustique* habere BEGUILLET.

§. MDLXVI. - E. Pontoppidan.

Erii PONTOPPIDAN, Procancellarii Hafniensis & Episcopi Seelandiæ, *Förste forsøg paa Norges naturlige historie* Hafn. 1752. 4^{.*}. Germanice vertente H. A. SCHEIBE Hafn. 1754. 8^{.*}. Anglice London 1755. fol. In hoc T. I. fatis fusa huc pertinet recensio agriculturæ & fructuum, qui in Norvegia proveniunt, cum ea regio minus, quam a climate speres, gelida sit. Catalogum etiam habet plantarum sponte nascentium, lectarum a *Godofredo Henrico LANGE*, qui minus copiosus est, & tamen plantas aliquas calidiorum regionum continet, ut *Lychnides*. Nummularia flore albo videtur Linnæa esse, uti neque *Piper aquaticum* agnoscas. Subjecit vir Venerabilis plantas aliquas noxias, ut *Gramen ossifragum* (*Anthericum*). Deinde baccas varias edules, etiam cum iconibus: inde arbores sylvarum spontaneas, denique plantas marinas aliquas, *Fucos*, *Corallinas*, quas etiam delineat.

EJUSEDEM *Danischer Atlas, oder Beschreibung des Königreiches Dänemark* Hafn. 1765. 4^{.*}, ex Danico conversa. Huc pertinet Cap. I. Part. II. quo agitur de agricultura & plantis Daniæ utilibus. Pro spontaneis recusam dat *G. Tychonis* HOLM Floram Danicam, nominibus trivialibus LINNÆI descriptam, cum adjectis nominibus Danicis. Ea fere est e KYLLINGIO.

EJUSEDEM *Kurzgefasste Nachricht, die Naturhistorie in Dänemark betreffend* Kopenhagen 1765. 4^{.*}. Aliqua de cespitibus bituminosis. Plantæ, frumenta, triticum. Catalogus plantarum Danicarum TYCHONIS HOLM aucta a TEILMANNO, ex ejus viri flora cimbrica, cum nonnullis adnotationibus. *Anthericum ossifragum* non nocere, *Juncum mire boves* faginare. De cerealibus & sylvis.

§. MDLXVII. Nic. Horrebaw.

Nicolai HORREBOW Efterretninger om Island met et nyt landkort och 2. aars meteorologiske observationer Copennagen 1752. 8^{.*}. Germanice Copennagen 1753. 8^{.*}. Anglice London 1758. fol. Islandiæ ab ANDERSONI imputationibus vindicandæ hic liber destinatur. Pulchra prata habere, & cespitem bituminosum, & lignum in paludibus nigrum, indicio, olim sylvas in insula fuisse. Etiam agriculturam nuperi omiserunt, veteribus non ignotam. Plurimum inter alimenta utuntur Angelica, & Musco cathartico. Ex cereali spontaneo pacem coquunt aliquam. Autoptes auctor.

§. MDLXVIII.

§. MDLXVIII. *M. Guil. Schwenke.*

Martini Guilielmi SCHWENKE, THOMÆ F. Officialium plantarum catalogus, quæ in horto medico aluntur, qui Haga Comitum est. Haag. 1752. 8°.*. Plantarum 596. nomina Linnæana, inter quas oppido raræ aliquæ, ut arbor, quæ Sago fert, & Arak.

EJUSDEM *Verhandeling over de Cicuta aquatica Gesneri* Haag. 1756. 8°.*. Et hanc, & Virginicam Cicutam hujus similem, delineat, occasione trium purorum ab ejus efu enectorum. De animalibus fronde Taxi enectis.

EJUSDEM *Beschryving der gewassen, welke meest in gebruik zyn* Haag. 1766. 8°.*. Nomina, sapor, odor, vires medicatæ; plantæ ipse 586. peregrinæ aut indigenæ. Subjecta Schwenkia, novum genus, Gratiolæ adfine. Rariores passim plantas recenset, Simarubam cum Berberide & Calamo, Quassiam cum Ledo. Cicutæ ufum internum rejicit.

§. MDLXIX. *J. Armstrong. Angli.*

Jobu ARMSTRONG History of the Island of Minorca London 1752. 8°.*. Etiam naturæ fructus recenset, vinum, Capparin, Oleam, Opuntiam, Myrtum, Glandes, olera. Recudi curavi in itinere collectione Gottingensi.

Letters of several parts of Europe and the east written in 1750. London 1752. Video tribui cuidam MATTHEWS.

CHURCHILL *Collection of voyages and travels* London 1752. fol. 8. Vol.

Pharmacopœa Edinburgensis pauperum Edinb. 1752. & Anglice London 1753. 1758. 8°. 1759. 8°. 1763. 8°. Francofurt. 1759. 8°. 1760. 8°. Genev. 1761. 8°.

§. MDLXX. *Carolus Alston.*

Caroli ALSTON, Professoris Edinburgensis, Index medicamentorum simplicium triplex Edinburg. 1752.

EJUSDEM *Tirocinium botanicum Edinburgense* Edinburg. 1753. 8°.*. Continet viri solertis opuscula. Dissertationem de re herbaria fere LINNÆO oppositam. Sales plantas etiam valde dilutos occidisse: nocere etiam calcem, neque plantas a terra lixivium passa minus ali. Contra sexum plantarum. Spinachias feminas absque vicinis maribus fructus protulisse. Nomina novata reprobata. Gomphrenæ nullum putat sensum esse. LINNÆUM proprias leges non observare: neque easdem esse vires plantarum, quæ ad unam classem botanicam pertinent.

In P. II. Reperias LINNÆI fundamenta botanica.

In P. III. Catalogum plantarum, quas Cl. vir quotannis solet demonstrare.

EJUSDEM *Dissertation on botany translated from the latin* Edinb. 1754. 8°. Pato idem esse opusculum, quod secundo loco diximus.

(*Bibl. Bot. T. II.*)

G g g

Ln

In Diario *Essays and observations physical and literary*, &c. T. I. Edimburg 1754. 8.* fufam difertationem contra fexum plantarum inferuit. Plantas feminas non fecundatas femina perfeciffc. Plerasque tubas anthera longiores effe, & illam pollinem in aetern liberum diffundere.

IDEM Opii analyfin dedit in T. V. *Essays of a Society at Edimburg*.

EJUSDEM *Lectures on the materia medica containing the natural hiftory of drugs their virtues and dofes* a morte auctoris prodierunt London 1770. 4.* 2. Vol.* curante JOHANNE HOPE. Opus collectitum, fed accurato de rebus & fcriptoribus iudicio fcriptum, ut etiam difpenfatoria comparet, temere mutata fimplicia indicet, de viribus nimis dubitet. Herbarum infufum theiforme, fed longiori tempore paravit, & aliqua inde ad vires herbarum illuftrandas eruit. De fcriptoribus materię medicę, fed paucis iudicat. GEOPRO errores & furta detegit. Propria multa non habet, & nuperrime detectas medicatarum fimplicium fpecies non fatis tenet. Paffim tamen aliquas medicas utilitates ab experientia indicatas adnotat, ut de vi purgante feminum cataputize, quorum nulla fit acrimonia. Iridis flavę radices acerrimas effe, adeo male pro Aëro adhibitas. Rheim cum Rhapontico comparavit.

In T. II. quo multa peregrina medicamina traduntur, videtur mihi recentiorum fcripta, & priores etiam fontes minus copiofe legiffe. Paffim propria habet de medicamentis cogitata. Ita myrrham de croci narcotico vapore aliquid habere; fic Coffeam, ex cujus potu fcomotiam ipfe fenferit. Granis Kermes, quę refert ad vegetabilia, parum tribuit, & malignum quid fufpicatur fubeffe. Infufum unius drachmę Sennę fufficere ad purgandam alvum.

§. MDLXXI. *Jac. Richardson.*

Jacobi RICHARDSON *Hallandia antiqua* Stockholm. 1752. fol.*. Confilia de ferendis fylvis, non recepto more, abfque feminario, & transplantatione. Eriam folo igne deftrui.

§. MDLXXII. *Chevalier.*

CHEVALIER (an J. DAMIAN) Medici Parifini, qui in Hifpaniola medicinam fecit, *Lettres fur les plantes de S. Domingue* Paris 1752. 8.*. Reliquę epiftolę non funt hujus loci. Plantę ab Andrea MINGUET anno 1713. in catalogo collectę fuerant, cum viribus medicatis; aliqua adjecta ex D. POUPEPÆ des PORTES & LABATO. Descriptiones non malę, vires medicatę paffim novę. Poinciana adverfus febres nihilo cortice peruviano deterior; tum cortex Mangle rubri. Jalapa Hifpaniolę deterior eft, Sennę nomen ad herbam traductum. Bois d'Inde hic dicitur, quod Amomum Anglis feu cortex Caryophyllatus.

In *Chirurgie complete* cum falfo titulo Paris 1752. 12.* edito, inque Tomo II. exttat materia medica, & fimplicium medicamentorum cenfus alphabeticus, cum dofibus & virium medicatarum brevi indicio.

§. MDLXXIII.

§. MDLXXXIII Germani aliqui.

C. F. von dem BORNE Beschreibung einer neuen Erfindung, allerley Getreid mit geringen Kosten und mit Ersparrung der halben Ausfaat auszusäen, unterzupflügen und zu egen, mit beygefügter Zeichnung der Maschine Berlin 1752. 4.*

EJUSDEM Beantwortung gegen KRETSCHMARS Gedanken über seine Säe- und Acker-Maschine Berlin 1752. HAUSVAT.

J. HUBNER Natur- Kniß- Gewerks- und Handlungs- Lexicon Leipz. 1752. 8*.

Reglement für Prediger, Küster und Schulmeister der Churmark Brandenburg, wegen Pflanzung der Maulbeerbäume 1752.

Georgica Bavaria, oder aconomische Anzüge und gründliche Nachrichten München 1752. HAUSVATER.

F. GERBER'S Ostindische Naturgeschichte, Sitten und Alterthümer, insonderheit der Malabaren Halle 1752. 8*.

L. BALAGER'S Gränlandske relationer Kopenhagen. 1752. Si huc facit.

J. E. G. Rechte und erfabrne Färber- Kniß Langensalza 1752. 8*. 1756. 8*.

Vorschlag einer nützlichen Zimmer- Anlage, nebst einigen Anhängen, wie man bey den Waldungen den Holzverkauf pflegen, den baldigen Anflug des jungen Holzes zuwege bringen, und dem Holzmangel abhelfen konnte Ulm 1752. HAUSVAT.

J. F. T. Von der Seidenwürmer Fütterung, Wartung und Pfliegung Quedlinburg 1752. HAUSVATER.

Herr. G. Just. VARNHAGEN De praesantia medicamentorum simplicium Goting. 1752. 4.*

C. G. T. STRUVE Exercitationes Academicae I. de materia medica Erford. 1752. 8*.

J. Gottfried v. HAHN, vir eruditissimus, de veris MESSAE Syri scriptis non desperatis, sed sub JANI DAMASCENI nomine conservatis Breslau 1753. 4.*

Christ. Lud. CRAELLIUS Observaciones de privilegio seminis & seminum Witteberg 1752. 4*.

Carl Grouber LUDOVICI Vollständiger Kauffmanns- Lexicon T. I. Lipf. 1752. 8.* &c. & novae editionis Tomi 8. Lipf. 1767. 1768. 8*. Continet etiam plantarum breves descriptiones & utilitates.

Georg Heinrich MARTINI De thuris in veterum Christianorum sacris usu Lipf. 1752. 4*.

STYLANDER Zufällige Gedanken von der Natur und Fortpflanzung der wilden Bäume, wie die Verbesserung der Forste mit Nutzen vor die Hand genommen werden
G g g 2

den künne Wolfenbüttel 1752. 4°. Latet sub hoc nomine Cl. v. BROKE. Multa methodica habere, cum parum methodicus sit & asper. M.

EJUSDEM *Wahre Gründe der physicalischen und allgemeinen Forstwissenschaft* Leipzig 1768. 8°. 2.Vol. Arbores lylvaticæ, earum natura & utilitas. Viscum non ab avibus feri, sed vegrande esse genus musci. De ulmo ejusque femine, & usu. Ut arbutulæ transplantentur. Contra torfam. De plantandis sylvis &c.

EJUSDEM *Betrachtungen von einigen Blumen, deren Bau- und Zubereitung der Erde* Leipzig 1767. 8°. Florum amator, qui non optimum solum colit. Fufe de auriculis. Pulchras obtineri species fatis feminibus pulchrarum specierum. De Tunicis; belgicas stirpes humano fimo præcipitari, & cito interire: semen fumendum ex floribus luteis obtulis, neque dentatis. Anemones radices macerandas. Semina leucojorum flore pleno colligenda ex plantis, quibus alioquin jam sex petala, & tres sunt in filiqua loculi. Hyacinthos batavicos facile perire aut degenerare.

Erbauliche Betrachtung über die Herrlichkeit der Schöpfung in den Gärten und Feldern Hamburg 1752. 1753. 3.Vol. 8°.

Vollständiges Hambaltungs-Lexicon Bamberg 1752. 8°.

G. C. S. (Georg Conrad SCHMIDT) *Wahre Eigenschaften des Rheinweins* Maynz 1752. 8°. Professoris Moguntini, discipuli nostri. opusculum. De vini Rhenani præstantia, fermentatione perfecta, terra martiali, ipso sapore & odore. Gallica vina non perfecte se depurare. Acorem non nocere, neque calculum vesicæ facere, quem colvat.

Carolus Henricus OBERLIN *De Opio liberibus in medicina adhibendo* Argentor. 1752. 4°.*

J. Henricum BONHOEFFER *De Saccharo ejusque viribus* Altdorf. 1752. 4°.*

J. Nicolam FUNCICIUS *De Lauto Apollini sacra* Marburg. 1752. 4°.*. Literaria.

Christiam. Gotthilf KIESLING *De succis plantarum* Lips. 1752. 4°.*. Aquam non esse verum plantæ alimentum. Succos plantæ mutari in fabrica cellulosa. Inesse his succis falem acidum, alcalinum, oleum, spiritum rectorem, mucilaginem.

J. Jacobi SCHILLING *Phytologia Specimen* I. II. III. Duisburg. 1752. 4°.*. Fabrica plantarum. Pro vasis & receptaculis aereis in plantis, & plantarum respiratione. Sudor & perspiratio. Succus est terra tenuissima, in aqua diluenda. Fructus, semen, flos, sexus duplex.

Das allerneueste Pariser Kochbuch Strasburg 1752. 8°.

Die Nürnbergsche wohl usserwiesene Kochin Nürnberg 1752. & 1753. 8°. a. Theile. S. MDLXXIV.

§. MDLXXIV. Nic. Trotzelim.

Nicolaus Blicbert TRÖTZELIUS & HAUSWOLF *Anmärkingar wid Suiogshernes fordra buskodssett* Stokholm 1752. 4^o. Vetus tam Sueciam passim fertiliorem fuisse quam sit nupera: maximum agricolis honorem habitum. Non nuper cerealia, triticumque & Secale in septentrione coli. Vestigia esse etiam fructuum horzorum.

EJUSDEM *Es traskmachin* Stokholm 1754. 8^o. Molendini delineatio, quo frumenti grana de stramine excutiuntur.

ANDERS ROSENSTEN'S *Tankar om skogans skotsel eller Underrättelse om wilde vråns natur och egenheter* edidit CLAR. TRÖTZELIUS Stokholm 8^o.

Beproofvad sätt at bereda lin och hampa til finaste spånad och wafnader Stokholm 1752. 4^o. An idem l. cum l. *om lin och hampa plantering* Stokh. 1764.

A. BERCH. & AND. OLDBERG *Tankar om underwisingen i landbruk* Upfal. 1752. 8^o. Juentutem debere ad agriculturam informari.

In P. III. (1759.) De diversis Sueciz aratris.

§. MDLXXV. Galli Varii.

Pierre BRODIN de la JUTAIX *Pierre philosophale, qui consiste en la multiplication des grains, des fruits, des fleurs, &c. de tous les végétatifs* Paris 1752. 12^o.

Notice des lieux ou croissent les meilleurs vins de Bourgogne in Nouv. recherches sur la France citato in QUERLON affiches 1752.

THIERRIAT *Observations sur la culture des arbres à haute tige, particulièrement les Pommiers* Angers 1752. 12^o. vel 1753. (*Journ. Sav.*) 1760. 12^o. Italice Firenze 1767. 8^o. A peritis laudatur.

EJUSDEM *Instruções familières sur les principaux objets, qui concernent la culture des terres, &c. deux mémoires fort intéressans sur les bois* Paris 1763. 12^o. 1764. 12^o.

Catalogue des plm excellens fruits, qui se cultivent chez les charvreaux, &c. Paris 1752. 12^o.

CAMIL L. FALCONET & L. ANNA LAVIROTTE *E. legitima vulnerrum sanationi promovenda cortex Peruvianum* 1752.

DU HAMPEL du MONCEAU & de la GALISSONNIERE *Avu pour le transport par mer des arbres, &c.* Paris 1752. 12^o. tum Paris 1753. 12^o. que nova est editio. Ut plantæ optime siccentur, & in hortum siccum compingantur. Arboribus cum radiculis minoribus terræ aliquantum relinquendum, aut cum vidi

ridi cespiti naturali transferendas. Americanas aurantias in Gallia parum feliciter provenire. Siccatae ficus semina fecunda esse. Recentem muscum in universum semina bene tueri, &c. Practicæ & simpliciter. Germanice prodiit Hafniae 1756. 8°. * *Vor schläge, nach welchen der Transport der Basone, &c. zu veranstalten ist.*

Recueil des Pièces en Perse, &c. en vers de l'Acad. de la Rochelle Paris 1752. 8°. De taxi qualitativibus.

Spiritus Claudius Franc. CALVET & COLLIN E. potus Coffea quotidianus valitudine tuenda vitæque producenda noxius Avignon 1752. 4°.

La cuisinière bourgeoise Paris 1752. 12°. Avignon 1756. 12°. 2. Vol.

Description de la vraie méthode de la plantation du Tabac Paris 1752. 8°.

N. LURUS *De la vraie agriculture* Paris 1752. 4°. HAUSVATER.

LAURENS *Cours de médecine pratique & usuelle.* Adnuntiavit nunquam vero, quod sciam, edidit. Inde dedit *Discours sur les véritables moyens de connaître la vertu des médicaments, &c. la préférence, qu'on doit donner aux remèdes simples sur les composés* Douay 1752. in *Mém. de Trévoux.*

Mémoire pour les herboristes de Paris, Paris 1752. 4°.

§. MDLXXVI. C. *Aurivillius.*

Cavali AURIVILLII ex opere cosmographico Ibn ALWARDI particula latine versa Upsal. 1752. 4°. * olim a nobis citata. Cl. Editor plurimas adnotationes adjecit, plantisque Arabicis sua nomina Europæa adjunxit.

§. MDLXXVII. M. *Müller.*

Martin MULLER Gründlicher Bericht vom Torf von Taubenried, &c. Ulm 1752. 8°. * Vir bonus cives suos ad fodiendum cespitem bituminosum excitat. Igne etiam subjecto ejus naturam exploravit, aquam olentem extrahit acidulam; pingue quid album, tunc oleum butyraceum. Negat cespitem renasci.

§. MDLXXVIII. *Misc. Nat. Cur.*

In *Eph. Nat. Cur. Vol. IX. obs.* *Wolfgang Thonus RAV De Sempervivi in puerpera noxio usu.*

Vol. X. De effectibus perniciosis Solani furiosi seu Belladonnæ.

§. MDLXXIX.

§. MDLXXXIX. *Petrus Læfing.*

Petrus LOEFLING, qui de gemmis arborum sub LINNÆO disputaverat, dedit in *K. Svenska vetensk. Handl.* 1752. *Trym.* 2. descriptionem duarum elegantium Corallinarum, cum iconibus.

IDEM *Hijpaniam & Americam* meridiionalem petiit, ut plantas conquireret. Ita natum est iter *Hijpanicum*, eller resa til Spanska landerna uti Europa och Amerika, *forfattad ifron* anno 1751. til 1756. med beskrifningar öfver de märkvardigle växter Stokholm 1758. 8.* Germanice Berlin 1766. 8°. In itinere haud longe Oronoko anno 1756. ex morbo oblit; ex chartis vero relictis hæc servata sunt. Plantæ primo Hispanicæ rariores, iuter eas Loßingia, Minuarta, Ortega, Queria, Velezia. De herbis ficcis in *Ejcuriale* servatis, Americane plantæ, fere novæ, aut minus accurate descriptæ fuerant. Hinc plurima nova genera constituuntur, his non recensenda. In Banisteria fructus secundari nequit, ut necesse sit, si subire debet pollen antherarum, in receptaculo subire.

§. MDLXXX. *Dinria Germanica.*

In *Hanoverschen gel. Anzeigen* 1752. & 1754. aliquot de torfa libelli.

Im *Hamburgischen Magazin* T. VIII. *Friderici Christiani LESSER* conspicuus ex Camphora vapor. BAZINI aliqua. *J. Aug. UNZER* de millefoliis viribus in hæmorrhoidibus.

In T. X. Cl. SCHMERSAHL de putatione arborum. Figura globi imperialis in ligno expressa.

In *Gottingschen Anzeigen* de Spigelix, & Phytolaccæ viribus, & de torfa actum est.

§. MDLXXXI. *Daniel Gottfried Schreber.*

Daniel Gottfried SCHREBER aliis quidem potissimum œconomix publicæ partibus se dedit, aliquas tamen botanices partes, & utiliter adigit. Huc numeres *Historisch - physisch - und œconomische Beschreibung der Weidens, desselben Baues, Bereitung und Gebrauches zum Farben* Hall. 1752. 4.*. Per aliquot annos Ifatidis cultum cominus in Thuringia inspexit, ipse demum plantam coluit. Eam describit & delineat, glabram & sativam; spontaneam hirsutanque improbat. Cultum omnem exponit pilasque, earum putredinem & trituram. Tunc usum in tinctura. Negat vir Cl. absque Ifatide pannos cœruleo colore tingi, qui soli resistat. Multa edicta huc pertinentia, libellique. *Lavrentii NISKA & Henrici CROLACH.* Ipse vir Cl. sperat, putredine in folia Ifatidis introducta, sedimento collecto, aliquid Indici simile obtineri posse.

EJUSDEM *Vom perennierenden Sibirischen Leine und dessen auch bey uns mit Nutzen einzuführendem Baue* Hall. 1754. 4.*. Ipsi in horto coluimus, facilem plantam, altiorem, duriozem, omnis frigoris patientem, & terræ.

EJUSDEM

EJUSDEM *Sammlungen verschiedener Schriften, welche in die Policey-Cameralf- und andre Wissenschaften einschlagen*, coperunt edi Hallæ 1755. 8.* ad 1765. tom. 16. In parte I. varia œconomica ad regnum vegetabile pertinentia, ut Rubix cultus in Magdeburgensibus, Hordei *fruticosi* major fecunditas. De Hordeo spicaramosa. De tuberibus Germanicis, minus aromaticis. De utilitate Caplici in variolis ovium, casu detecta. De perfectione Ifatidis, ut Indico æqualis fiat. De Cedris Sibiricis (Pinastro). De Arnicæ usui ad vulnera armentorum. De fementis in calidum cinerem factæ ubere fœnore.

Tom. II. anno 1756.* Anagallis ovibus non nocet. Spergule cultus. Ustiliginem esse ab imperfectis granis fementis. De Secalis corniculati usui noxio, & nato inde mobo convulsivo. De Lathyro tuberoso.

Tom. III. anno 1758.* Plantarum circa Hallam nascentium catalogus, & earum ad pascenda pecora, aliæ utilitates. Sed meras plantas utiles in prato tolerare, vires superat humanas, & multa sicca innocua sunt, quæ recentia urebant. Laudes Vicix Sibiricæ maximæ. Arsenici halitu gramin venenari. Speltam commendat. Papis certe separat a Battatis.

Tom. IV. anno 1759.* De lætamine, & emendanda terra.

Tom. V. anno 1760.* De cespitis bituminosi cultu in Bruçtero monte, & de carbone inde parato. De transmutatione Avenæ in Secale lites aliqur. Ut Rubi & Cardui eliminentur. Urtica & Spinachia pro pabulo armentorum. De cultu Asparagi, Napi. Carbone vitiatâ grana non dare segetes vitiatas.

Tom. VI. anno 1760.* De Fungis & de plantis venenatis conversi libri cum notis SCHREBERI. Merulium ego inter minime suspectos habeo. Triticum Polonicum. Gramina noxia. De Panico Schwaden.

Tom. VII. WESTFELD de molendinis ad linum molliendum. De Cerevisiis Anglicis. Reliqui Tomi fere libros aliunde conversos continent.

EJUSDEM *Opuscula subseciva de animalculis & plantis quibusdam marinis* T. I. Haarlem. 1761. 4.*. & T. II. ibid. 1762. 4.*. ad 1765. 4.*. Aliqua de plantis marinis.

In T. II. P. III. agit de Salicornia, characterem dat, ostendit ejus salem a sale Sodæ diversum esse. De Fuco & ejus seminibus. Alia planta marina, monosperma, Norvegica.

IDEM in *verhandelingen der Holl. Maatschapp.* T. IV. de Opio egit. Plethoram augere, &c.

IDEM *verhandeling over de voortteeling der dieren en planten* Haarlem 1768. 8.*. Pro vi fecundante pollinis masculi in plantis, ut tamen non contineat elementum novæ plantæ. Inde expositio systematis LINNÆANI, a staminibus & tubis sumti.

§. MDCLXXXII. *Galli aliqui.*

In *Mém. de l'Acad. des Sciences* anno 1757. Cl. MONTET ostendit, salem ex Nixivo Tamarifici natum verum esse salem Glauberianum.

Pharmacopée des pauvres Paris 1757. 12*. Francof. 1766. 12*. nisi est Edinburgensis.

L'art de cultiver les Mœuvres blancs, d'élever les vers à soie & de tirer la soie de cocons Paris 1757. 8*. ed. 2. HAUSVATER.

Raymondi de la RIVIERE Ergo in farinosissimis diversis modis preparatum in aumonia caritatis presidium Paris 1757. 4.*.

In anno 1757. *Diarium* C. A. VANDERMONDE Mr. BEAUREGARD De felici effectu Fraxini adversus viperæ morsum. Mors infantum ex usu Belladonnæ. De veneno Mançanillæ. In

In *Observations périodiques sur la physique & l'histoire naturelle* anni 1757. Specimen exstat florum, cum coloribus impressorum, sed tritium & fuscorum uti diximus. Inde Acaſchu & Ananas depinguntur, aliæque plantæ, cum confuſa Manyocæ & Caſſavæ historia.

Traité du bon choix des médicamens avec la manière de bien proceder a leur compoſition, des remarques & des observations sur l'eſſe qu'ils produiſent &c. Pont a Mouſſon 1757. 8°. 2.Vol.

MAGENIS vertit ex Anglico *Cours de Chirurgie avec des remarques ou l'on a joint la préparation & les eſets de l'Agaric de Chine dans les hemorrhagies* Paris 1757. 12°.

Secrets utiles & éprouvés dans la pratique de la médecine & de la chirurgie. Augm. d'un traité du Caſſis & du manuel des médecins chirurgiens Paris 1757. 12°.

P. TOLOMAS *Dissertation sur le Caſſé* Paris 1757. 12°.

D'ARCERZ *Histoire naturelle du païs d'Avon de ses cotes & des provinces limitrophes* Paris 1757. 4°. Producta regionis, vinum, sylva &c.

§. MDCLXXXIII. *Diaria Germanica.*

In *Hamburger Magazin* T. XVIII. De Camphorifera arbore Dresdenſi, & de Camphora inde cum aqua & femisecis foliis & ramis præparata.

T. XIX. De utilitate Hippocastani ad alendas apes.

Brenniſches Magazin zur Ausbreitung der Wiſſenſchaften am Engliſchen Monats-Schriften geſammelt Bremen 1757. 8°. & ſequentibus. Titulus rem ipſam indicat: HILLII de ſomno plantarum, & alia minora opuscula Anglorum hic reperias.

Oeconomisch-phyſicaliſche Nachrichten T. XI. anni 1757. Habet viticulturam Miſſiſſicam. Revocatio eorum, quæ contra Onobrychidem dicta fuerant. NAHL de vitis cultu. Nobilis Luſati de perficiendo cultu Graminis.

Tomus III. *Aſtorum Societatis Helvetica* anno 1757. prodit 4°. In eo quæ occurrunt alibi diximus.

Novorum Aſtorum Academia Leopoldino Carolina Vol. I. Nuremb. 1757. 4°. botanici argumenti habet poſthuma aliqua BUXBAUMII, & TREWII de Cedro lib. & alia ſuo loco dicta.

Carlsruher Wochenblatt — Nachrichten zum Erbau der Policy, des Handlung-Weſens &c. Carlsruhe 1757. 4°. 175.

Phyſicaliſch-œconomische Wochenſchrift Stuttgard 1757. P. I. & II.

§. MDCLXXXIV. *Itali.*

In *Commentariorum de Bononiensi Scientiarum & artium instituto* T. IV. Bononiæ 1757. 4.* excuso *Vincenitius MENGHINI* a Camphoræ odore varia animalia, aves etiam & denique feles vidit necari.

Ferdinandi BASSI, viri humanissimi, *Iter alpinum* (in Montem Apenninum) & novæ aut melius definitæ *Ipecies Verbasci*, *Hyperici*, *Rapunculi*, *Linarizæ*.

In P. I. Tomi V. *Commentariorum Academiæ Bononiensis*, Bonon. 1767. 4.* descripsit *Ambrosinam*, similem *Aro* (taminiibus in peculiari scapo natis). *Exprefum* in præduro lapide folium.

Absque nomine suo opus edidit *delle acque Porrettane* Rom. 1768. 4.* ubi etiam plantarum dat catalogum, circa eas aquas nascentium.

In eodem Tomo V. *TROMBELLI* De telis ex Genitizæ corticis textis.

FRANCISCO CONTUTI CALTELVEURO *Le Georgiche del Virgilio volgarizzate* Modena 1757.

§. MDCLXXXV. *Med. obs. of a Soc. of Phys.*

Medical observations and inquiries by a society of physicians in London cepit prodire anno 1757. 8.* Germanice *Altenburg* 1764. 8.* *Practici* fere argumenti sunt omnia, intercedunt tamen aliqua, quæ herbas tangunt, ut *Scammonææ* descriptio, cujus folus de radice incisa succus alvum ducit. De plantis amaris *Helveticis*, adversus *scrophulas* utilibus. *Ipecacoanhæ* parvis dolibus exhibitæ vires salutares.

Johannus FOTHERGILL *Novum gummi Africanum*, adstringens. *Gummi de Pau de Sangre*. De *Sarsaparillæ* efficacia in malis venereis. Ope gummi vulgaris olea cum aqua misceri posse.

§. MDCLXXXVI. *Alta Moguntina.*

Hoc anno prodit Tomus I. *Actorum Academiæ Elect. Moguntina Scientiarum utilium*, quæ *Ersfordiæ* est, Erford. 1757. 8.*. *D. NONNE* expertus est, neque *Carthamum* ossa tingere animalis, eo palti, neque *Urtidem*. *Character Boleæ Yervæ Moræ*. *JACOBI* ex carbone vitium cum sale fixo lixivioso colorem facit cæruleum, in stillato oleo vitrioli. *J. B. MULLER* alias arbores melius provenire, quæ arboribus hactenus uno loco natis succedunt.

§. MDCLXXXVII. *Alta Lusitana.*

Der medicinischen Societät in Budisfin Sammlungen und Abhandlungen *Attenburg* 1757. 8.*. *Novum* pariter est *Collegii medici diarium*. *D. HENNING* opii analysin instituit. Tostione loco extracti aquosi resina obtinetur, quam spiritu salis *Armoniaci* in extracti naturam restituit. Ab ejus usu omnia vasa minima canis sanguine plenissima. Pleraque clinici sunt argumenti.

§. MDCLXXXVIII.

§. MDCLXXXVIII. *Åsa Danica.*

Oeconomische Gedanken zu weiterm Nachdenken eröffnet, ex Danico versa per Christum Gottlob MENDEL Hafniae 1757. 8. & seqq.* Tertio capite de agricultura agitur, quam in Dania dolet rusticis relinquere. De agricultura Norvegia, male neglecta. De agris in Gulbrandsdalen irriguis. In tomo tertio 1768. laudatur cultus Fagopyri, & Sambuci.

In *Mercurio Danico* Cl. JENSEN morborum dat historiam, & potissimum aliquot exemplis vim pleuritidi adversam Senecæ confirmat.

Danemarks och Norges ekonomisk Magazin Hafn. 1757. 8.*, cura, ut videtur, E. PONTOPPIDANI. De agricultura Norvegia: de ferendis sylvis, de Napo colendo, de Lupuletis, de Populo tremula, de hortis cleraceis, de variorum regionum in Dania historia economica, de vitis agri Norvegici, de colendo Chrysanthemo segetum, aliisque malis herbis, de meliori aratro.

§. MDCLXXXIX. *Åsa Britannica.*

Etablissements d'une Societè d'agriculture, de Commerce & des Arts dans la Province de Bretagne Rennes 1757. 8.*. Primi Commentarii Rhedonibus anno 1760. prodierunt 8.* Paris 1761. 12.* cum titulo *Corps d'Observations de la Societè d'agriculture, de Commerce, & des arts établie par les Etats de la Bretagne les années 1758. & 1759.* Cultus Trifolii purpurei fativi bene succedit: sic Medica, quam in pulvillos ferunt. De Cannabis dealbatione. Occa nova dentibus mobilibus.

Ecole d'agriculture Paris 1759. 12.* & *Ackerbauerschule* ex Gallico M. de MONTAUDOUIN versa a P. HOMANNO Lipsi. 1759. 8.* Laudes agriculturæ, Consilium instituendarum Scholarum, in quibus artium utilissima doceatur, & quæ variato cultu experimenta faciant, ut desiniant, quinam labor sit quæstuosior.

§. MDCXC. *Mich. Venegar.*

MIGUEL VENEGAS, SOC. JES. *Historia natural y civil de la California* Madrid 1757. 4.* 3. Vol. Anglice versa 1759. 8.* 2. Vol.*. Gallice 1767. 12.* 3. Vol. per Fr. MARCIUM ANS. EIDOU. Germanice Lemgow 1769. 4.* Maxima pars ad historiam missionum spectat, terræ tamen dona non negligit, ut Pitahayam, Fago similem, carne Ficus, præcipuum ejus regionis alimentum. De Manna vera ibi reperta: de vino a Jesuitis culto.

§. MDCXCL *Marcandier, & Galli aliqui.*

MARCANDIER *Mémoire sur sonne nouvelle manière de préparer le Chanvre* agit in *Journal économique* anni 1757. & plenius in *Traité du Chanvre* Paris 1758. 12.*. Cannabin macerat, donec gummi ab eo discendat, quod fit facilius, si in cauda aliquoties maceraveris. Ex rejectaneis ferici speciem non unius usus per-

perficit. Deinde de Hippocastani fructu agit, quem jubet deglubere, & conterere, sic cum aut pro saponem fervire, aut Cannabin emendare. Germanice Freystatt 1763. 8°. adjuctis *Auszüge anderer Schriften von dieser Pflanze.* Anglice *Treat. on hemp* London 1764.

De CLAIRVAL *Mémoire sur l'utilité des meuriers blancs, la manière de les élever, & celle de soigner les vers à soie* (en Normandie) prælect. in Acad. CA-
DOMENSI. Obtinuit hoc scripto, ut publico jussu in ea provincia mori planta-
rentur.

MENARD *Observations sur l'histoire naturelle de Nismes* T. VII. 1758. 4°. De mineralibus, calore, frigore, pluvix altitudine, barometris. An etiam de plantis ignoro. Auctor phycicorum est D. de BAUX.

BOMARE de VALMONT, pharmacopœi, *Catalogue de Cabinet d'histoire naturelle* Paris 1758. 12°. Habet etiam vegetabilia eorumque partes. Alibi de eo plura.

§. MDCXCII. Jac. Christian Schæffer.

Jacobi Christiani SCHÆFFER, celeberrimi potissimum de insectis scriptoris, & diligentissimi viri in variis ad historiam naturalem pertinentibus artificijs, dissertatio de *Judici botanici facilliori ac tutiori methodo ad Acad. Roboretanam* Ratisbon. 1758. 4°. Specimen est operis, quod continuo dicitur, in quo id incommodum est, quod tabulæ æneæ præsentia genera, & hujus anni characteres LINNÆANOS in compendium redactos contineat, a proxima vero editione generum LINNÆANORUM fere inutiles reddantur.

EJUSDEM *Isagoge ad botanicam expeditiorem* Ratisbon. 1759. 8°. Interpretatio partium plantarum LINNÆANA: exempla classium in pictis floribus propo-
sita: defensio ejus systematis, & aliqua de alijs methodis. *Frustris me non oportuerat accensuisse.*

EJUSDEM *Botanica expeditior* Ratisbon. 1760. 8°. Præmissus est Catalogus generum LINNÆI, & icon Cytisi Ratisbonensis. Inde genera plantarum LINNÆANA, in tabulas 55. æneas collecta, in quibus calyx, corolla, stigma, pericarpium, & semen breviter definiuntur: Subjunctæ tabulæ characterem LINNÆANORUM, ad ordinem RIVINI & TOURNEFORTIANUM, nempe secundum petala, eorumque regularem situm, aut irregularem.

EJUSDEM *Erleichterte Arzneywissenschaft* Ratisbon. 1759. 4°. Plantæ medicæ descriptæ, cum loco natali, & viribus, ex ordine LUDWIGIANO, addita synonymia ex varijs linguis. Voces, quæ partes plantarum designant, Germanice redditæ. Demum classes RIVINI, TOURNEFORTII & LINNÆI, cum tabulis æneis pictis, duabus.

EJUSDEM *Der Gichtschwamm mit grünlichleimichtem Hute* Ratisb. 1760. 4°. Phalli perforati progressus ab ovo ad perfectam plantam, etiam microscopica specu-

speculatione adhibita, & analysi chemica. Semina rotunda in glutine pilei. Caulis laminis fit plicatis, unde velox incrementum.

EJUSDEM *Icones & descriptiones Fungorum quorundam singularium & memorabilium* Ratisbon. 1761. 4.*. etiam Germanice. Fungi aliqui multicipites, ex stipite proliferi, & ex capite, denique connati. Non credit Auctores, Fungos per femu multiplicari.

EJUSDEM *Fungorum, qui in Bavaria, Palatinatu & circa Ratisbonam nascuntur* Centuria I. & II. Ratisbonæ 1762. 1763. 4.*. 2.Vol.*. Ducenti Fungi vivis coloribus picti, cum incrementis, & variis ætatibus. Prima Centuria Amanitas continet: altera alias plantas ex Fungorum classe. Expressæ particulae pollinis, qui pro feminali habetur. Subinde plusculæ tabulæ eundem Fungum repræsentant, quod vix evitari potest. Sermo brevis, latinus & Germanicus.

Tertia centuria nuper prodit, quam nondum vidi.

EJUSDEM *Muster und Versuche, ohne alle Lumpen, oder mit einem geringen Zusatz, Papier zu machen* Regensburg 1765. 4.*. Industria machina chartæ variæ, potissimum crassiores & involvendis mercibus destinatæ, fabricatæ, quarum adjecit specimina, hoc in volumine quindecim. Optima est, quæ ex pappo Populi nigre paratur.

Zweyter Band Ratisbon. 1765. 4.*. Ex Urtica, ex Clematide, ex stipitibus Brassicæ meliora sunt specimina, quæ in universum sunt 19.

EJUSDEM *Neue Versuche und Muster, das Pflanzen-Reich zum Papiermachen und andern Sachen wirtschaftlich zu gebrauchen* Regensburg 1765. 4.*. Sericea quasi & mollis charta ex Linagrostide, bona ex caulibus Onopordi, non mala ex Conserva. Inde telæ coloratæ bonæ, textæ ex pappo Populi. Exempla 21.

EJUSDEM *Zweyter Band*. Alba charta & mollis, *aus der Seidenpflanze*, exque Malva hortensi & Chenopodio segetali, exque ligno pinco. Ornamenta feminarum reticulata (Spizen) ex foliis Alues.

EJUSDEM *Dritter und letzter Band* ibid. 1767. 4*. Charta facta ex conis pineis, Solano tuberoso, asserculis ligneis.

IDEM in *Dresd. Magaz.* T. II. de utilitate œconomica pappi Linagrostidis alpinæ, & pappi populinei, egit, ad chartas, ad ellychnia.

Ubique plantas aliquas sculptas addit, cum suis coloribus. Fatetur cæterum, chartæ perfectionem esse fere a diuturno tritu, neque pannis careri posse. D. BRUYZET Lugduno pulcherrimum specimen misit, ex nigra factum Populo.

§. MDCXCIII. *Onil. Borlase.*

Wilhelmi BORLASE V. D. M. The natural history of Cornwall, the air, climate, waters, stones, semimetals, metals, tin, iron, copper, gold, vegetables, rare birds, fishes, shells, found in Cornwall Oxford 1758. fol..* Ad fossilia quidem potissimum respexit: de agricultura tamen aliqua habet, de fucis eo sine adhibitis, putridisque piscibus, & terra de cellis eorum effusa, qui pisces vendunt. Vigecuplam inde messem provenisse vidit. Plantas etiam aliquas rariores recenset, & nonnullas delineat: viresque etiam medicatas addit.

An account of the European Settlements in America London 1758. 8°. 2.Vol. Continet equidem rem mercatoriam & politicam, in compendium redactam, pro coloniis Hispanicis, Lusitanicis, Anglicis, Gallicis, Belgicis, Danicis, & in ea plantarum, quæ in usum cedunt humanum, censum aliquem. Gallicæ verâ prodierunt Paris 1767. 12°. 2.Vol.

In *George EDWARD'S Gleanings of natural history London 1758. 1760-1764.* etiam plantæ aliquæ continentur iconibus expressæ, ut *Sorbus edulis*, *tonniniatis*, & *Arbutus*.

Thomas BARNES New method of propagating shrubs London 1758. 8°.

Samuel PULLEYN V. D. M. The culture of silk for the use of American Colonies London 1758. 8°..* Germanice in *Phys. æconom. Abhandl.* n. 14. 15. Sua experimenta cum Gallorum libris contulit. Pars prior ad Moros pertinet, quarum aliquas nigro fructu cum albis vult plantatas, quæ uberiorem dent frondem. Fufe de cultu ad muros, quam figuram præfert, ex semine, ex depactis ramis. Infectionem non probat. Putat, & ramulos fronde privatos defecat.

EJUSDEM Observations towards a method of preserving the seeds of plants in a state fit for vegetation during long voyages London 1760. 8°.

§. MDCXCIV. *Angli varii.*

William HANBURY Essay on planting London 1758. 8°. Ad pios usus vir optimus innumeras arbores plantavit, moriensque vegetas reliquit piis casibus destinatis.

EJUSDEM neminis scriptor cepit anno 1770. fol.* edere *Complete body of Planting and gardening.* Terminorum technicorum Linnæanorum expositio. Arbores utiles, earum cultus, potissimum de materia, de varietatibus Ulmarum. Pallim non tutissime plantas distinxit, ut in *Cratægo Aceris folio*, neque satis definitæ sunt plantæ, & nomina demum truncata, ut in *Pruni*, per quam *Laurocerasum* intelligit &c.

The gardeners new Calendar London 1758. 8°. Opera per hebdomadas divisa, cum satis mala institutione botanica. Pomarium imperite scriptum esse. Ita *Critical Review*, ubi fere ex *MILLERO* additur excerptum esse.

The

The handmaid of the arts London 1758. 8°. habet artem vernicis præparandæ, & materiam pigmentorum.

Job. BALL *Pharmacopœa domestica nova* London 1758. 12°.

James MACKENZIE *History of health and the art of preserving it* Edimburg 1758. 8°. De cibis ex regno vegetabili.

J. Henry GROSE *Voyage to the East Indies* Gallicè versum Paris 1758. 12°. a viro lingue Anglicæ non peritissimo. Pauca aliqua de plantis rarioribus.

Job. GARDINER *De vino* Edimburg 1758. 8°. De vini, etiam de cerevisiæ, viribus analeptics in maxima debilitate.

§. MDCXCV. Samuel Engel.

Samueli ENGEL, viri amplissimi, *Abhandlung vom Roste im Getraide* Tiguri 1758. 8°. Videri rubiginem in Helvetia invalescere: pollinem flavum de rimis pullulare, denique totam plantam nigrescere. In humida terra magis malum fœvere, etiam in Tunicis. Agrum vult priori autumnò arari, & semen lixivio mundari.

EJUSDEM *Traité de la nature, de la culture & de l'utilité des pommes de terre par ses amis des hommes* Lausanne 1771. 8°. absque auctoris nomine. Cultum hujus solani commendat & docet. Non posse Tulliano more coli: distantiam reperiri ampliore: glæream amare. Ut farina ex radicibus fiat, & cum admixta pauca farina cerealis panis. Tentare suadet educare ex femine solanum. Non nocere agro, quem optime ad triticum præparet. Non esse noxium, etsi de solani genere est.

§. MDCXCVI. Galli varii.

Lettre du Chevalier GOUDAR au sujet de la nouvelle charue à semoir Paris 1758. 12°. Antiquum morem serendi defendit.

PATULLO *Essay sur l'amélioration des terres* Paris 1758. 1765. 8°. Amsterdam 1763. 8°. & Germanicè Francofurti 1763. 8°. Scopio viro est quam fructuosissime agrum colere. TULLII quidem cultum rejicit: & plurimum tribuit lætamini, quod oritur ex terris apte commixtis, ut argilla sabulo temperetur, arena argilla. Valde commendat sepibus ex oxyacantha partes sui ruris claudere, & fossa. Optima & pinguisima ad sementini grana præfert. Secale & avenam præscribit, & equos vult hordeo ali. Enixè laudat prata artificialia, trifolii (cum stramine exhibendi), medicæ, onobrychidis, hujus in mala terra levique satæ, tantum ut fimo repetito adjuventur. Has pabularias herbas vult præcocius demeti, quam in Gallia solent. Ad vigecupium fructum ruris his herbis auctum fuisse. Ut ager 300. jugerum gallicorum optime colatur. Bonum solum debere alterno pabulum ferre & frumentum, hinc quotannis sextam partem fru-

menti in pabulum converti, sextam partem pabuli in frumentum. Calculos ponit redituum, & sumtum, & immenſi lucri. Tertiam ſemper agri partem debere ſeno artificiali conſeri. Non neceſſariam videri frequentem illam arationem Du HAMELII. Boves ad labores potius equis præfert. Villas debere diſitas eſſe, & quemque in ſua villa habitare. Commutatione debere agros rotundari, commercium frumenti eſſe quem liberrimum. Vulgarem cultum vix $\frac{2}{3}$ novum ſuumque $\frac{1}{3}$ mas reddere. Ob prata artificialia Angliam triplo minorem plus frumenti terre, quam felicem Galliam. Agriculturam tempore HENRICI IV. meliorem fuiſſe. Ad objectiones reſpondet. Probatuꝛ a P. D'ARJENNES.

GOUGE de CESSIERES *Les Jardins d'ornemens, ou les Géorgiques Françoises* Paris 1758. 8.* Poema de ſorum & arborum hortenſium cultu, non inſicetum, quod arbores deſcribit, nihil tamen vere botanici habet.

J. Philippe LIMBOURG *quelle eſt l'influence de l'air ſur les végétaux Bourdeaux* 1758. 4*. & in n. 20, *Oeconom. Phyſ. Abhandl.*

CREDO *Mémoire ſur la nouvelle culture des terres* Paris 1758. 4*.

Antoine Yves GOGUET *De l'origine des arts & des Sciences & de leurs progrès chez les anciens peuples* Paris 1758. 4*. 3.Vol. Aliquantum huc facit.

Cuiſine & office de ſanté propre a ceux qui vivent avec Oeconomie & regime Paris 1758. 12*.

Nouveau Dictionnaire univerſel des arts & des ſciences Amſterdam 1758. 4*. 2.Vol. Habet etiam plantas, etque Compendium Lexici Trivultini.

Jacob. Carol. LIEGE *Expoſitio de ſpeciebus, que theriacam Senioris Andromachi & theriacam celestem ingrediuntur* Paris 1758. 4*.*. Multa in laudem phlogiſti.

Marinus Jacob. Clarus ROBERT *Ergo rachitidi Rubia tinctorum* Paris 1758. 4*.* Rubia adverſus achores uſus eſt; ſolam tamen aquam cum radice decoctam dedit.

Guilielmus FUMEE *Ergo inveterati alvi fluxibus Sinarouba* Paris 1758. 4*. eadem diſt. quam anno 1730. A. de JUSSEU propoſuerat. Nimis magna doſis vomitum movet, non ita ſemidrachma pulveris, qui tamen unica die & alvi fluxum ſedat & dolores. Optimus cortex ad diurnas diarrheas.

Pharmacopœa Pariſienſis Paris, 1758. 4*. Conf. que de MACQUERIO diximus.

Traité hiſtorique & pratique de la cuiſine ſuivi d'un abrégé ſur la manière de faire les conſitures liquides & autres deſſerts Paris 1758. 12*. SARRY.

TISHAIGNE *ſur la manière de cultiver les vignes en Normandie* lect. Cadorni 1758. edita Paris 1765. 8*. HERRISSANT.

S. MDCXCVII. Itali.

Dominicus VANDELLI *Differſationes de Aſpni thermis, de nonnullis inſectis terreſtribus, & zoophytis marinis &c.* Patav. 1758. 4*.*. Ob Conſervas aliquas male depictas.

In Differt. de *thermâ Patavinâ* Patav. 1761. 4.*. Aliquæ Conservæ & fucus globosus.

In ORTESCHI Diario anni 1764. p. 55. plantas aliquas Ducatus Mediolanensis recenset, novasque ut putat, Aretiam scapis multifloris & Arenariam rotundifoliam.

EJUSDEM Differt. de arbore *Draconis* s. *Dracena* Olyssipon 1768.

Giuseppe GENNARI Lettera intorno la vita e gli studi del fu Giulio PONTERA. Multa opera imperfecta ILL. auctoris doleas interiisse.

P. F. V. *Discorso letto nell' Accademia botanica di Cortona* anno 1758. 4.* De vi venenata *Thymolex perennis*.

§. MDCXCVIII. Antonia de Haen.

In Antonii de HAEN, viri Illustris, *Ratione medendi* passim aliqua pertinent ad plantas medicatas, ut in T. II. de Uva urfi, ad ulcera viarum urinarum utili.

T. III. Iterum de vi salutari Uvæ urfi; de multiplici corticis Peruviani utilitate: de Salicariæ adversus diarrhœam potestate.

In T. IV. De Marrubio, de inutilibus apicibus Abietis, de Plantagine aquatica in renum malis utili.

In T. V. Pergit Uvam urfi laudare.

In T. VI. De viribus medicatis Verbenæ, tamquam amuleti, florum Aurantiorum, Valerianæ.

EJUSDEM *Epistola de Cicuta* anno 1765. 8.*. Se & ipsum vim Cicutæ expertum esse, & amicos in Silesia: inutilem vitam: non vere sanatos, quæ sanati dicebantur: scirrhos fuisse, quos juniores medici pro caneris habuerint.

§. MDCXCIX. L. A. Jaussin.

Louis Amand JAUSSIN (ancien apothicaire major) *Mémoires historiques, militaires, politiques du Royaume de Corse, avec l'histoire naturelle de ce pais* Lausanne 1758. 12.* 2.Vol. Plantæ spontaneæ, pleræque vulgatæ, & aliquæ rariores recensentur: inter istas Aloë, Terebinthus, Opuntia.

§. MDCC. J. Egid. v. Egmont & Heymann.

J. Egidii v. Egmont van der NYENBURG, viri nobilis, nostri in ALBINI schola olim sodalis, & J. HEYMANN theologi, *Reisen door een gedeelte van Europa, Klein Asien, verschide Eyslanden van t' Archipel, Syrien, Palestina, Egypten, den berg Sinai* Leiden 1757. & 1758. 4.* 2.Vol.*. Theologus jam ab anno 1700. ad 1709. vir nobilis anno 1720. & seqq. eas regiones adierunt. HEYMANNUS utrumque iter in unum commisit, non sine incommodo. Ad rem naturalem pauca pertinent. Tmolium M. comite SHERARDO HEYMANNUS confcedit. In Chio insula necessitatem caprificacionis agnovit. De præalta Platano Coa.

Rofam Hierichuntinam circa eam urbem non nafci. Palmas mares inter feminae plantari, reliquam venerem ventis permitti.

§. MDCCI. *P. Valcarengii.*

Pauli VALCARENGII, Comitis, celebri medici in Eshbitarij tractatum de Limouibz Commentaria Cremon. 1758. 4.. De varia utilitate pomorum Citriorum, etiam ad phthifin & fcorbutum, pleuritidem, & peripneumoniam.*

§. MDCCII. *Germani varii.*

Wohlbewahrtes Gärtner-Buch, felene Geheimmiffe, Baumzucht &c. Strasburg 1758. 8.*

Die GoldinEure des Landmannes, oder wunderbare Vermehrung der Getreide-Arten anno 1758. HAUSVATER.

Adam GRENZ, theologi, de jucunda hominibus cum arboribz comparatione &c. Dresden 1758.

J. F. K. SCHUTZEN Abhandlung vom Nutzen und Schaden der Salate überbaup, und der gewöhnlichften Salat-Pflanzen insonderheit Leipzig 1758. 4.*

Didori ANTHOPHILI (nominis ficti) Gartenbuch, worinn von Pflanzen, Blumen und andern Gartengewächfen, auch der Baumzucht, und insondere von Zwerghäumen gründliche Nachricht ertheilt wird Lucern 1758. 8.*

Königl. Preuffifches Refcript wegen Anlegung nutzbarer Hecken aus dem Saamen der Geniffa Spinofa 1758. fol.

J. Jac. MOSER Bibliothek von Oeconomifch-Cemeral-Policy-Handlung- und Bergwerks-Gefetzen, Schriften und kleinen Abhandlungen Ulm 1758. 8.*

Chriftophori WEBER Examen corporum quorundam ad fermentationem fpirituofam pertinensium Gotting. 1758. 4.. De multi per frigus concentratione, tum de variis vinis cerealibus, de diverfitate multi albi a rubro. Secale plus habet partium refinofarum, Triticum gummosarum, plurimum terræ in Avena est.*

Martini SCEPIN De acido vegetabili Leid. 1758. 4.. Plurimas adnotationes accuratas dedit de florum fabrica, de feminibus. Tiarellæ characterem LINNÆANUM emendat: difcrimen Brafficæ a Sinapi non credit fufficere. In radice Rofca ftanina fex & octo vidit. Genus Craffinx constituit, a ZINNIO defcriptæ.*

Caroli Ludovici BRUCH De Anagallide Argentor. 1758. 4.. Chemica analyfis nihil valde promittit. Infufum theiforme amarum; fic extractum amarum, tum aquofum, tum refinofum: acrius quod vinofum. De origine laudis adverfus morfum canis rabidi, in Hanoviensî comitatu celebratæ. Grana foliorum dantur 60. 80. & curatorum hominum exempla adducuntur. Redit in *allgemeinen Magazin* T. XI.*

J. Theodoric. PALLAS De Chryfoplenio difputavit, etiam Argentorati 1758. 4.. De utroque Chryfoplenio, & ejus analyfi & aqua plurima. Succus in fpiritu vini maceratus dat falem effentialem.*

Hans

Hans Wilhelm SCHMIDT *De soda Hispanica* Præside ILL. BOHNERO Hall. 1758. 4°. recul. in *Physic. econom. Samml.* T. IX. Soda Alonienfis continet falem marinum, falem fixum alcalinum terram vitream. Addit Cl. NEUMANN, se ex Salicornia pulchrum falem crystallinum paraffe.

§. MDCCIII. *Mém. instructif.*

Mémoire instructif sur la manière de rassembler, de préparer, de conserver, & d'envoyer les diverses curiosités d'histoire naturelle, auquel on a ajouté ses avis pour le transport par mer des arbres, des plantes vivaces, des semences, & de diverses curiosités d'histoire naturelle Lyon 1758. 8°. & pars operis p. 421. Quæ ad botanices spectant, videtur a Cl. du HAMEL profecta. Semina terra mista transmittuntur, aut Mufci. Ut herbaria viva perantur. Auctor est *Etiense François* TURGOT.

§. MDCCIV. *Robert Dossie.*

Robert DOSSIE *The elaboratory laid open* London 1758. 8°. : Chemici quidem argumenti : & eo spectans, ut quam minimi sumtus fiant. De Canphora depuranda. De syrupis. Gummi Arabicum differre a gummi Senega, quod istud tenacius sit. De variis fraudibus pharmacopolarum. Pro Rhamni baccis Frangulæ baccas vendi, pro Rheo vero Rhaponticum. Rheum Turcicum Russico præstare.

EJUSDEM *Institutes of experimental chymistry* London 1759. 8°. 2.Vol.* Multa de plantis, de vi venenata vernicis, &c.

EJUSDEM *Theory and practice of Chirurgical pharmacy comprehended in a compleat dispensatory for surgery* London 1761. 8°. . Materia medica hic occurrit. Agaricum igniarium de fama decidit. Non tantæ, quantæ putantur, Copaivæ sunt in malis venereis vires. Multæ plantæ intercedunt parvi usus, etiam Digitalis. Melilotum, non male, ob vim irritantem repudiat.

EJUSDEM *Memoirs of agriculture* Vol. I. London 1768. 8°. . Pars prior continet præmia societatis, quæ ad bonas artes commendandas Londini coaluit. Inter ea multa ad botanices pertinent, ut ad cultum rubiæ, pimpinellæ, graminum pabularium, vini in America, tunæ. Eventus eorum conaminum hic recensetur. P. II. continet experimenta, per quæ conficit TULLIANAM agriculturam tamen in univèrsum lucrosam esse. Deinde de tingendis coriis, ubi plantæ aliquæ orientales memorantur, Rhamnus inensioiem colorem flavum dans, Salicornia arborea &c.

§. MDCCV. *Bizet.*

BIZET *Mémoire sur la Torbe* Paris 1758. 12°. . Non bene putat, cespites bituminosos unice in vallibus reperiri, qui & in altis montibus frequentissimi sint, & in humilioribus alpium : neque arbores unquam poterunt in immensis ejusmodi cespitis alpinis paludibus fuisse. Cespitem a putridis plantis & animalibus

malibus nasci, & a sylvis, quæ primoævum tellurem undique texerunt. Quo perfectius plantæ computruerint, eo meliorem esse cespitem.

§. MDCCVI. *Sueci & Dani aliqui.*

Beskrivelse over Eylandes f. Croix i America i Vestindien Hafslux 1758. 4^o. Descriptio fabricæ Sacchari, Gollypii.

BROKMANS Hwobolds Cabinet Stokholm 1758. 4^o. 2. Vol. HAUSVATER.

*J. Christ. PETERSEN, præside LINNÆO anno 1758. disputavit de cortice Peruviano 4^o.** Experimenta patris sui, & felicissimos effectus recenset; varietates corticis: extractum utriusque generis aromaticum, quod spiritu vini fit, multo amarius, magis adstringens & validius aquoso: aliquid tamen resinofum in aquosum transit. Omnino corticem adstringere, etiam magis si cum vino coxeris. Pulverem recte omni alteri formulæ præfert. Pullium numerum auget, & appetitum.

Hanc disputatio nova *Parte* aucta est, *Posteriori*, quæ *vestim salutaremque corticis peruviani usum in febribus intermittentibus exhibet* Gryphiswald. 1763. 4^o.

§. MDCCVII. *C. de Caylus.*

Comitis de CAYLUS celeberrimi antiquitatis amatoris, *Dissertation sur le Papyrus Paris 1758. 4^o.** Ad Plinianam descriptionem adnotationes. Icones & descriptio Papyri Siculæ ab Ægyptia diversæ, & Madagascariæ, quarum illa Cyperi genus est, hujus flores desunt. Duos Cyperos LIPPUS in Ægypto invenerat. Neque tamen Papyrus vera nobis nota est. De Scirpo Plinii.

§. MDCCVIII. *Diaria Gallica.*

In Diario *Mercure de France*, passim aliqua occurrunt huc facientia. Inter ea anno 1758. exstat D. RAVATON dissertatio contra Cl. Du HAMEL, non ex novis laminis corticis lignum augeri, sed ex succo tenace lignoseente.

In VANDERMONDI Diario de viribus corticis Peruviani adversus gangrænam internam. ROCHAT de numerosis militibus ab Oenanthes usu venenatis, inflammato ventriculo. Ea infortunia mecum Cl. VACHER communicaverat, ipsamque radicem miserat, cum iconè.

In *Mém. de l'Acad. de Berlin* anno 1758. J. Gottlob LEHMANNI Analysis gummi Copal. Bitumen esse, neque vegetabilis regni.

§. MDCCIX. *Diaria Germanica.*

Selektionen physico acouonicarum ultima, quæ ad me pervenerunt, partes ab anno 1756. prodierunt: cæterum in univèrsium lego 17. particulas prodiisse. De

De ustilagine & rubigine, quarum illam auctor negat ab infecta semine nasci & de commutatione, quam admittit, Cerealiū. De Lunæ in vegetatione potestate. Adnotationes ad BIDEI librum.

In *Oeconom. Nachrichten* T. XII. aliqua de lino Sibirico. D. de GRIESHEIM vom Urbar machen wüßer Strecken.

In Tomo III. *Athorion Academia Batava* D. de SYPESTEIN experimenta VERGINII suis confirmat.

§. MDCCX. *Philos. Transact.*

In *Philos. Transact.* T. L. P. 2. ad annum 1758. PEYSSONEL De Alga marina latifolia, & animalculis in ea nascentibus: idemque de veneno Manzanilla, ejusque effectis, farinosis decoctis sublatis.

D. WHITE De Cassia & de Cinnamomo, ex plantis siccis. Non putat vere differre, & discrimen ad ætatem ramorum refert, ex quibus cortex sumitur,

§. MDCCXI. *Diaria Suecica.*

In *K. Swenska wetenskap Acad.* T. XIX. f. anni 1758. *Trim.* 1. Non degenerasse Cerealia, & purum Triticum puram Tricici messum reddidisse, Loliumque Lolii.

Car. Frid. NORDENSCHILD De anulis Pinus & Abietis.

Trim. 3. *Nicolaus* PALMSTIERNA De carbone coquendo.

Trim. 4. *Lor. Wolter* ROTHOF ut aliis plantis, quæ nobis parum edules videntur, fœnum augeri possit.

IDEM anno 1761. n. 1. De colendis paludibus, & 1767. de paludibus ligna producentibus.

IDEM T. XXV. P. 2. De cultu Trifolii.

EJUSDEM Medicæ, & Alni cultus ad Hannoniæ modum.

EJUSDEM *Hambolts Magazin* Scæa 1762. 8º.

In *novâ publicâ Suecicâ* anno 1758. & 1759. plurima testimonia reperiuntur pro VERGINII perfectione Avenæ in Secale, quæ fit demetendo. Non potuisse a sola casus potentia tantam, & tam constantem in late patente agro fieri commutationem.

§. MDCCXII. *J. Fr. Bernhard.*

J. Fr. BERNHARD's physicalisch - æconomische Auszüge aus den besten und neuesten Schriften — zur Naturlehre, Haushaltungskunst, Policy und Cameralwissenschaft
(*Bibl. Bot. T. II.*) P p p

schaft Stuttgart ab anno 1758. De mutatione avenæ in triticum, de folano tuberoso. De pomaceo, de emendando cultu vitium.

EJUSDEM *Vollständige Abhandlung vom Wiesenbau* Frankfurt und Leipzig (Stutgard) 1764. 8°. nova editio. Plenum de pratis opus. De terris, de siccandis paludibus. De utili limo fluviorum. Censuræ plantarum pratensium, quarum aliquas AUCTOR deletas vellet. De sepibus, & vallis. Fufe de fimo, marga, cinere, rejectamentis falis culinaria. De irrigatione, non plene. De alterna aratione & quiete. Gramina artificialia, Medica, Onobrychis, alia, borealibus scriptoribus commendata, quibus nos facile caremus. Consilia Tulliana, & Graminei pulvilli inter frumenti pulvillus. Denique excerptæ Auctoris SCHREBERI librum de *Graminibus*, agit etiam de Napo, Genista, frondibus nonnullis.

EJUS *Anhang zur Abhandlung vom Wiesenbau, nebst Register* Stuttg. 1764. 8°.

In *Bemerkungen der physikalisch-æconomischen Bünengesellschaft zu Lacetern* Manheim 1770. 8°. IDEM agit de variis ad rem rusticam pertinentibus. Contra pascua: armenta, etiam pecudes, mavult in stabulis educare, aut oves certe in agris circumscriptas septis mobilibus. De quatuor herbis pabularibus præcipuis, medica, quam fere præfert, onobrychide, trifolio, avena elatoriæ *fromental*, quod equidem tantum cum trifolio vult satum, ut una sicari possit.

In *Hanöversch. Sammlungen* 1759. aliqua pro metamorphosi avenæ in fecale.

Nordische Beyträge zum Wachthum der Naturkunde oder nützlicher Künste Altona 1758. 8°.

§. MDCCXIII. J. Daniel Titius.

J. DANIEL TITI *Nene gesellschaftliche Erzählungen für die Liebhaber der Naturlehre, der Haushaltungswissenschaft, der Arzneykunst und der Sitten* Lipf. ab anno 1758. ad annum 1763. 8°.

EJUSDEM *Systema plantarum sexuale ad naturam compositionis* Lipf. 1767. 4°. Rejctis metaphoris sylema ex tubis & staminibus, novis cum nominibus.

EJUSDEM *Gemeinnützige Abhandlungen zur Beförderung der Erkenntniß und des Gebrauchs natürlicher Dinge* Lipf. 1768. 8°. Pluscula hic botanici argumenti. Triticum spica ramosa, non fructuosum. Systema botanicum ex staminibus, tubis, flore, semine compositum. De aureis & argenteis arborum foliis. De Coeco Polonica ad varias plantas subnascente, Scleranthum, Alinen, Myofotidem. Catalogus plantarum circa Dreßdam sponte nascentium Cl. SCHULZII.

§. MDCCXIV.

§. MDCCXIV. Mart. Froben. Ledermüller.

Martini Frobenii LEDERMULLER, notarii Noribergensis, *Microscopische Augen- und Gemüths-Ergötzungen. Erstes Fünffzig* Noriberg. 1760. 4.* sed major pars prodit anno 1759. Plantarum varias partes microscopii auxilio contemplatus est, ut Mucores varios, Lacce colorem rubrum impertientia infecta; epidemidem foliorum, Mulci figuram, qui forte Minium, Ari characterem; Hyacinthi florem & fructum: Knawel cocciferum cum infecto: Granadillara.

Zweytes Fünffzig Nürnberg 1761. 4.* Abietis character & infecta: tum Laricis. Rosæ flos. Cardui, & Coffeæ.

Drittes Fünffzig Nürnberg 1762. 4.*. Sphæria foliorum. Fructus Arme-niacæ. Ligni abiegni sectio & folii Graminis, & medullæ Calami aromatici. Pollen antherarum Tulipæ.

EJUSDEM *Versuch vergrößernde Werkzeuge anzuwenden* Nürnb. 1764. fol.*. Tabulas habeo duodecim: fabricam & florem Pomi & Piri, cum antherarum globulis: Refedam: Liliū rubrum, Martagon, Hyacinthum stellatum, Vitem; Iridem: Rosam, Cerasum, Ranunculos pleno flore, staminibus tubisque magis & minus imperfectis, ut tamen aliqua secunda esse possint.

EJUSDEM *Zergliederung des Kornes oder Rockens, nebst der Beobachtung seiner Wachstums* Nürnberg 1764. fol.*. Prima incrementa fecalis, & evolutionem radiculæ atque plantulæ, naturam etiam farinæ globulis factæ globulosis; florem, hunc hætenus maturum & absque staminibus & plumulis, liquationem farinæ feminis in lactis speciem &c.

EJUSDEM *Zergliederung und Vorstellung eines zartey Winterknoßens des Hippocastani, oder des wilden Roskastanienbaums* Nürnberg 1764. fol.*. In oculo sedecim folia involucri, tunc latentem racemum florigerum describit, qui jam perfectos flores continet, staminibus ornatos & tubis. Characterem etiam habet maturi floris.

EJUSDEM *Physicalisch-microscopische Vorstellung einer angeblichen Rockenpflanze, die Stauden-Stock- oder Gerstenkorn genannt* Etc. Nürnberg 1765. fol.*. Contra generationem æquivocam. Primordia cerealis a prima depactione feminis. Cum tertio folio spica jam conspicua. Flos, valde auctus. Radicum reptatus & multiplicatio. Globuli dissilientes pollinis staminum, eorumque particule. Embryones in spica præformati ab his particulis fecundantur. Punici etiam & graminis paniculati alicujus aliqua icon.

Microscopische Beyträge Nürnberg 1759. 8°.

§. MDCCXV. Fr. Ginanni.

Francesco GINANNI *delle malattie del grano in Erba* Pefaro 1759. 4.* ver-fum opus a Ludovico Josepho BELLEPIERRE de NEUVEGLISE. Opus undique a
P p 2 TILLER.

TILLETI opere diversum, multo majori eruditione scriptum, & ambitus amplioris. De rubigine p^{er}num, cujus tres fere species facit. Inde utiliginem dicit granis integris & alteram, quæ spicas destruit: hinc Secale corniculatum: alia porro mala, icterum, phthisin spicarum, famem, ubi culmi ad justam staturam non perveniunt, insectorum denique crimina. Hæc in universum. Deinde accurate de rubigine, quæ & acoris multum dat. & salis volatilis: & a qua nullum cereale tutum est. De utilagine cariota, seu destruentem: multum in ea salis volatilis: non certum est in eo polline vera insecta reperiri. Non admittit auctor naturam contagiosam ejus utiliginis, quæ Robur Siculum non adtingit. In Secali corniculato vera credit hospitari animalia. Fuscæ de plantis noxiis, quæ in segetibus circa Ravennam proveniunt. Cerealia non degenerare. Rubiginem ex nocte frigida derivat, quæ æstivæ diei succedit. Inde de aliorum in plantis morborum causa, & medela.

Produzioni naturali che si ritrovavano in Ravenna, metodicamente disposte ed Annotazioni illustrate Lucca 1762. 4°. cum plantarum etiam iconibus.

In actis Societatis Ravennatenſium Eruditorum anno 1767. dedit libellum de ſcirpo.

EJUSDEM Apogetica aliqua adverſus J. B. STRANGE pro avunculo ſuo Joſepho, cujus in Conſerviſ erroris Cl. STRANGE accuſaverat.

Gaetano CAMBIAGI *Description des jardins de plaiſance de Boboli* Florence 1759. 8°.

§. MDCCXVI. *Le Page du Pratz.*

Le PAGE dit du PRATZ, olim in Miſſiſſippi Coloni, *Hiſtoire de la Louiſiane, contenant la deſcription de ce païs, un voyage dans les terres, l'hiſtoire naturelle, les mœurs & la religion des naturels, & deux voyages dans le Nord du nouveau Méxique* Paris 1759. 12°. 3.Vol.*. Plantas ſe amaſſe ipſe ait, & trecentas ſpecies Societati Indiæ ſuppeditaſſe: & omnino pluſculas plantas deſcribit, earumque addit utilitates, figuras vero dat, quales Indus aliquis delinearet. Medicos Indorum ob plantarum cognitionem laudat. Mayz præſtare totum, & lotum, farinamque cum multa aqua tritam. Vites ſpontaneas vinum non malum dare. De arboribus indigenis, Gale cerifera, Magnolia, ligno flavo fetido. Plerasque plantas non poſſis adgnoscere. Iter Indi Mancecht-ſapi, ad Oceanum æquæ occidentalem alias laudabimus. Magna pars operis in diario *Journal æconomique* edita eſt.

§. MDCCXVII. *H. J. N. Cranz.*

Henrici Johanni Nepomuceni CRANZ, Profeſſoris Vienneniſis, *Ergo damnanda merito in officiis multa. Ergo diſpenſatoria obvienda* Vienn. 1759. 4°.*. III. diſputationes. Inutilia medicamina undique animoſe rejecit.

EJUSDEM *An plantarum officinalium, etiam aliarum, recepta nomina recte mutantur* Vindobon. 1760. 4°.

EJUSDEM

EJUSDEM *Materia medica & Chirurgica juxta systema natura digesta* Vienn. 1762. 8^o. 3.Vol.* & auctius 1766. 8^o. 3.Vol.*. Ordo secundum classes virium, descriptio, vires medicatæ, ex bonis fontibus collectæ. Utique cortex Pomorum aurantium adversus epilepsiam utilis. Pro Melonum innocencia. De venenis & antidotis. De diversis Efulis. Extractum Hellebori nigri inere esse. Pro Cicuta.

EJUSDEM *Stirpium Austriacarum Fasciculus I.* Vienn. 1762. 8^o* recusus anno 1768. 4^o*. Plantæ cruciatæ. Glandulas rejicit a constituendorum generum dignitate, & septo, tuba, valvis unice utitur. Plantas describit, & rariores depingit. Bohadschiam, novum genus, constituit. LINNÆUM passim corrigit.

EJUSDEM *Fasciculus II.* ibid. anno 1763. 8^o*. 8^o*. 4^o* seu polystemones. Idem institutum, multa ubique critica, plantæque raræ: multa emendatio LINNÆI. Recte Fragariæ genus constituit. Cratægos & adfines in duo genera conjungit. Rariores depingit.

EJUSDEM *Classis umbelliferarum emendata* ibid. anno 1767. 8^o*. Totam classem de integro ex seminibus constituit, rejectis involucris. Ita nova genera nascuntur, quorum characteres delineat.

EJUSDEM *Stirpium umbelliferarum Fasciculus III.* anno 1767. 8^o* & 1768. 4^o*. Aliam & veram habet Carvisoliam. Chærefolium, bulbosum pro Cicuta adhibitum fuisse. Selinum pratense a Silao diversum. Rariores species delineat.

EJUSDEM *Institutiones rei herbarie juxta naturam digestæ, ex habitu* Vienn. 1766. 8^o. 2.Vol.*. Non debere ab una parte plantæ characterem sumi. Habitum ab omnibus præferri, etiam a LINNÆO. Classes ergo naturales collegit, reliquis in duas classes conjecit, oligostemones & polystemones. Species fere LINNÆANÆ, genera subinde mutata.

EJUSDEM *Præfatio LINNÆO institutionum botanicarum* Leipzig & Wien 1767. 8^o. ed. 2.*. Contra LINNÆI adfectionem tuetur dignitatem habitus, quam & ipse clanculum LINNÆUS agnoscat. Tradit nova aliqua genera novasque species.

EJUSDEM *De duabus arboribus Draconis* Vindobon. 1768. 4^o. max.*. De variis arboribus, quæ eo nomine veniunt. Icon & descriptio duarum specierum, Aparagis flore adfinium, tamen diversarum, quas vocat STOEQUIAM & OEDERAM: priorem petalis reflexis, tubis longis, semine in quoque loculo unico; alteram flore etiam magis diviso, semine pariter unico. Multa in LINNÆO emendantur.

EJUSDEM *Classis cruciferarum emendata in necessariam rei herbarie supplementum* Wien 1769. 8^o*. Non Austriacarum, sed omnium plantarum ejus classis novus census, in quo plurima genera aliter distribuuntur, species etiam aliquæ definiuntur, LINNÆANA placita passim emendantur; demum de glandulis florum nunc observationes traduntur.

EJUSDEM *Stirpium austriacarum Pars I.* Wien 1769. 4.*. Fasciculi sunt, quos hætenus diximus, passim emendati, & rarioribus plantis aucti potissimum primus & secundus.

EJUSDEM *Pars II.*.* Tres novi Fasciculi. Didynamix, iterum passim ex propriis observationibus aliter constitutæ, multæ descriptæ, & in LINSÆUM animadvertiones.

Fasciculus V. papilionacæ. Icones hic aliquæ rariorum, & descriptiones & genera & species emendatæ.

Fasciculus VI. orchidæ, pene ad nostrum sensum, tamen ut Corallorhiza expungatur: Iterum descriptiones novæ & characterum icones. Limodorum, quod vulgo Austriacum dicitur, negat in Austria nasci.

§. MDCCXVIII. *Petrus Arduini.*

Petri ARDUINI, (qui in posteriori opere se vocat HARDUINUM) *Animadvertionum botanicarum specimen* Patav. 1759. 4.*. Duodecim tabulæ plantarum rariorum; etiã novarum. In Chelones specie quartum stamen imperfectum.

Pars II. Venet. 1764. 4.*. Corneliam constituit Ammanix adfinem, tum Sesleriam. Raras passim plantas circa Patavium detexit. Icones hic meliores.

EJUSDEM nunc agriculturæ Professoris, *Memorie di osservazione e d'esperienza sopra la coltura egli usi di varie piante che servir possono all' economia Padova* 1766. 4.*. Multa de plantis utilibus, quas describit & depingit. Istis melior, ubi sol ardentior pilas exusserit. Alia Gallia meliorem, quam rubra colorem dant. Platani bonum lignum est, ut in Italia coli mereatur. Salicis pappus ad chartam parandam utilis. Semen Frangulæ & Corni, uvæque garta, & Rharni dant oleum. Luteola eodem modo tractata, quo Istis, meliorem dat colorem. Napus subactus terram fecundat. Venenatam vim Toxicodendri expertus est.

In *opusc. scientif. nov.* T. VI. *osservazioni* ejus naturali existant.

§. MDCCXIX. *Fr. Aug. Cartheuser.*

Friderici Augusti CARTHEUSER (J. Friderici filii) *Vermischte Stücke aus der Arzneiwissenschaft*, absque nomine prodierunt Francofurti ad Viadr. 1759. 8.*. tres libelli. In primo laudat Cocci tinctorii vim, robur corpori humano ad dentem, etiã memoriam confirmantem. Lib. II. De melle nectariorum, potissimum Melianthi, cujus succus veri mellis sit simillimus, & cujus analysin dat. Nihil ad seminum maturationem nectararia facere, iisque avulsis Aconiti semina perinde maturari. Non verum esse, eas plantas esse venenatas, quæ nectararia habeant, a petalis distincta. T. III. De ligno bituminoso Marchiæ Brandenburgicæ.

§. MDCCXX.

§. MDCCXX. Franc. Home.

Francisci HÔME *Principles of agriculture and vegetation* London 1759. 8.*
 Editio II. Potissimum diversa terræ genera separat, eorumque indolem per
 experimenta chemica explorat. Inde ostendit, ut terræ folique vitia corrigantur,
 & quæ commoda sîmus præstet. Ab omnibus elementis conjunctis plan-
 tas nutrirî, etiam ab aere. Terram laxat frigus. Radicum rapacearum cultus,
 & maris usus, nam arena non bene respondet. De morbis & vitiiis agro-
 rum, &c. Dignum opus, & per experimenta natum.

Germanice verum ex A. J. C. WOELLNER Berlin 1763. 8.* & in *Physical
 Oeconom. Abhandl.* n. 16. Gallice *principes d'Agriculture &c.* Paris 1761. 12*.
 Italice Venet. 1764. 4*. cum DAVANZATO.

EJUSDEM *Essai sur le blanchiment de toiles* Paris 1762. 12*. hæcenus huc
 spectat. Repetitur in *Oeconom. Phys. Abhandl.* n. 13.

§. MDCCXXI. Angli varii.

*A practical treatise of husbandry, experiments and observations collected by
 Du HAMEL and the most approved practice of the english Farmers* London 1759.
 4*. Critice.

COMBRUNE *essay of brewing with a new publishing of that art* Lond. 1759. 8*.
 Bonus liber & accuratus. Caloris gradus ad fermentationem. Calor ad 180. gr.
 Fabr. nimius fuit.

§. MDCCXXII. Varii.

*Der vollkommne Färber — Unterrichte zur vollen Färberey und Manufaktur
 — vom Anbau und Zubereitung der Ingredienzen* Sorau 1759. 8*., ex Gal-
 lice verum, cum duabus *appendicibus* in Germania natis. De coloribus quin-
 que præcipuis, & eorum compositione: de tinctura durabili, & altera viliori:
 de vegetabilibus (aliisque) corporibus, quorum in arte tinctoria usus est.
Waid vocat debiliorem speciem *Pastel*: mihi *Pastel* Ifatis est in Languedocia
 parata, *Waid* in Germania. Non legi (d).

Christoph Ehrenreich ROSENOW *Abhandlung vom Ackerbau und der Koppel-
 wirtschaft* Leipzig 1759. 8*.* Agricultura Megalopolitana. De terræ speciebus.
 Ter gratur, bis in decullim, cum veris pulvinis requietis TULLII. Prata absque
 irrigatione sîmo fecundant, qui pecudibus elabitur. Ut alternis messibus &
 quietibus ager fructuosior fiat.

J. Ulrich TRESSENREUTER *Wirtschaftliche und rechtliche Abhandlung vom
 Hopfen, nebst Joh. HEUMANN's Vorbericht von der Kräuterkenntniß der alten
 Deutschen, und dessen Uebersetzung von BRADLEY's Abhandlung vom Reichthum
 des Hopfengartens* Nürnberg 1759. 4*. Continet etiam R. BRADLEY de divitiis
 lupulei. Redit in *allgemein. Magazin* T. XI.

Ludwig

(d) Götting. Anzeigen anno 1760. p. 359.

Ludwig DIKSHORN *Nachrichten von Ostindiens Seltenheiten* 1759. 8°. Si huc facit.

Aug. GROSKOPF *neues soid wohleingerichtetes Forß- Jagd- und Weidwerks-Lexicon Lemgow* 1759. 8°.

Vollständige Anweisung zum Tabackbau, nebst einem Anhang vom Pflanzen und Benutzen der Erdapfel, samt einer Nachricht von der Luzerne Wien 1769. 8°.

Aut. Joseph. CARL, Professoris botanici, *Zymotechnia vindicata & applicata* Ingolstatt. 1759. 4°.

EJUSDEM *De oleis* Ingolstatt 1760. 4°.

EJUSDEM *Botanisch- medicinischer Garten* München 1770. 8°. Nomina plantarum, secundum carum vires medicatas partesque ordinata, quæ in medicinam recipiuntur.

August. Dietrich PRANGE *De camphora vi anthelmintica* Gotting. 1759. 4°.

Job. David HAHN *De chemia cum botanica conjunctione utili & pulchra* Utrecht. 1759. 4°. Oratio viri egregii.

J. Nepomuceni RANDIKER *De usu corticis Peruviani* Vienn. 1759. 4°.*.

Francisci Xavierii UNGERHOPFER *Compendii materiae medicæ P. I.* Vienn. 1759. 4°.*. Utilitas œconomica & medica plantarum cerealium, oleum &c. Inde cardiacæ stirpes varii generis; brevier omnia & ad scopum practicum.

Martin KNAUERS *Hundertjähriger Ham- Calendar*, 3. Theil Erfurt 1759. 8°.

Anweisung zum Kochen nach jetziger Französischer Manier Halberst. 1759. 8°.

§. MDCCXXIII. Benjamin Martin &c.

Benjamin MARTIN *Natural history of England* London 1759. 8°. 2.Vol.*. In occidentalibus nonnullis provinciis plantarum catalogos dat, a pharmacopola PIKE suppeditatos: aliqua etiam de Oxyacantha hieme florente Glaffenbury thorne.

Johan. LINDSEY V. D. M. *Voyage to the Coast of Africa* in 1758. London 1759. 4°.*. Augustinum KEPPEL in expeditione comitatus est, qua is dux Goream subegit. Plantas aliquas describit, etiam obiter delineat.

§. MDCCXXIV. Israel Acrelim.

Israel ACRELIUS V. D. M. in *befkrifning om de Svenska församlingers forna och närvarande tilstånd uti nye Sverige* Stockholm 1759. 4°.* hactenus huc facit, quod agriculturam, & irrigationes pratorum movæ Sueciæ (novi Eboraci) describat.

C. Fridrich

C. Fridrich BERGMAN *Oeconomisk beskrifning öfver Walebo herad i Wästergötland* Upsal. 1759. 4.*. Nimis alte arari: fertilem agrum esse, qui sementem Tritici duodecuplam reddat. Fœnum mature fecari, currubus iuscipii de quibus nihil deperdatur. Multum coqui picis.

§. MDCCXXV. Galli aliqui.

DESCEMET *Catalogue des plantes de M. M. les Apoticaires de Paris* 1759. 8*.

J. HOSTE *Lettres diverses a son ami de la nature sur les nouveaux produits tirés des trois regnes mineral, vegetal & animal* Paris 1759. 8*. Ad vendenda medicamenta.

Instruções methodiques pour la bonne administration des terres Paris 1759. 8*. Dat etiam consilia ad cultum vitis, usum stagnorum, molendina, sylvas.

L. & B. (duorum medicorum) *Dictionaire portatif de santé* Paris 1759. 8*. lego etiam 1760. 2.Vol. habet etiam medicamenta simplicia & composita.

Secrets & fraudes de la chymie & pharmacie dévoilés la Haye 1759. 8*. An LIS. BENANCIO.

Joseph de MARCO *De usu & abusu Cbocolatae in re medica & morali* Malta 1759. 4*.

Le Manuel des officiers de la bouche, ou le Précis de tous les apprests, qu'on peut faire des alimens pour servir sous les tables Paris 1759. 8*. 1760. 12*.

§. MDCCXXVI. Werner Lachenal.

Weneri LACHENAL *Specimen observationum medicarum* Basil. 1759. 4.*. Viri ad augendam rem herbariam nati, hic aliquot adnotationes reperias, novum Trifolium, characterem Polycnemii, Sedi arvensis rubentis, petrari Alyllii, aliarum plantarum.

EJUSDEM *Observationes botanicae* in Tom. IV. Act. Helvet. Cardui aliqui &c. Historia medicamentorum simplicium in *Pharmacopœa Helvetica* Cl. viri opus est.

§. MDCCXXVII. Nicol. Laurent. Burmann.

Nicolau Laurentium BURMANN J. F. hoc anno disputavit de *Geraniis* Leid. 1759. 4*. Egregia disputatio, multo labore nata ex hortorum belgicorum thesauris, cum ditissimis collectionibus plantarum siccarum comparatis. Species 74. omnino describit, multas delineat, novas etiam aliquas.

EJUSDEM *Flora indica, accedit series Zoophytorum indicorum nec non prodromus flora Capensis* Amsterdam 1768. 4.*. Plantæ indicæ fere 1500. tabulæ 67. aliquæ descriptæ. Classis Europææ omnes, umbellifera rara. Aliqua genera nova. De KLEINHOVII horto Bataviæ novæ condito. Plantæ Capenses novæ dictæ, etiam descriptæ.

(Bibl. Bot. T. II.)

Q 9 9

§. MDCCXXVIII

§. MDCCXXVIII. *Diaria varia.*

In Diario C. A. VANDERMONDE anno 1759. De utilitate confirmata Beladonnæ in scirrho intestinali, in cancro.

In *Philosophicarum Transactionum* Vol. L. sive anno 1759. Cl. MARKHAM de determinato incremento nonnullarum arborum agit.

In *Excerpto literario* anni 1759. T. I. Reperitur Comitis CARBURI Sina-pi Græci icon.

In K. *Svenska wetensk. Handlingar* anno 1759. sive Vol. XX. In præfatione agitur de fale ex cineribus Russicis *Potasche*. Coniferas arbores parcißimum falem dare: in Dantiscana *Potasche*, & in Gallicis cineribus clavellatis, aliquam terram calcariam esse. Addit Cl. FAGGOT aliqua de ea re experimenta.

J. ZETZEL & BÆK De Fabæ Pechurim ad diarrhoeam utili.

Hänöversche Beyträge zum Nutzen und Vergnügen Hanover 1759-1762. 4^o. 4. Volumina. De cerevitiæ ex putridis fructibus arborum coquenda. De hortis Anglicis & Gallicis, non ad optimum saporem ordinatis. De mentha crispa. De veterum in multiplicandis oleribus sedulitate, de leucoji cultura: de mespilis. De utilitate arborum sylvaticarum, &c.

Carlsruher nützliche Sammlungen, oder Abhandlungen aus allen Theilen der Wissenschaften Carlsruh 1759. 8^o. De pruno sylvestri, de morbo persicæ ab aphidibus orto, de pruno Brugnoteni educanda &c.

Vermischte Abhandlungen zur Erläuterung der Naturgeschichte — des Herzogthums Bremen und Verden Bremen 1759. 8^o.

Mémoires de mathématique & de physique redigés à l'observation de Marseille T. II. 1759. 4^o. Huc referas, quæ ibi extant de pinorum conservatione.

§. MDCCXXIX. *Nic. Jos. Jacquin.*

Nicolaus Josephus JACQUIN, vir diligens & humanissimus, nunc Botanices Professor Vindobonensis, sumtu Imperatoris Insulas Antillas adiit, plurimumque bonæ frugis ex ditissima regione retulit. Ejus laboris primum quemdam guttum publicavit *Enumerationem systematicam plantarum, quas in insula Caribæa vicinæ America continente novus detexit, aut cognitæ emendavit* Leidæ 1760. 8^o. Genera, quorum multa nova, cum characteribus, deinde species. Addit ex Cl. Francisci de MYGIND collectione plantarum Americanarum peculiâtes aliquas plantas, accurate descriptas.

EJUSDEM *Enumeratio stirpium plerarumque, quæ sponte crescunt in agro Vindobonensi, montibusque conjunctis* Viennæ 1762. 8^o.^{*} Nomina trivialia LINNÆI, ut absque speciebus ejusdem editionis nihil intelligas. Sed accedunt observationes centum plantarum rararum, etiam novarum, cum nonnullis iconibus. Ad finem exoticas aliquas describit, ut Zerumbet.

EJUSDEM

EJUSDEM *Seleitarum stirpium Americanarum historia* Vienn. 1763. fol. 2. Vol.* Plantas flore conspicuo ordine LINNÆANO enarrat, additis 183. tabulis, non quidem nitide sculptis, sed ad bonas ipsius JACQUINI delineationes. Multa nova genera constituit, multas plantas accurate definiuit, quarum veri characteres ignorabantur. Nobiles etiam plantæ hic accuratius definiuntur, ut Cinnamonum, quod pro vero habet, Copaiva, alix.

Cum in Europam redisset, suamque sedem in Hungaria fixisset honorato loco, cepit edere *Observationes botanicas* Vienn. fol.*. Earum Pars I. prodit anno 1764. cum tabulis 21. Earum aliquæ peregrinæ sunt, ut Cacao, lignum Campechianum, Ehretia, Persea. Alix sunt Austriacæ, inter quas Scopolia, tum Aretia Sibirica, Scabiosa, &c. Ad finem operis indigenas Austriacæ plantas aliquot speciebus auget.

In Parte II. anno 1767. edita*, Indicæ quidem Loafa, Beureria, Figitria, Cecropia, Cinchona, a celebri illa diversa, sed ejusdem saporis. Indigenæ etiam aliquæ, inter eas duæ Gentianæ, Hieracium, Campanula.

In Parte III. Vindobon. 1768. fol.* inter indigenas Senecio nemorensis, Gentianella Hippion, Symphytum tuberosum, Trifolium purpureum majus, Scabiosa sylvatica & ochroleuca, tum exoticæ aliquæ delineantur.

EJUSDEM *Observationum botanicarum* Pars IV. & ultima Wien 1771. fol.* Inter eas Europæ rariores Chrysanthemum montanum, a nostro Pyrethro diversum, & Monspelienfè, & Carduus Pyrenæicus, Aster tenuis, Cytisus hirsutus.

EJUSDEM *Hortus botanicus* Pars I. Vindob. 1770. fol.* Icones elegantes plantarum rariores utriusque orbis, etiam uostratum, ut Geranii cicutæ folio acu longissima & Asteris novi Hungarici; tum plulculæ novæ, colores vivi.

EJUSDEM *Index regni vegetabilis qui continet plantas omnes, quæ habentur in LINNÆANI systematis naturæ* Edit. XII. Vienn. 1770. 4*. Nomina trivialia plantarum 7815.

§. MDCCXXX. Anton. Starck.

Antonius STOERCK, Archiater Cæsareus, peculiari studio enixus est, ut plantas venenatas ad medicos usus revocaret. Primus prodidit *libellus, quo demonstratur, Cicutam non solum usu interno tutissime adhiberi, sed & esse remedium utilissimum in plurimis morbis, qui hucusque curatu impossibiles dicebantur* Vienn. 1760. 8*.*. Succo spissato, seu extracto usus est. Experimento a canibus ad homines traducto adparuit, noxa carere, scirrhos glandularum, etiam mammarum caneros, & nodos pedagricos interno hujus succi usu sublato fuisse. Succus radices venenum habet. Germanice Frankfurt 1760. 8*. Anglice 1761. 8*. Belgice *den dolle Kervel* Rotterdam 1760. 8*. Gallice vide p. 492.

EJUSDEM *Libellus secundus, quo confirmatur, Cicutam usu interno tutissime adhiberi, & esse remedium utile in multis morbis, qui curatu impossibiles dicebantur*

ius Vienn. 1761. 8°. Anglice Londin. 1762. 8°. Eodem spissato succo usus est ad 120. in diem grana: ex planta vero juniori succus fumitur, expressi prius quam planta floruit. Scirrhus, ulcera, cariem, tineam, spinam ventosam, lepram, fluorem album, fungum articulare, alia mala hoc uno medicamento superavit.

EJUSDEM *Supplementum necessarium de Cicuta* Vienn. 1761. 8°. Conqueritur de adversario: vitia preparationis medicamenti sui accusat: sicca Cicute extractum minus bonum esse monet. Iterum experimenta repetit, in quibus Cicuta profecit, negat nocuisse: iconem dat & characterem. Anglice 1762. 8°.

Hæc opuscula gallice prodierunt, cum titulo, *Observations nouvelles sur l'usage de la Cigüe* Paris 1762. 12°. 2.Vol. In appendice antiquitates Cicute & nuperæ quædam curationes recensentur. Germanice Wien 1762. 8°. ver-tente L. J. HEYDE.

EJUSDEM *Libellus, quo demonstratur, Stramonium, Hyoscyamum, Aconitum tuto exhiberi usu interno, & remedia esse in multis morbu maxime salutifera* Vienn. 1762. 8°. & Germanice vertente Cl. SCHINZIO Tiguri 1763. 8°. In se ipso experimenta fecit, & in bestiiis. Extracti Stramonii granum cum feruissè tolerari potest: eo delirium, maniam, epilepsiam superavit. Hyoscyami extractum ad novem in diem grana dedit, & in similibus morbis, etiam in hæmorrhagia, reperit proficere. Aconitum causticum est, succus tamen mitior. In arthritide, scirrhis, lue venerea testatur vir Cl. profuisse. Bonæ icones adjectæ.

Præfatio Cl. Salomonii SCHINZ. In ea Cicutam & reliquas plantas Stœrckianas describit, & characteres delineatos dat. Monet, ut ex recente herba extractum paratur, & confirmat innoxium esse. Gallice etiam versum est Paris 1763. 12°.

EJUSDEM *Libellus, quo demonstratur, Colchici autumnalis radicem tuto posse exhiberi, & curare quandoque morbos difficilimos, qui alia remediâ non cedunt* Vienn. 1763. 8°. Radicem Colchici Scillæ adfinem esse, acrem, cujus unico granum urinam dolentem & stranguriam faciat. In aceto maceratum, addito melle, mitescere, tunc urinam potenter movere, hydropem, etiam graviorem, asthma, tussim phthisicam sanare. Iterum in appendice confirmat, Cicutam mitè & tutius medicamentum esse. Germanice verius de Colchico lib. cum icone Tiguri 1764. 8°. Gallice *obs. sur l'usage interne du colchique* la Haye & Paris 1764. 12°.

EJUSDEM *Libellus, quo continentur experimenta & observationes circa nova sua medicamina* Vienn. 1765. 8°. Multa exempla morborum aut ab ILL. STÖERCKIO, aut ab aliis Medicis & Chirurgis, Cicuta, Colehico, Aconito, Stramonio, Hyoscyamo sublatorum. Queritur alienas plantas adhibitas fuisse. Non respondiisse Cicutam fatetur, sed raro. Extractum Hyoscyami ad 15. grana dedit.

EJUSDEM

EJUSDEM *De flammula Jovis* Wien 1769. 8°.*. Acrem dum recens est plantam, cum siccitate mitescentem, tum inspurgendo, tum interno usu adhibuit ad ulcera, etiam pessima, etiam cancrofa, mammæ denique cancerum: tum ad scirrhus articularum tumores. Fraxinellæ etiam radicem in epilepsia, melancholia, mensibus suppressis, vermibus valere. Ut Cicuta malignum in pede GERARDI v. SWIETEN ulcus sanaverit, lætus repetit. Aconiti etiam, Colchici, Stramonii vires a se detectas confirmat.

EJUSDEM *De pulsatilla nigra* Wien 1770. 8°.*. Hanc nigro & connivente flore speciem solam vires habere medicas. Aqua stillatitia acerrima; ex reliqua planta extractum magnarum virium, cujus cum Saccharo subacti, ubi plurima dedit, in diem propinavit omnino grana viginti & unum, nam aquam reperit vomitum movere. Id extractum non quidem in omnibus ægris, sæpe tamen profuit, ad ulcera vetusta, ægre alioquin sanabilia, oculorum inflammationem, amaurosin, induratos testes. Flammula tamen etiam tunc profuit, quando Pulsatilla frustra fuerat adhibita. Repetit testimonia, usus salutaris oxymellis Colchici, hyoscyami, & Aconiti.

§. MDCCXXXI. *Jacob Lee. Jefferies.*

JAMES LEE *Introduction to botany* &c. London 1760. 8°.*. Non adeo ad botanicum est introductio, quam ad LINNÆI systema: & ad definitiones vocabulorum technicorum; icones etiam habet, quibus ea declarantur. Additum, LINNÆUS in nuperis editionibus novaverit.

T. JEFFERIES *The natural and civil history of the french dominions in America, of the climate soil, minerals, animals, vegetables, manufactures, trade, commerce and languages* &c. London 1760. fol.

§. MDCCXXXII. *David Meese.*

DAVID MEESE, hortulani Franckerani, *Flora Frisica, or list der planten welke in Friesland in het wilde gevonden worden* Francker. 1760. 8°.*. Paucæ plantæ, omnino 565. nomen LINNÆANUM unicum, varietates aliquæ, & quedam critica. Icones aliquæ plantarum marinarum.

EJUSDEM *Het XIX. classe van de genera plantarion van LINNÆUS synogenesis genaamt verklaart en vermeerderd* Leeuwarden 1761. 8°.*. Criticum oculum adhibuit ad plantas flore composito: singuli generis iconem dedit. Nunquam florem masculinum in radio esse repertum, neque bene frequentes strobilos nudos omitti, in quibus semen sola tuba coronatur. Passim a LINNÆO eandem plantam bis recenseri. Non femininus veros strobilos in radio Centaureæ esse, sed plane steriles. Dat characteres suos, & flores fere depingit.

EJUSDEM *Plantarum Rudimenta, seu methodus ducta ex differentia seminum, Cotyledonum* Leeuward. P. I. n. 1. anno 1763. 4°.*. Classes sumtæ sunt a cotyledonibus,

donibus, quarum numerum non putat binum superare. Sequitur folium supra terram, aut infra: & semen, & nova plantula: hæc delineantur ex variis classibus, vivis cum coloribus.

P. I. n. 2. Eodem modo origines aliquot plantarum describit.

In T. X. P. II. *Verhandeligen der Hollandschen maatschappij* prima differentia commendat cultum alni, qua paludosa possint sicari, inque solidam terram converti. Deinde conservam cum admista lana texuit, ad pulvinos etiam faciendos monuit posse adhiberi. Denique persubtiliter muscorum fabricam perfectus est. Habere suas cotyledones. Inter squamas rosularum Maiorum vidit & stamina, & cylindricos loculos seminum, quæ fata provenerint. Inde pyxides muscorum describit: operculum ex pluribus laminis factum, & pectinem, quem habet pro staminibus, quorum pollen per foramina infimæ laminæ operculi in caveam pyxididis cadat: denique columellam dicit pyxididis, quæ sit receptaculum seminum cylindricorum, in plantulas convalescentium &c. Non mediocriter hæc mihi nova videntur.

§. MDCCXXXIII. P. E. Luders.

Philipp Ernst LUDERS Schleswig - Glückburgerische Beyträge zur Aufnahme aconomischer Wissenschaften Flensburg 1758. 4°. Cultus mororum, sepium, lupuli folani tuberoli.

Vorläufige Nachricht von dem Bau und Einrichtung der Acker - Academie und aconomischer Lehrschule ibid. 1762. 8°. HAUSVATER.

Kurze Nachricht von der Generalversammlung der Dänischen Acker - Academie Flensburg 1762. 4°. ibid.

Bericht, worinn eine fortgesetzte Nachricht von dem Baue der Acker - Academie enthalten ist Flensburg 1762. 4°. ibid.

Schreiben an die Gönner und Mitglieder der Dänischen Acker - Academie, worinn von des Verfassers Bemühungen Nachricht gegeben wird Flensb. 1762. 8°. ibid.

Die Königlich - Dänische Acker - Academie, wie sie am Stiftungstage entworfen worden Flensburg 1763. 4°.

Fragebogen von einigen der Absicht der Acker - Academie gemessen mitzutheilenden Nachrichten Flensburg 1763. 4°.

Nachricht von den Schriften, die zur Verbesserung der Landwirthschaft sollen ausgebreitet werden Flensburg 1764. 4°. ibid.

Antwortschreiben an die aconomische Gesellschaft zu Paris Flensburg 1764. 4°. ibid.

EJUSDEM

EJUSDEM *Erzählung und Geschichte der Acker-Academie zu 1766.* ib. 1767. 4.*
Frequentem arationem commendat. Cultum solani tuberosi promovit. De
cultu lini & trifolii. Quæ plantæ recusaverint cultui respondere.

EJUSDEM *Beschreibung vom Leinbau* Flensburg 1760. 8*. Recuf. im Cop-
penhaguer Magazin anno 1762. 8*.*.

EJUSDEM *Kurze Nachrichten vom Cleverbau* Flensburg 1761. 12*.

EJUSDEM *Kurze Nachricht, wie man in der Dänischen Acker-Academie den
Feld- mit dem Gartenbau vereinigen, und allerley nützlichendes darinn ziehen könne*
Flensburg 1762. 8*.

EJUSDEM *Drey Bedenken über die Eisforschung, die Beurtheilung, und den
Gebrauch der Erdarten* ibid. 1764. 8*.

EJUSDEM *Kurze Anleitung, wie der Ackerbau in der Heyde könnte verbess-
ert werden* ibid. 1764. 8*.* Iterum pro fulcis non profundis: simum aratro
condendum. Arenosa cylindro confirmat: palustria sabulo, fulgine: in ejus-
modi terra commendat Solanum tuberosum: nimis remotas paludes Alno con-
serit, &c.

EJUSDEM *Anleitung für die Landleute auf der Heyde voran* ibid. 1764. 8*.*
Continuo simum sub terram condere jubet: occa altero mane utitur, Rapa
cylindro exquat. De seminario Salicum, Populorum albarum. Ericeta ad
arandum præparatur ovium pastu, deinde suum. Recentem simum improbat.
Commendat cultum Urticæ, Raporum.

EJUSDEM *Der Leinbau in seiner verbesserten Gestalt* Flensburg 1765. 8*.

EJUSDEM *Abhandlung, ob die Verbesserung des Ackerbaues eben sowohl im
Großen als im Kleinen könne möglich gemacht werden* ibid. 1765. 8*.

EJUSDEM *Abhandlung und Bedenken über das Ackerwesen und den Anbau
verschiedener Feldfrüchte* ibid. 1765. 8*. HAUSVATER.

EJUSDEM *Bedenken über den Landbau in Aegnern* ibid. 1766. 8*.*. Avenam
rejecit: fulcis arat non profundis: hibernum Secale mature spargit. Pro Avena
bis arat.

EJUSDEM *Bedenken, ob ein flaches oder tiefes Pflügen dem Ackerbesitzer vor-
theilhafter sey* ibid. 1766. 8*. Pro fulcis non profundis, ne ad duas quidem
uncias.

*Bedenken über das Ackerwesen und den Anbau verschiedener Früchte aus eigen-
er Erfahrung* ibid. 1765. 8*.

EJUSDEM *Nähere Bestätigung, daß das schmale und flache Pflügen eines schwe-
ren und thonichten Bodens am nützlichsten sey* 1769. 8*. Semina duobus polli-
bus terræ obruenda: latis fulcis terram non reddi fatis mobilem. Ustilaginem
esse

esse a latis fulcis & profundis, in quibus humor colligatur, neque ei malo calcem mederi.

Entwurf, wie in schwerem lehm- und thonartigen Lande der Getreydebau ergiebiger eingerichtet werden könne ibid. 1769. 8*.

EJUSDEM *Fortgesetzter Acker-Plan, nach welchem der Anbau der Feldfrüchte gezeigt wird* Flensburg 1769. 8*.

EJUSDEM *Erläuterung der von der Academie zu Berlin aufgegebenen Fragen, wie beyrn Ackerbau die Theorie mit der Praxi am bequemsten verbunden werden könne* Flensburg 1769. 8*.

EJUSDEM *Kurze Anleitung zum Leinbau* ibid. 1770. 8*. Conf. p. 495.

§. MDCCXXXIV. J. Fr. v. Berkhey.

J. le FRANK von BERKHEY *Expositio characteristica florum, qui dicuntur compositi, cum figuris ad naturam expressis* Leid. 1760. 4*.*. Propriis capitibus describit semen, ejus corollam, calycem, flosculum, stamina, tubas. De quaque harum partium adnotat, quæ memorabilia ei visa sunt, eamque aliquot exemplis declarat, cum nitidis figuris. Denique de quatuor Royenianis classibus Syngenesiæ agit, neque tamen genera definit.

EJUSDEM Libellus de cultu agri Batavi in *Verhandel. der Hollands maatschappij* T. VIII. P. 2. De terra. De elementis cespitis bituminosi, spiritu ejus alkalino, oleoque bituminoso, de emendando solo: de paludibus per Saliceta ficcandis, Erica exurenda & aranda. De plantis noxiis, ut de Equifeto. Semen Cerealium jubet macerare.

EJUSDEM *Naturlyke historie van Holland* T. I. Amsterdam 1769. 8*.*. Dicit etiam de plantis, nondum tamen in hoc volumine.

§. MDCCXXXV. M. de Turbilly.

Marchionis de TURBILLY *Mémoire sur les défrichemens* Paris 1760. 12*.*. Post ampliatinera suam, non fertilissimam patriam docet agrum suum emendare. Naturam soli terebra explorat, lapides aufert, deinde virgulta incendit. Arenosa Abiete confert. Agros profunde effodit, ut subjectus arenis limus admisceatur. Crassioris arenæ glebam, proprio instrumento effossam, ad Damnoniorum morem in acervos congestam incendit, cineres super agrum spargit, tunc arat, & confert tritico, si bonum solum, avena si malignius, alteroque anno bonam messem expectat. Fimum auget admista Erica & aliis quisquiliis. Inde in altera parte operis ostendit, quibus artificii suam desertam villam florentissimam reddiderit. Anglice prodiit *Cultivation of barren lands* London 8*.

EJUSDEM *La pratique des défrichemens*, hujus libri quoddam est compendium.

§. MDCCXXXVI.

S. MDCCXXXVI. Galli aliqui.

THOME' *Mémoire sur la pratique du Semoir* Lyon 1760. & *second Mémoire sur la pratique du Semoir.* ibid. Belgice reddatum cum DU HAMELIO. Respondet objectionibus, quas homines pagani contra Seminatorem proferunt. Oltendit, cum LULLINIANIS, tamen esse etiam in feminis copia lucrum. Esse in universo regno vel solum fementis compendium memorabile privilegium feminatoris. Possé ejus ope etiam ventis scævientibus feri. Stipularum dare incrementum. Vel solum feminatorem, absque areolis, dimidiū in terræ cultu redditus compendium facere.

EJUSDEM *Mémoires sur la culture du Meurier blanc* Lyon 1763. 8.* Iverdun 1763. 8.*. Rejicit arbores non institias. Solam vult coli speciem latifoliam *Meurier rose.* Totum cultum accurate describit, & institutionem, & transportationem. De sepibus ex arbutculis non iustis. De vermibus sibi ipsis permissis, non inutili Chinesium imitatione.

EJUSDEM *Mémoire sur la manière d'élever les vers à soie* & *de cultiver les Meuriers blancs* Lyon 1767. 8.* hic novus tomus accessit. Non alia fronde bombyces recte alii. Varietatis rosæ folia posse servari, neque incallescere. Pleraque ad bombyces pertinent.

Thomas ROGER *Catalogue des plantes de son jardin* Paris 1760. 8°.

Florent. Carl. BELLOT *Utrum in cancro Belladonna usum tuum internum, tunc externum* Paris 1760. 4.*. Pro Belladonna.

VAUTHIER *Introduction à la connoissance des plantes, ou Catalogue des plantes usuelles de la France*, Avignon 1760. 12.*. Plantæ in sex classes divisæ, ex TOURNEFORTI, vires ex codice medicamentario Parisino. Multa passim errata.

CONSTANT de CASTELLAT *L'art de multiplier la soie* Aix 1760. Pro eximio libro habetur. Præfert morum non institiam.

Le bon Jardinier contenant une idée générale des quatre sortes de jardins, & la manière d'élever les plus belles fleurs Paris 1760. HAUSVATER, & 1766. 12°. Conf. p. 457. Esse compilatorem d'ARDENNES.

BARTHELEMI *Explication de la Mosaïque de Palestine* Paris 1760. 4°. B. B. In monumento ADRIANI aliquæ arbores depinguntur, Loti rubræ & cæruleæ, de nymphææ genere, tamen ut agnoscas. Sic palmæ, reliquæ obscuræ & pictoriæ. Divinationem addidit B. de JUSSIEU.

Lettre à M. B. sur quelques particularités de l'histoire naturelle du Boulonois Mercurus 1760. De plantis fere unica, & de bractiæ specie spontanea e regione Dubris perveniente.

Plantation & culture du Meurier Mans 1760. 4°.

Lettres de M. N. echevin de Bolbec sur l'histoire naturelle des environs de ce Bourg Mercure Juill. 1760. recuf. in ALLEON DULAC *Mém. l'hist. naturelle* 1765. T. 3. de arenis, lapidibus, terra, de vitibus, armentis &c.

(Bibl. Bot. T. II.)

R x r

P. PAU-

P. PAULIAN *Diſſionaire portatif de phyſique, avec figures* Paris 1760. 8°. Avignon 1767. 8°. 2.Vol.

§. MDCCXXXVII. *Aug. Unzer.*

J. Anguſti UNZER, viri ingenioli, *Der Arzt, eine mediciniſche Wochenſchrift*, 12. Theile Hamburg 1759. ad 1764. nuper recuſ. Lüneburg. 1769. 8°. 6.Vol. Poſiſſimum etiam dieteticen tradit. In T. I. de cortice peruviano, fungorum noxa, & apii T. II. de Thea, Coffea, vino, Chocolata, Fragis, Ceraſis, Moxa. In T. III. de potu Punch, pane, Coffea, Balfamo Meccano, pipere, pomis, Sicera, Rheo, Sagu. In T. IV. de Saccharo, vino, radicibus edulibus, juglandibus. Renes a natſurto aquatico lædi.

EJUSDEM *Sammlung kleiner Schriften* Rinteln 1766. 8°. De Noſſloch. De Hippocraſtani nucibus, ita præparatis, ut pecori ſint pro alimento. De ſcobe & afferculis ligneis ad focum alendum compingendis. Belgice converſa prodierunt Amſterdam 1767. 8°. *Mengeliſchriften* 286.

EJUSDEM *Mediciniſches Handbuch* Lüneburg 1770. 8°. Plantas venenatas numeroſas recenſet, earumque medelam.

§. MDCCXXXVIII. *Itali.*

SANTO BENETTI, Tarviſani, hominis pagani & anaphabeti, *l'accorto fattore di villa* 1760. & auctius Venet. 1765. 4°. Ipſe villæ curator, experientiam citat viginti duorum annorum. Simplicii uſus dictione, ſed practicus omnino & expertus. Non amat agrum bobus exercere ſuis; ubi neceſſe eſt, tamen docet ut prudenter id fiat; ſi quidem locatores ſere agrum negligunt. Bobus arat. Frumentum quam terram exigat, cujus cultum fatetur non eſſe lucroſum. Inde de ſecali, ſpelta, reliquis cerealibus, etiam leguminibus. Lunam in ſeminando aliſque laboribus obſervat. De plantis pabularibus. Trifolium præfert Medicæ. Vitium cultus viniq̄ cura & mororum. Opera per annum menſtrua. Inde arbores fructiferas recenſet, etiam heſperides. In nupera appendice accuratius de frumenti cura agit.

Michael CASIRI in *Bibliotheca Arabico Hiſpana Eſcivalenſi* Madrit 1760. fol. vitas habet medicorum Arabum, eos inter DIOSCORIDIS & EBN BEITHARIS.

J. Franciſci MARATTI *De vera ſlorum exiſtentia, vegetatione, & forma in plantis diverſis* Rom. 1760. 8°. Duo ſtamina, ovarium & tulam uno loco, altero ova caudata caudis connascentia vidit, quæ ſilla produunt ſtamen, & fructus rotundos, polline plenos.

§. MDCCXXXIX.

§. MDCCXXXIX. *Germani.*

Job. Jacob. CHATELAIN De Corallorrhiza Basil. 1760. 4.*. Nobiscum a quatuor globulis Corallorrhizam definit, duas varietates separat, dentatam & non dentatam. Addit observationes de Plumbaginis foliis, in cancro ulcerato efficacibus.

Gottl. Nathan. SCHRADER De Anagallide Hall. 1760. 4.*.

Jsaac HAARTIJS De cortice Peruviano Utrecht 1762. 4.*.

J. Frid. MAUT De cortice Peruviano Leid. 1760. 4.*. Arborem describit, & utrumque extractum, quorum efficacius ait esse, quod aquosum. De viribus ejus corticis, ad morandam putredinem carnis & sanguinis: & de vi, qua gangrenam coerces, per experimenta.

Onomatologia aconomica-practica, oder aconomisches Wörterbuch mit H. v. JUSTI Vorrede Leipzig 1760. 8*.

J. Frid. THYMS Neu entdeckte Oeconomie des Seidenbaues Berlin 1760. 8*.
1764. 8*.

EJUSDEM Neu entdeckte Practick des Seidenbaues ib. 1760. 8*. HAUSVATER.

J. Henric. MEDER Medicamenta quaedam simplicia, quibus officina nostra pharmaceutice facile cavere possunt Gotting. 1760. 4.*. Noxia, ut Efula, Anacardium, grana Tilli.

Georg. Carol. HILLEFELD Experimenta quaedam circa venena Gotting. 1760. 4.* in vivis animalibus capta, inque Nuce vomica, Scilla, Staphiade agria, Aconito, Gummi guttæ, Cataputia, Cocculus, oleo Anisi, Sabina, Phytolacca, Colocythide. Deterioris notæ fuerunt Nux vomica, Staphisagria, Cocculi.

J. Jac. IMLIN De soda & inde obtinendo peculiari sale Argentor. 1760. 4.* Bona disputatio.

J. SCHEUCHZER De alimentis farinosis Leid. 1760. 4.*. Habet characterem & iconem Zizaniæ.

Anleitung, wie man durch die Verbesserung der nassen Weidgänge . . . den Viehsuchen vorhanen komie Tiguri 1760. 4.*. jussu publico. Paludes emendandæ fossis latioribus; in centro, nisi aqua derivari possit, lacu effuso: satis falicibus, & plantis humidis soli amantibus.

Car. Frid. HARTLEBEN De cortice Winterano Francof. ad Viadr. 1760. 4*.

Nützliche Versuche und Bemerkungen aus dem Reiche der Natur Nürnberg 1760. 8*. Si huc faciunt.

Wohleingerichtete Haubaltungs-Kunst — wie allerhand Getraid-Früchten zu rechter Zeit einzukaufen, zu erkennen, und vor dem Verderben zu verwahren Frankfurt 1760. 8*.

Frid. Ernst JUNKER *Compendium materiae medicae* Hall. 1760. 4*.

Dispensatorium Württembergicum Stuttgart 1760. fol.

J. Aug. SCHLETTWEIN *Sammlung der Schriften zum Vortheil nützlicher Wissenschaften und des gesellschaftlichen Lebens* Jen. 1760. 8*.

Oeconomische Schriften über die wichtigsten Gegenstände der Stadt- und Landwirtschaft Berlin 1760. 8*. 2.Vol.

Eines Schlesiſchen Landwirths freye Gedanken über die Schwediſche Entdeckung, aus Haber Roggen und Weizen zu machen Breslau 1760. 8*.

EJUSDEM auctoris est *Der Schwediſche Landwirth mit patriotiſcher Freyheit* I. Theil Breslau 1771. 8*.*. Excitati ingenii auctor, & in agri cultu, ut videtur, expertus. Meiles hic tradit, ut a terra ipsa folique ratione initium faciat, finem in granario. Agrum alternis viribus trifolio conferit, & cerealibus. Sulcos profundos laudat, neque ei displicent areolae TULLIANÆ, habet & bidentem ab equo tractum. Sementem parcam præfert. Cespitibus bituminosis macilentam arenosa corrigit. Lætamine ubique utitur. Plantas aliquas in agro inutiles recenset, consilia dat ut eradicentur. In paludosis siccatibus Cannabin colit & Linum. Variare sementem jubet. Falcem majorem præfert, &c.

Libellum, quo VIRGINII celebrem Avenæ emendationem refutat, una dat recusum. Multos ostendit modos, ut Cl. viro imponi, & fecale in agrum irrepere potuerit, in quo non erat a domino satum.

Der Schlesiſche Landwirth Tom. II. Breslau 1771. 8*.*. Eadem excitata & pene poetica paulo fusior dicendi ratio. Ut natura soli facili experimento dignoscatur, secedente terra in arenam, limum & humum. Oeca perfectior. De extirpandis carduis. Cultus trifolii, enixe commendatus. Marga a Silesiis iuventa, etiam in Marchia ab iisdem detecta. De emendandis pratis, aquis per fossas derivatis, per objectum aggerem exclusis. Contra pascua, pro alendis herbis pabularibus. De alternis in prata convertendo agro, fativis nempe herbis pabularibus. De sœno condendo. Catham palustrem a pecore non tangi.

J. Jacob REINHARD, viri ILL. *Vermischte Schriften* ab anno 1760. ceperunt prodire Durlaci. 8*.*. Eorum pars est economica, etiam botanica. De cultu raporum majorum Anglicorum. De Medica, quam vocat Sainfoin, & Onobrychide, quam aliquanto minus laudat, negatque in aspera & acida tellure provenire. De arborum fructiferarum justa distantia. Pira Sylvestria in sylvis vult coli, satis edulia pro porcis, & ad siceram servitura: Casteaneas pro palis, & Salices Ulmosque. De sylvis plantandis. Quercus 60. anno putat materiem præbere. Alterne arari tellurem, & sylvescere putat utile esse. De cultu quercuum: dense debere sylvas plantari. De Solano tuberoso: non debere frondem refecari. Laudat Mayz: experimento ostendit antherarum pollinem longe lateque spargi. De trifolio: Fagopyro, ad alenda pecora: alterno cultu trifolii

trifolii & Solani. Possè trifolium absque cerealibus tuto feri. Brassica varia. Iterum de Medica. Legi 2. numeros (Stücke).

Pharmacopœa Pauperum pro Nosocomio Viennensi Vindobon. 1760. 8°.

§. MDCCXL. *Sueci aliqui.*

Carol P. FIELSTROEM Om upådlingsen mjöjliket i Lapmarken Upsal. 1760. 4°.*
Catalogus plantarum, quibus alpes Laponicas conferi vult, in quibus *Crocum* reperias, plantam minime alpinam.

Soku Apotek och några bucciver Stockholm 1760. 8°.*. Medicamenta popularia facilia & simplicia hic indicantur.

§. MDCCXLI. *Soc. Bernensis.*

Hoc anno Societas œconomica *Berna* coaluit, cujus aliquoties Præfex fui, primi autem auctores fuerunt AMP. S. ENGEL & J. RUD. TSCHIFFELI Consistorio a secretis, nobiles fratres TSCHARNERI, aliique. Scopus fuit omnem ambitum agriculturæ, & artium, ad beatam Reipublicam pertinentium, scriptis, exemplis, præmiis adjuvare. Diarium ab anno 1760. prodiit, duplici lingua, Germanica, & Gallica. Germanicus titulus est, *Sammlungen von landwirthschaftlichen Dingen, die von der Schweizerischen Gesellschaft in Bern herausgegeben werden.* Gallicus titulus est, *Recueil de mémoires, concernant l'Œconomie rurale, par une Société établie à Berne.*

Primum de impedimentis agriculturæ in Helvetia. Refertur certis locis Speltam absque ariftis fatam, post aliquot annos ariftas proferre. De vitis ab aqua in agris stagnante: de malo more, quo pascea toto pago communia sunt. De agro Bibersteinensi, ferro misto. De utilitate Juglandum institarum, & fero borentium. Aliqua collectanea.

In II. parte D. de MIRABEAU de nimio amore pratorum, quæ privati quidem hominibus lucrosiora sunt, toti patriæ minus: de lucro, quod patriæ a meliori, etiam sumtuoso cultu, accedit. Laudes vitæ rusticæ in Helvetia. Rullici GIAUQUE diss. de eradicandis Carduis aliisque herbis noxiis: de emendandis agris humidis, effossa cœrulea argilla, quæ subest, eadem æci exposita, & super aridam terram sparfa. De enormi fecunditate vinearum Helveticarum, quæ in 48000. pedibus quadratis ad 16800. libras 18. unciales vini reddiderint.

P. III. Iterum D. de MIRABEAU. Partienda rura, ædes per eas partes spargende. Cl. ENGEL de reparandis sylvis. De Fago & ejus cultu, & avertendo periculo verminationis.

P. IV. Contra pascea autumnalia: & multa alia ex Suecis descripta, sic de ligno & materie. De avertenda ustilagine, lixivii ope, in quo semen maceratur. De extirpatione ex D. de TURBILLY.

§. MDCCXLI* D. de Mirabeau.

IDEM vit ILL. VICTOR de RIQUETTES de MIRABEAU suum *Mémoire sur l'agriculture envoyé à la Société Oecon. à Berne* scđsim curavit edi Paris 1760. 4°. *avec ses extraits des six premières livres du corps d'Oeconomie rustique de HALE.*

EJUSDEM *Philosophie rurale ou Economie generale & politique de l'agriculture* &c. Paris 1764. 12°. 3. Vol.* ideo hic cito, ne quis putet ad agriculturam facere. Penitus alius AUCTORI finis est, ostendere nempe verum fontem felicitatis publicæ esse in agri cultu, reliquas artes steriles esse. Deinde ut ex agro reditus principis absque injuria possessorum possint præcipi. Ad patriæ vero morem proprietarium separat a cultivatore, huic parci, illum onerat, Luxum detestatur. Eos deridet, qui novis in instrumentis novisque artibus agriculturæ perfectionem quærunt.

Recueil de Mémoires de mathématique & de physique de Marseille Marselle 1760. Tom. 4. 4°. de conservatione frumenti.

§. MDCCXLII. Diaria aliqua.

In *K. Svenska weteensk. Acad. Handlingar* T. XXII. anno 1761. *Trim.* 3. *Georgium SILEX* de arandi modo Polonico, quo folius aratri ope in colles profundosque sulcos dividitur.

In *Philos. Transact.* Vol. LI. P. 2. five anni 1760. D. WILLIS reulit de venenato effectu Euphorbii.

In *Journal Oeconomique* 1760. De re tinctoria; de vallo toto obducendo arboribus fructiferis. Cultus asparagi. Pro Du HAMELII cultu agri. Ad pratorum pabulum ferenda pastinaca & daucus. Cultus dipfaci fativi. Fructus hippocastani maceratione sola dulcescunt. Nova insitio.

In Diario C. A. VANDERMONDE anno 1760. M. AMOREUX Belladonnæ fomento cancrum exulceratum sanavit.

IDEM puto P. T. AMOREUX de noxiâ animalium disputavit Avignon 1762. 4°.

§. MDCCXLIII. M. de Machy.

M. de MACHY egit cum STOERKIO de Cicutæ extracto. Pulverem sicæ Cicutæ laudat, & sua cum hac planta facta experimenta recenset. Laudat etiam Cicutam in scirrhis, in ictero.

EJUSDEM Cl. viri, *Institutions de Chymie, présentées dans un nouveau jour* Paris 1766. 12°.* 2. Vol. Utique libellus plenus novis de rebus naturalibus opinionibus. De mucro plantarum fuscæ. Seminum vires & discrimina sæpe in cortice poni. Analysis vegetabilium, Fermentatio. Ranciditatem esse ab evolvente se acre. Terras in plantis omnibus tres reperiri, & arenam quidem, terram calcariam, & martialem. Mucum se dicere, quod alii oleum &c.

Mémoires

Mémoires présentés à l'Académie Royale des Sciences T. III. Cl. AIMEN De ustilagine Hordei, cum factore conjuncta, seu carie TILLETI. Causam esse in femine situ corrupto.

P. D'INCARVILLE fufe de vernice Chinesi, de ejus arbore, & toto artificio.

D. MARCORELLE De Manua ex Salicibus decidua.

EJUSDEM in T. V. de Kali cochleato, ejusque cultu, quo emendatur ager nimis humidus, quam qui arari possit. In succo sal marinus. Reditus agris miser fumtusque nimis parvus. Alius & caroleus sal ex salicornia prodiit, quæ sit monoltemon.

In *Nov. Act. Nat. Cur.* Vol. IV. n. 17. adnotat oleum Chamæmeli ex flavibus flayum stillare, ex foliis cæreuleum.

Ottomâ Dieterich LUTKENS multæ partes sunt in *Oeconomiska tanker angående staats almindelige æconomia* Hafn. 1760. 8°. Utcunque ad rem frumentariam pertinet.

In *Actorum Helveticorum* T. IV. anno 1760. Præter alia jam recusa M. le VACHER eadem militum ab Oenanthe enectorum mortes recenset.

In quinto Tomo der *verhaudelingen der Hollandze maatschappij der wetenscapen*, narrat D. DRYFHOUT de Tilia, quæ in cavum suum truncum radices emiserat.

In *Dreßdischem Magazin*, cujus Tomus I. anno 1760. 8°. prodiit, alter anno 1765. 8°. pauca quidem herbarii argumenti continentur, aliqua tamen, ut de ligno petrefacto. De arundine bambus: de rosis salignis.

In T. II. laudatur stipularum incendium. De Thea. De Byffo subviridi violam spirante, ubi non bene is Byffus separatur a sanguineo, qui sit verus & vigens plantæ status. Descriptio Conferve gelatinosæ fila de centro spargentis: deque Byffo filamentosa candida perenni. Hæc a Cl. SCHULZE, tum mortes a cicuta aquatica.

In T. VI. *Nuova raccolta d'opuscoli scientifici e filologici* Venez. 1760. 12. extant aliqua JON. ARDUINI de re naturali.

§. MDCCLXIV. *L'agronomie.*

LOUIS JOSEPH BELLEPIERRE de NEUVE EGLISE (& sex primis mensibus 1762. D. SCHOSNE). Ejus est *L'agronomie, & l'industrie, ou les principes de l'agriculture, du Commerce & des arts* Paris 1760. 12°. 2. Vol. Parum ei libro fidi posse P. d'ARDENNES. Huc pertinet potissimum Pars I. seu Agricultura. Destinatur equidem informandis hominum plebejorum mentibus, sed multa con-

continet nimis philosophica. Deinde de variis terræ generibus. Habet alimēta, hortos.

Sed etiam Pars III. agit de plantis utilibus, floribus pratis & vineis.

In aliis fasciculis de ferenda Pinu sativa, de evitanda carie. De evolutione plantarum. De plantis aromaticis, quarum facies externa describitur. Catalogi Cerealium, plantarum pratensium, fila dantium, aut oleum, tinctoriarum, aromaticarum, medicarum, exclusis ubique plantis lignosis.

In posterioribus partibus multæ plantæ, hic sculptæ, traduntur, etiam perminutæ.

EJUSDEM *Le patriote Arlesien* Paris 1761. 8°. Agricultura, & producta ejus regionis.

EJUSDEM *Bouffole agronomique ou guide du laboureur.* Dicunt tamen ex latino conversum esse.

§. MDCCXLV. *Petrus J. Buchodz.*

Petrus Joseph BUCHODZ, Medicus & Advocatus Lotharingus, polygraphus, *Discours sur la botanique* Paris 1760. recusus cum *Manuel de médecine.*

EJUSDEM *Traité historique des plantes, qui croissent dans la Lorraine & les trois Evêchés* T. I. Nancy 1762. 8°. Usus focii sui MARQUET collectione plantarum siccatum, suum adjuunxit herborem. Multa de botanica in genere, de TOURNEFORTII & LINNÆI methodis, de sua, quæ vires sequitur plantarum. Hic Tomus aliena fere continet.

T. II. Nancy 1763. 8°. Plantas purgantes & spontaneas & peregrinas exprimit, cum depicto ramo nonnullarum. Fusc de Persicis Metensibus. Icones variorum sumtibus factæ pictoriæ. Virium medicatarum plenus Catalogus.

Tomus III. Nancy 1764. 8°. Plantæ pectorales. Inter eas Brassicæ, Ficus, Pomi, Vites, hæc fusillime.

Tomus IV. Nancy 1765. 8°. Novas & meliores dat figuras. Sternutatoricæ hic plantæ: plurimæ peregrinæ. Fabricatio Nicotianæ.

Tomus V. Nancy 1765. 8°. Emmenagogæ, inter quas Stachadem citrinam recenset, Arundinem & Caucalidem. Non creâs Cuminoides in montibus Vogesicis provenire, neque Melissam in Lamium degenerare. Pro vi antiepileptica. Valerianæ experimenta.

Tomus VI. anno 1766. 8°. Plantæ aperientes & diureticæ. Potissimum hortensia opera exponit, viresque medicatas. De Calcitræpe vi antifebrili, de infusa cum cortice Fraxini aqua in variis morbis utili. De lacte cum Petrofelinio cocto salutari in variolis, cum inflammatione pulmonis conjunctis. De Uva ursi cum jure carniū cocta ad pellendam urinam salutari.

Tomus VII. anno 1767. 12°. Plantæ sudoriferæ, inter eas Adonis, Col-

xinellæ vapore. In T. II. laudat Sedum acre ad gangrænam, cancrum, ulcera maligna. MARECHALLIUS Chirurgus hedera[m] terrestrem tabefactam imponebat tendinum vulneribus. Nucis juglandis oleum cum vino Aloniensi adversus tæniam. In tertio tomo perficitur Lexicon, collectitio opere, ut in prioribus. In tertio & quarto catalogus est LINNÆANOUM nominum plantarum Galliæ, omnino 2080. Deinde catalogi peculiare: plantarum in Sueffionibus nascentium ab A. PETIT communicatus. Plures alii, quos expedit nominasse, D'AUBENTON Burgundicæ. Divionenses COLLETI quas diximus. RAUSSINI Rhenenses. GAGNEBINI aliquæ Asiaticæ. ALLEONI & BRISSONI plantæ M. Pilati Lugdunensis. FRANCISCI EMAN. FOURNAULT plantæ Arverniciæ, Lemovicenses & circa S. Angeli. BONAMY Nannetenfes. DUPATY circa Andegavos. PINARD & D'ANGERVILLE circa Rothomagum, DESMOUEX circa Cadomum. JOURDAIN Picardicæ. DESMARS Bellovacenses. Arverniciæ &c. le MONNIER ex proprio opere. Varii catalogi ex TOURNEFORTIO & monumentis Academiæ decerpta. Aliqua de operibus botanicis Gallorum: de hortis ejus regni ditioribus. *Terminoriam LINNÆANORUM definitiones, hæc fusiores.*

EJUSDEM *Manuel medical & usuel des plantes* Paris 1770. 12°. 2.Vol.*. Plures libelli. 1. Catalogus morborum, cum plantis, quæ cuique conveniunt nulla distinctione addita causarum aut temporum, & collectis undique laudibus plantarum sæpe diversissimarum. 2. Catalogus plantarum medicatarum secundum virium classes, cum aliqua exoticarum descriptione. 3. Dissertationes aliquæ de partibus plantarum, nomenclatura, LINNÆI methodo. Reliqua practici fere argumenti.

EJUSDEM *La nature considérée sous ses differens aspects* 1771. 12°. fere hebdomadatim. Compilatio, extero non inutilis, etiam plantarum.

EJUSDEM *Manuel de matière alimentaire* Paris 1771. 8°.* Catalogus plantarum edulium, nostratium primo cum coquorum artibus, conditis, aquis stillatiliis, aliisque in cibum vel potum excipiendarum plantarum modis. Deinde etiam peregrinæ plantæ; quæ in mortalium usus dieteticos cedunt, ex RUMPFIO, LABATO.

EJUSDEM *Manuel de médecine pratique Royale & Bourgeoise* Paris 1771. 8°.*. Plantæ in medicos usus cedentes, in brevem censum redactæ, indigenæ, & peregrinæ; formulæ ex iis mixtæ omnis generis, & aliquæ præparaciones.

EJUSDEM *Toilette de flore ou essai sur les plantes qui peuvent servir l'ornement aux dames* Paris 1771. . 12°. quam negabat opus suum esse, nunc agnoscit. *Diâ. univ. des plantes* II. p. 349.

§. MDCCXLVI. *G. Chr. Oeder.*

Georgii Christiani OEDER, olim nostri amici & auditoris, *Flora Danica*. Egregium opus natum est ex Regia liberalitate, qua sustentatus varias provincias Regni, & Norvegiam etiam potissimum circumiit, plantasque collegit, eas accuratissime delineari, suisque coloribus pingi curavit. Ex plantarum icones cum nomine & loci natalis indicatione fasciculatim ab anno 1761. prodierunt Hafniæ fol. & novem hæctenus fasciculos Regiæ debco liberalitati. Multæ hiç plantæ alpinae, & boreales parum notæ occurrunt, & accurate determinantur, multæ etiam novæ. Aliqua leviora discrimina passim reperio inter plantas boreales & nostras.

In nuperis plantæ accedunt a Cl. KOENIG ex Islandia adlatæ, aliquæ etiam Gotingæ delineatæ, cura Cl. MURRAY.

EJUSDEM *Elementa botanica* T. I. Hafniæ 1764. 8°. T. II. ibid. 1766.* Germanice etiam edita, *Einleitung zur Kräuterkenntniß*.* Profunde in rei herbariæ peritiam se demergit ioster. De partibus floris: calycis a petalo discrimen nondum satis certum esse. Monet ne varietates contemnantur. Multorum signorum similitudinem præferri debere analogiæ unci. Nullas classes naturales dari, sed species, etiam majori cura definiendas, quam genera. Definitiones partium iconibus illustrantur.

In Parte II. agit de methodis: classibus naturalibus: & artificialibus, de istarum incommodis. Nectaria polystemonum posse haberi pro petalis. Historia botanices, &c.

EJUSDEM *Enumeratio plantarum flora Danica* Hafniæ 1770. 8°.* Pars prima f. eryptantheræ, omnibus Zoophytis. Catalogus ex HALLERO, DILLENIO & LINNÆO sumtus, adjectis nonnullis novis plantis Danicis, inter eas novo genere. Mnii genus repudiat, quod stellulas non habeat pro organis genitalibus (quæ evidenter germina sint). Passim etiam alia in speciebus mutat.

Parvulum etiam anno 1761. 16°.* catalogum edidit, plantarum desideratarum: Titulus est, *Index plantarum in LINNÆI Systemate natura Ed. X. recensitarum*.

§. MDCCXLVII. *Louis Gerard Sc.*

Ludovici GERARDI Flora Gallico Provincialis Paris 1761. 8°.* Ab anno 1755. ad 1757. pulcherrimæ provinciæ plantas legit, omnino ad 1700. species. Classis sequuntur naturales. Multas plantas separat, quas LINNÆUS conjunxerat, suasque pulchre delineat. Passim raras plantas novasque habet.

Le parfumeurs royal ou tr. des parfums des eaux de senteur, & autres liqueurs Paris 1761. 12°.

La LANDE *L'art de faire le papier* Paris 1761. fol.* Germanice 1762. editum

tum a J. H. G. JUSTI. Varias ex vegetabilibus materias recenset, ex quibus charta potest confici.

JULIEN J. JAKES GUILLOT, qui juvenis extinctus est, *disc. sur les branches d'agriculture les plus utiles pour la province de Normandie*, sermo lectus in Academia Cadomi anno 1761. & coronatus. Pro cultu tritici M.S.

LAURENT BENOIT des PLACES *Préservatif contre l'agromanie* 1761. 12°. Contra extirpationem & agri cultum studiosum. Contra TULLIUM & arcolas inanes: pro Émo: contra prata artificialia. De morbis segetum.

EJUSDEM *Histoire de l'agriculture ancienne extraite de PLINE avec des éclaircissements & des remarques* Paris 1761. 12°. Plenum systema, etiam de lactamine.

§. MDCCXLVIII. *Aliqua de cicuta.*

JOSEPH QUARIN *Tentamina de Cicuta* Vindobon. 1761. 8°.*. Cicutam eum loco natali vires suas mutare. Analysin dat, in qua multus & urinosis liquor, & sal volatilis solidus, absque acore. Vires medicas ex suo experimento confirmat in scirrhis, etiam ulceratis, scrophulis, phthisi, arthritide, tinea, fistulis, &c.

Christophori MOLINARI *Epistola, qua mulieris a scirbo curata historia exprimitur* Vienn. 1761. 8°.*. Accedit historia cancri veteris exulcerati Cicuta sanati.

Contraria sunt experimenta D. JOHANNIS ANDREÆ, cujus *Observations upon a treatise of the virtues of hemlock in the cure of cancers* Londin. 1761. 8°.*. prodierunt. Extractum Cicute, autumnno paratum adeoque debilius, nimis validam narcosin exercuisse. Vires salutare negat, in morbis erratum esse objicit, quos plantulæ fautores curatos dixerant. Narcoticam vim inesse, analogam Opii.

§. MDCCXLIX. *Itali.*

G. Battist. BENESCIA *Viva idea dell'efficacia della China China* Livorno 1761. 8°. Potissimum ex D. de la CONDAMINE.

Petrus Paulus PROLI *Della città di Comacchio delle sue lagune e pesche* auctius edit. a J. B. BONVINI Cesena 1761. fol. historiam naturalem continet.

Pauli PARENTI *De dosibus medicamentorum L. singulari* cum præfatione H. D. GAUBII Venet. 1761. 8°. An antiquior PARENTUS.

§. MDCCCL. *Angli.*

Institutes of health London 1761. 8°.*. Homo medicis adversus, sola dixit homines vult sanare, quam præscribit acerrimam, ut salerni, saccharum, lac, aroma-

roma-

aromata proscribat; Sago negat alere, acria valde laudat, Mustardam, Raphanum rusticatum. Importune acer.

In editione Noribergensi operis KIRKLANDI *of gangrens* anno 1751. 8^o. edita, adjecta est appendix de arbore Pteleæ simili, quæ pro specie corticis lebrifugi habetur.

§. MDCCLI. Galli Varii.

J. P. MËROUDOT *Mémoires sur le Raygrass* Nancy 1761. 12^o. *Kurze Abhandlung vom Raygrass* Carlsruh 1762. 8^o. Non bene, neque consentientibus Anglis, hanc plantam pro Festuca avenacea juba longa splendente habet. Cæterum dolet auctor de parcite pratorum in Gallia, & laudat ea in re uberitatem Britannorum. Gramen ipsum Raygrass decem annis durare, & in jugere Parisino 18000. libras reddere. STANISLAUS ejus cultum imperavit.

Jaques Augustin de S. FARGEAU le LAROE *Mémoires sur l'agriculture en general, & en particulier sur la culture & le défrichement des champs, la nourriture des bestiaux* &c. Paris 1761. 12^o. 1762. 12^o. Verbosior, multa promittebat, hic agit de nonnullis agri cultus perficiendi modis. Sub sterili cespite arenosorum arborum Soloniensium divitem terram argillosam latere, quæ eruta fertilia redderet, quæ nunc sint pene deserta. Multa pro fecunditate terræ novæ, quæ ex profundo, etiam ex fodinis effossa, etiam scoriis mista, tamen liberaliter plantas alat. Aptitudinem cujusque foli ad hanc vel illam plantam utilem alendam disci experiendo. Se ex pisus sats 180. plam demetisse messim. Terram profundam eo fecundior em esse, quo recentior. Palustrem linum solum maturitate egere. Incensum cepidem laudat, non tantum in terra levi. Renovata subinde terra, per vegetationem intra 15. dies exhausta, se altissimas plantas obtinuisse. Reliqua de alendis melius & saginandis bobus, dum perinde ut oves cratibus circumscripti mobilibus in aliam & aliam pasui partem mittuntur. De eo experimento fufe. Sobtii boves, intra 24. horas 24. graminis libris contenti.

EJUSDEM *Expériences sur la sterilité pretendue d'un sorte de terre rouge* *Journal de Medec. & Extr. des Journaux* 1764. maj. Eam terram neque bona cerealia cultori negare, neque legumina.

Cl. BARBERET Lugduni 1761. præmium reportavit, quod constitutum fuerat in quaestionem *Quelles sont les causes qui font pousser le vin, & les remèdes Lyon* 1762. 12^o. cum titulo *Mémoire sur le vin pousse*. Debere vinum feruari, ne aeris externi impressionem & calorem patiat, cellis contineri profundis, in doliis bene clausis. Initia mali admisso musto corrigi.

§. MDCCLII. Germani varii.

J. Melchior KUHN *Gründlich-erprobte Anweisung zur Holz-Cultur* Nürnberg 1761. 8°.

EJUSDEM *Abhandlung von der höchst-nützigen Conservation des Holzes, aus Preussischen, Hanoversischen und Hessischen Forstordnungen. Nebst Gedanken von der Güte und Nutzbarkeit des Laub- und Nadelholzes* Nürnberg 1764. 8°.*. Auctor sylvæ præfectus in Anspaceni principatu, prius ejusdem argumenti lib. modo dictum scripserat, in quem BEKMANNUS animadverterat, cui nostro respondeo: Ut sylvæ ferendæ, follicite extirpatis vetustis arboribus. Transferendæ juniores arbusculæ, quando ad octo pedes altæ sunt, non prius. Arborum commoda, primum frondosarum, inde coniferarum. Quercum bis in anno se pati decorticari. Ex hippocastano bonum oleum exprimi. Male frangulam vocat Eibenbaum. Anonymi elogium laricis. Fragmenta aliqua ex legibus sylvaticis.

J. Wilhelms. HOENERT *Anweisung zu Anlegung eines Blumen-Gartens* Bremen 1761. 8°. 1765. 8°.

EJUSDEM *Erwas von der Teich-Arbeit. — Vom nützlichen Gebrauche des Torfmohre* ibid. 1764. 8°.

Wilhelmi LEYSER *Flora Halensis, secundum Systema Sexuale LINNÆI* Hall. 1761. 8°.*. Dives Flora, plantarum 1122. cum adnotationibus & plantis auctori propriis.

J. F. TUNZEL *De vita rustica rusticeque rei scriptis, Ecclesiarum pastorum rure degentibus commendandis* Brunsvic. 1761. 4°.

● Heinrich HAGEN's *chymische Betrachtung über den Torf* Königsb. 1761. 4°. 1769. 4°. & in collectione GRUNERIANA *Sammlung auserlesener Schriften landwirthschaftlichen Inhaltes* Bern T. I. P. 2. 1762. 8°.* Pars botanica non accurata: neque species plantarum definitæ, quæ ad cespitem bituminosum conferunt. Fabricationem tamen eorum cespitem describit, deinde distillationem. Lycopodium in Borussia frequens reperit, non bene tamen ait, mucos facile putrescere. Aquam ex eo cespite habuit empyreumaticam, oleum fetidum, salis volatilis nihil quidquam, neque in cinere salis fixi, sed terram utique calcariam.

